PRAXIS FORIVDICATORIA;

SEV

DE MODO PROCEDENDI IN REGNO NEAPOLITANO

AD SENTENTIAM FORIVDICATIONIS contra Reum Absentem in eius contumacia, vigore Constitutionis Regni, Pœnam eorum.

AVCTORE

ANGELO SCIALOYA TERRAE NOVI PROVINCIÆ PRINCIPATVS CITRA

Cum Summarijs, Argumentis, & Indice copiosissimo.



SVPERIORVM LICENTIA.

EXPENSIS FRANCISCI BALSAMI.

NEAPOLI, Ex Typographia Camilli Caualli. M.DC.XXXXV.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. MICHAELI SALAMANCHÆ

REGENTI REG. CANCELLARIAM SVPREMI SENATVS ITALIAE APVD CATHOLICAM MAIESTATEM.

ANGELVS SCIALOYA. S.P.D.

CVM tot perditissimorum hominum greges, non tàm capite, quam fama dãnati, publicam Neapolitani Regni obruant securitatem, & principum suffragijs insolentes, sanguinariam expleant libidinem, & vitam humanitatis expertes, inter syluarum latebras sordibus, ac rapinis ad omnem crudelitatem eruditi, meũ duxi munus publicis malis ea, qua possum ingenij facultate, consulere, & scelera deterrere calamo, & scribendo proscribere Praxim elaborauì ad forudicationis sententias castè, integrèque ferendas, ad cõmune, priuatumq; ius asseruandum; ad magistratus labores leuandos, augendamq; dignitatem. Iam verò ne leuis, humilisq; habeatur; hic labor meus, tuorũ Iurrium patrocinium nuncupat, Illustris Michael, ad quas destinare litteratas

tas curas, non modo securitatis compendium est, sed gloriæ. Tuis auspicijs facilè sustentari possum, qui sagacitate Cõsilij Austriacæ Maiestatis Atlas es; libenter etiã excipies librum hunc ad forensem disciplinam accomodatũ, qui indolem nactus es eruditissimam, Parente natus Ioanne Thoma Salamanca, qui & totius Italiæ oraculum, et Cancellariæ Regens Astreæ lucẽ, vel in vrbes omnes inuexit, vel magis euexit. Magnum dabit operi authoramentũ Pyramis tua gentilitia, quæ vel alterius semper fortunæ proludit, vel inuidiæ sepulturam parat. Nunquam etiã periculi aliquid subibunt labores mei, ad quorum excubias tui leones aduigilant, qui non tàm habent iubę, quàm iubaris, et in tuo nobilitatis signifero illustrissime explendescunt: de Te, nihil in præsentia dicam cum eo meritorũ veneris, vt abundè laudari non possis. Themidem habes in pectore, suadam in ore. Oculatissimam prudentiam vbique præfers, cęcas manus, et quid quid immolas gloriæ, id immolas in Ara Iustitię. Tuæ famę panegyrim locupletissimã arbitror esse te ipsum, et non aliud elogiũ magnificentius ad laudem conscribere possum, quã vno verbo dicere, Michaelem Salamancam. Viue diù omnium votis, ac publicę faustitati. Vale.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

CVM experientia sit rerum magistra (benignè Lector) in muneribus à me gestis sæpè sæpius expertus sum, quanta damna dant banniti, & foriudicati in præiudicium honoris diuini, & humani, in hominum fama, vita, ac bonis; siquidem alios occidunt, alios facultatibus priuant, alios deturpant, alios trucidant, virgines deflorant, & innumera alia facinora patrant: ita vt nemo in domo, nemo in vijs, & nemo in campis securus existat. Ideo cum considerauerim modum opportunũ, quo potuissent eradicari huiusmodi scelesti, & perditi homines, vt quilibet quiete, & tranquilitate frueretur, volui edere hanc praxim foriudicatoriam, in qua abundè tracto materiam, & modum procedendi ad sententiam foriudicationis, & punitionem bannitorum, & foriudicatorum. Accipe igitur (benignè Lector) hoc meum opus, & studiosè legas, nam si gratum tibi erit quam primum (annuente Deo) edam copiosissimum Tractatum de Foro competenti, & alia opera virtute Duce, & comite fortuna videbis. Vale.

Re-

Digitized by Google

Reuerendi D. Iacobi Grassi V.I.D. olim Lectoris dicti Auctoris, ad eundem Auctorem.

EPIGRAMMA.

SVmite Doctores praxim, delicta Reorum
Tractantem breuiter, stat labor Angelicus.
Credito, nec paruum, missum, quod cœlitus: astat.
Angelus est Auctor, dona dat Angelica.
Conditor immensus tentans sublimia facta,
Viribus eximijs vtitur Angelicis.
Nam quando primos voluit punire parentes,
Angelus in gladio pellere missus adest.
Nunc purgare volens fœdatos crimine campos,
Scriptis ipse tuis vtitur Angelicis.
Angelus antiquus curauit felle Tobiam,
Ad patrem puerum duxit, et incolumen.
At tua cuncta, Aloe mortalia pectora sanat:
Ad cœlum ducis iuribus, atque tuis.
Quæritur à multis, qualis tu spiritus astas:
Vis, dicam quis sis? Angelus es Raphael.

Eiusdem Grassi ad Terram Noui, Patriam dicti Auctoris.

EPIGRAMMA.

FElix Terra Noui, renouans miracula mundi,
Angelicos fructus, dum tua claustra ferunt.
Inclyta fluminibus placidis refluentibus vndis
es, celebris semper vertice virgineo.
Illustris mansisti semper mater Heroum,
At nunc stas partu clarior Angelico.
Astrigerum posthac merito appellabere Cœlum;
Dum finibus retines Sydera tanta tuis.

Eiusdem Grassi ad laudem diei, quo laurea doctoratus donatus fuit dictus Auctor, quę fuit dies decima septima Decembris 1631. qua die fuit incendium Montis Vesuuij.

EPIGRAMMA.

DIcito crudeles habitantes Tartara Regna,
Cur maris immensas arripuistis aquas?
Et mittebatis crepitantia fulgura Cælo,
Telluris solidæ, contremuitque solum?
Altaque crudelis ceciderunt culmina montis,
Flammarum globulis vritur vndigenis?
Nè mirere precor, nam Aloes sapientia fecit:
Dum venit prædas tollere Tartareas.

Digitized by Google

Domino Angelo Scialoyæ Iurisconsulto eloquentissimo, omnium bonarum litterarum, omniumque virtutum genere ornatissimo.

Hieronymus Prignanus V. I. D.

Angelus Scialoia Vtriusque Iuris Doctor Nouanus.

Anagramma c mutatur in e

O suauis qui lingua diuinus Coelo an terra ortus es?

CVncti, iure potes dici dignissimus Orbis,
Gloria dum cunctis maxima in Orbe micat.
Quot dispersa manent virtutum culmina multis,
Tu tot, mellifluo, claudis in ore simul.
Si vis, tu sapiens Orpheus, tu doctus Apollo
Tu prudens Hermes, tuque Minerua sagax.
O tu qui multa labiorum dote consocas
Mel delambis apum, vel Iouis ambrosiam?
O tàm SVAVIS QVI LINGVA DIVINVS haberis
E COELO. AN TERRA. gentis ES ORTVS honor?

Al Dottor Signor Angelo Scialoia da Noui per la sua Pratica Foriudicatoria Sonetto.

Del Dottor Girolamo Prignano.

ALlor, che al Regno de l'eterna pace
Desio guerra il fellon superbo altero,
Angel fu, che domando quindi l'audace,
Ed acchetò in quel sommo impero.
Allor, che l'Serpe ingannator vorace
Sparse tosco mortal ne l'huom primiero,
Anco vn' Angel vibrò l'vltrice face,
E diè bando ad Adam, giusto, e seuero.
Opra angelica è dunque il tor via lunge
Da gl'innocenti il Reo peruerso, e fello;
Se non che'l mal d'vn solo à mille aggiunge.
Or come fia lontan l'empio drappello
Da que' che santo zel d'honestà punge;
Fedel Prattica addita ANGEL nouello.

Digitized by Google

APPROBATIONES.

Al Signor Canonico Gioseffo Giannettasio.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Ioseph Giannettasius Can. Dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Regist. fol. 22. ater.

Fr. Ioseph de Rubeis Ord. Min. Conu. Eminentiss. Card. Philam. Theol.

Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore.

FRancesco Balsamo supplicando fà intendere à V. E. come vuol far stampare vn Trattato de Forgiudica del Dottor Angelo Scialoia, perciò supplica V.E. commettere la reuisione di quello à chi comandarà V.E. à fine che si possi hauere il Regio Imprimatur, & lo haurà à gratia da V.E. vt Deus, &c.

Magnif. V.I.D. Io. Baptista de Thoro videat, & in scriptis referat Suæ Excellen.

Capecelatro Reg. Locus + signi.

Prouisum per S. E. Neap. die 18. Iunii 1645.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

VTilissimam Praxim Foriudicationis, nouissimè editam pro communi vsu forensi à præclaro Viro V.I.D. Angelo Scialoya de mandato Vestræ Excellentiæ mihi perscrutandam demandatam sedulo perspexi, ac perlegi, at cum nil reperi, quod officiat iuri publico, & bonis moribus libenter censeo prælo dari posse pro comodo literariæ Reipublicæ, si ita Excellentiæ Tuæ videbitur, cui ex debito reuerenter me submitto, ac precor Nestorios annos pro nostræ Reipublicæ tutamine. Dat. Neap. ex ædibus nostris die 20. mensis Iunij 1645.

Excellentiæ Vestræ

Addictissimus seruulus

Io. Baptista de Thoro I.C. Neap.

Vidit Arias de Mesa Reg. Consiliarius delegatus per S. E. pro reuisione librorum.

Visa supradicta relatione. Imprimatur.

Zusia Reg. Sanfelic. Reg. Capecelat. Reg. Merlinus Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 27. Iunij 1645. *Anastasius.*

Digitized by Google

PRAXIS FORIVDICATORIA ANGELI SCIALOYAE VTRIVSQ. IVR. DOCT.

SVMMARIVM.

1 Foriudicatus non est nomen iuris, sed est Regni vocabulum.

2 Foriudicatus in Regno dicitur, qui elapso anno, vel aliquo certo tempore à statuto breuiato per sententiam foriudicationis condemnatur, & sequuta foriudicatione habetur pro confesso, & vt si per diffiniti. uam sententiam esset condemnatus. n. 21.

3 Foriudicatus dicitur quasi foris omnem aditum iudicij constitutus, vel dicitur foriudicatus, idest foras iudicatus.

4 Foriudicatio de iure communi nõ reperitur post annũ, sed tantũ contumax, & bannitus perdit omnia bona sua elapso anno, & semper ipse auditur in facto principali, sed de iure Regni cõmittens delictũ, propter quod veniat imponenda pœna mortis, si citatus non comparet, & sit bannitus, & in banno persistat in contumacia per annum, elapso anno à die bñi potest foriudicari, & foriudicatus amplius non auditur in facto principali. & n. 24.

5 Absens in criminalibus non potest de iure diffinitiuè condemnari, quando contra eum venit imponenda pœna vltra relegationem, sed de generali consuetudine Italiæ, & de iure Regni est secus.

6 Læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ crimen committens, potest absens, in eius contumacia condemnari.

7 Constitutiones, statuta, & praxis procedendi in criminalibus contra reum absentem valent.

8 Sententia excommunicationis non potest proferri, nisi lite legitimè contestata, & dato termino reo ad se defendendum, & repetitis testibus parte audita, nisi sit contumax, quia tunc potest in contumacia excommunicari.

9 Contumax potest excommunicari, & mortaliter peccat, num. 11. & dicitur infidelis, num. 12. & dicitur esse in dolo. nu. 14. sed propter contumaciam Procuratoris, Dominus non potest excommunicari, num. 13.

10 Excommunicatus in contumacia perseuerans per annum in contumacia, elapso anno redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur, & dicitur membrum Diaboli, num. 17. & videtur fateri delictum. num. 22.

15 Excommunicatus in Regno perseuerans in excommunicatione per annum debet denunciari per Episcopum excommunicantem Iudici laico, vt ipse Iudex laicus eum puniat, & qua pœna puniatur? num. 16. sed in duobus casibus non punitur, nu. 18.

19 Clericus beneficiatus statim, quod est excommunicatus priuatur fructibus beneficij, limita autem, quando est in extrema necessitate constitutus, limita etiam quando fuit nulliter excommunicatus, ibidem.

20 Argumentum valet de excommunicato ad bannitum.

23 Excommunicatus in contumacia pro crimine hæresis, elapso anno, habetur pro conuicto, & potest puniri vt huiusmodi; & amplius non auditur ad se defendendum.

25 Foriudicatio, an sit pœna contumaciæ?

26 Contumacia, an sit delictum? & an ex contumacia, quis possit interficii.

27 Bannitus, & condemnatus pro delicto in contumacia dicitur bannitus, & condemnatus ex maleficio, & non ex contumacia.

CAP. I.

Foriudicatus vnde dicatur?

1 FOriudicatus non est nomen iuris, sed est Regni vocabulum, & secundum communem vsum loquendi, Constitut. Regni pro eorum, verb. sic foriudicatus, & docet Iason

Digitized by Google

Grandis de bello exulum, prædicamento quæstitatis q.2.nu.2.

2 Et foriudicatus in Regno dicitur ille, qui elapso anno à die publicationis banni per *Const. Regni pœnam eorum*, vel elapso aliquo certo tempore breuiato per *Reg. Pragmaticas*, ad sententiam foriudicationis condemnatur, *Mastrill. de indulto cap. 43. num. 1.* Et in Regno Siciliæ vltra Pharum, banniti ex cõtumacia sunt illi, qui ex aliquo delicto inquisiti, & non comparentes citantur per contumaciam, & si non constat de effusione sanguinis expectatur triduum, si verò de ipsius effusione constaret, non expectato triduo, annotatis eorũ bonis, ponuntur in banno, vt disponit ritus illius Regni in cap. 159. & docet idem *Mastrill eod. tract. de indultu cap. 14. num. 1.*

3 Dicitur foriudicatus, quasi foris omnem additum iudicij constitutus, quia est foris ab omni additu iudicij, hoc est, quod sibi ex contumacia denegatur omnis audientia in iudicio ab habentibus iudicare *d. Const. Regni pœnam eorum d. vers. sic foriudicatus*, & ibi *Affli. num. 42.* Vel dicitur foriudicatus, idest foras iudicatus, nam ipse propter aliquod graue delictum absens in eius contumacia ad mortem condemnatur *d. Const. Reg. pœnam eorum*.

4 Et licet de iure communi non reperiatur foriudicatio post annum, sed tantum contumax, & bannitus perdat omnia bona sua, elapso anno, & sẽper ipse audiatur in facto principali, vt probatur in *l. 1. vbi glos. Bart. & alij ff. de requirend. Reis*, & docẽt *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 44. in prin. & ver. facta autem; Cabal. resol. crimin. casu 181. num. 1. Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 8. Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum num. 6. & Bossius pract. crimin. tit. de reis requirend. in prin.* & dicam infra *cap. 3. post num. 48* tamen in Regno nostro committens delictum, de quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, si citatus non comparet, & sit bannitus, & in banno persistat in contumacia per annum, elapso anno à die banni potest foriudicari, & forindicatus amplius non auditur in facto principali, vt in *d. Const. Regni pœnam eorum*, & dicam infra num. 24.

5 Et si contra absentem in criminalibus nulla possit proferri diffinitiua sententia, quando contra condẽnandum veniat imponenda pœna vltra relegationem, vt in *l. absentem, ff. de pœnis, l. 1. ff. de requirendis reis, & in l. absentem, C. de accusat.* & docet Io. Grandis *de bello exulum prædicamento quantitatis, quæst. 1. num. 2. Cabal. d. casu 181. in prin. & Chartar. d. cap. 1. num. 1. & nu. 3.* Tamen ex generali consuetudine totius Italiæ in quocunque graui crimine proceditur contra absentem, qui perseuerans in contumacia, habetur pro confesso, & bannitur, & condemnatur ad mortem, vt testatur *Alber. in l. pen. §. ad crimen num. 23. in fine. ff. de publ. iudic. Iul. Clar d. quæst. 44. ver. licet autem, Io. Grandis d. prædicamento quantitatis q. 1. num. 3. Tartag pract. crim. par. 2. cap. 1. nu. 20. Guazzin. ad defen. reorum def. 10. c. 2. num. 33. Cabal. d. casu 181. num. 2. Chartar. d. cap. 1. n. 9. cum plur. seq. vsq; ad nu. 17. & Farinac. pract. crimin. tit. de inquisitione quæst. 11. num. 3.* Et hæc consuetudo viget in Regno nostro Neapolitano per *d. Const. Regni pœnam eorum*, vt testatur *Io. Grandis d. prædicamen. quantitatis*

6 *quæst. 1. num. 6.* prout etiam per *extrauagantem ad reprimendum*, disponitur, vt contra committentem crimen læsæ Maiestatis humanæ possit procedi contra reum absentem in eius contumaciam ad diffinitiuam sentẽtiam, & eius exequutionem, & est *cap. Reg. nuper apud Tranum*, & docent *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione q. 11. post num. 1. & Chartar. d. cap. 1. num. 5.* vbi num. 26. dicit, quod in crimine hæresis etiam proceditur contra absentem in eius contumaciam, & nu. 27.

7 & sequ. dicit ipse Chartar. ibi, quod Constitutiones, statuta, & praxis procedendi in criminalibus cõtra reum absentem valent, & idem *Ghartar. dict. cap. 1. d. num. 5.* alios casus connumerat, in quibus potest procedi in criminalibus contra reum absentem in eius contumaciam.

8 Et idem obseruatur in sententia excommunicationis, quæ licet non possit proferri, nisi lite legitimè contestata, & dato termino reo ad se defendendum, & repetitis testibus parte audita, vt in *tit. decretalium extra, vt lite non contestata*, tamen quando reus est contumax, potest in contumacia excommunicari, *Hipp. de Marsi. de bannitis, versic. contumacia, num. 63. Chartar. d. cap. 1. num. 13. Iul. Clar. d. quæst. 44 d. ver.*

licet

Digitized by Google

licet autem in fine, & Riccius dec. 134. p. 4. nam contumax potest excommunicari, *glos. in cap. 1. de dolo, & contumacia in 6. & docet Marant. in suo speculo part. 6. membro 2. num. 21. vbi nu. 35.* dicit, quod quando quis est excommunicatus in contumacia, si perseuerat per annum in contumacia, elapso anno redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur idem tenet *Anna allegat. 25. num. 5. & est Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. in fine, cap. ad abolendam, §.* 11 *qui vero de hæret.* & contumax mortaliter peccat, *Catalan. de indultu cap. 12. num. 14. citat Viuium decis. 138.* & quod contumacia sit peccatum mortale, dicit *Albanus in addit. ad Bartol. in l. vnica num. 21. ff si quis ius dicent. non obtemp. & Hipp. de Marsi. in pract. crim. § postquam* 12 *num 64.* vbi etiam dicit, quod contumax dicitur infidelis, citat *c. si qui presbyteri 81. distint.* & idem tenet ipsemet *Hipp. de Marsi. de bannitis ver. contumacia* 13 *num. 10.* vbi nu. 119. dicit, quod propter contumaciam Procuratoris, Dominus non potest excommunicari, 14 nec suspendi, & num. 7. dicit, quod contumax dicitur esse in dolo, *l. non potest, ff. de reg. iur. l. ex consensu. ff. de appellat.* sed hoc intellige, vt sit in dolo præsumpto, & non in vero, *Bartol. in l. minor la prima, ff. de minoribus, & Hipp. de Marsi. de bannitis d. ver. contumacia dicto num. 7.*

15 Et per *Cap. Reg. 102.* quando quis perseuerat per annum in excommunicatione ipse debet denunciari per Episcopum excommunicantem Iudici laico, vt ipse Iudex laicus eum puniat, & docet *Marant. d. membro 2. d.* 16 *num. 35.* Et excommunicatus si perseueret in excommunicatione per annum, punitur pœna contenta in 17 *Cap. Regni 163.* & talis excommunicatus perseuerans in excommunicatione per annum dicitur membrum Diaboli, *cap. omnis Christianus, & c. seq.* 18 *11. q. 3.* Sed si excommunicatus infra annum petat absolutionem, si Episcopus eam denegat, in hoc casu excommunicatus nō punitur, prout neque punitur si ante promulgationem sententiæ excommunicationis, vel post appellauerit, vt in *d. Cap. Regni 163.*

19 Sed Clericus beneficiatus statim, quod est excommunicatus, priuatur fructibus beneficij, *glos. in cap. rursus, 11. quæst. 3.* nisi sit in extrema necessitate, *Garzia de beneficijs part. 7. cap. 13. §. 1. num. 105. & Riccius decis. 62. num. 2. & seq. part. 4.* vbi in fine dicit, quod si ipse Clericus beneficiatus sit nulliter excommunicatus non priuatur dictis fructibus, etiā si nō sit in extrema necessitate, & idē tenet *Garzia vbi supra num. 116.*

20 Et de excommunicato, ad bannitum valet argumentum, *Bossus pract. crim. tit. de bonorum publicatione post n. 75.*

21 Reus perseuerans in contumacia per annum incipiendum à die bāni, potest reus ipse foriudicari, & sequuta foriudicatione, habetur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat; esset per diffinitiuam sententiam condemnatus *d. Constit. Regni pœ-* 22 *nam eorum*, prout etiam est, nam perseuerans in excommunicatione per annum in causa criminali, videtur fateri delictum, *cap. rursus, & cap. quicunque. 11. q. 3.* & docet *Io. Grandis d. prædicamento quantitatis quæst. 1. num. 5.* 23 *& Chartar. d. cap. 1. num 13.* idem est si quis fuit citatus pro crimine hæresis, & fuit excommunicatus in contumaciam, nam elapso anno habetur pro conuicto, & potest puniri vti hæreticus, *cap. excommunicamus, § qui autem de hæreticis, cap. cum contumacia de hæret. in 6.* & amplius non auditur ad se defendendum, & ad demonstrandum eius innocentiam, *d. cap. rursus 11. q. 3.*

24 & dicā infra cap. 14. Prout idē est in foriudicato, qui lecta sententia foriudicationis, amplius non auditur ad sē defendendum in causa principali, vt in *d. Const. Regni pœnam eorum*, & dicam infra d. cap. 14.

25 Et foriudicatio est pœna cōtumaciæ *de Franch. decis. 213. num. 20. & decis. 560. num. 7.* nam foriudicationis pœna contumaci, & non crimini imponitur, *Gramat. in d. Const. Reg. pœnam eorum num. 38.* & condemnatus in contumaciam præsumitur potius ex eius contumacia damnatus, quā ex eo, quod delictum commiserit, *Cabal. resol. crim. casu 287. num. 78.* 26 nam contumacia est delictum, *l. contumacia, ff. de re iudic. l. omne delictum, ff. de re milit. glos. & Bart. in l. vnica, § fin. ff si quis ius dicent. non obtemp. Thomas Ferratius cautela 22. n. 3. & Thes. decis. 265. num. 1.* sed alij dicunt, quod contumacia sit delictum impropriè, & dicatur fictum delictum,

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5323 f 6
1605/420.

Digitized by Google

PRAXIS FORIVDICATORIA; SEV DE MODO PROCEDENDI IN REGNO NEAPOLITANO AD SENTENTIAM FORIVDICATIONIS contra Reum Absentem in eius contumacia, vigore Constitutionis Regni, Pœnam eorum.

AVCTORE
ANGELO SCIALOYA
TERRAE NOVI
PROVINCIÆ PRINCIPATVS CITRA

Cum Summarijs, Argumentis, & Indice copiosissimo.


SVPERIORVM LICENTIA.



EXPENSIS FRANCISCI BALSAMI.

NEAPOLI, Ex Typographia Camilli Caualli. M.DC.XXXXV.

Digitized by Google



Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. MICHAELI SALAMANCHÆ

REGENTI REG. CANCELLARIAM SVPREMI SENATVS ITALIAE APVD CATHOLICAM MAIESTATEM.

ANGELVS SCIALOYA. S.P.D.

CVM tot perditissimorum hominum greges, non tàm capite, quam fama dãnati, publicam Neapolitani Regni obruant securitatem, & principum suffragijs insolentes, sanguinariam explcant libidinem, & vitam humanitatis expertes, inter syluarum latebras sordibus, ac rapinis ad omnem crudelitatem eruditi; meũ duxi munus publicis malis ea, qua possum ingenij facultate, consulere, & scelera deterrere calamo, & scribendo proscribere Praxim elaboraui ad forudicationis sententias castè, integrèque ferendas, ad cõmune, priuatumq; ius asseruandum; ad magistratus labores leuandos, augendamq; dignitatem. Iam verò ne leuis, humilisq; habeatur; hic labor meus, tuorũ Turrium patrocinium nuncupat, Illustriss Michael, ad quas destinare littera-

Digitized by Google

tas curas, non modo securitatis compendium est, sed gloriæ. Tuis auspicijs facilè iustoriari possum, qui sagacitate Cõsilij Austriacæ Maiestatis Atlas es; libenter etiã excipies librum hunc ad forensem disciplinam accomodatũ, qui indolem nactus es eruditissimam, Parente natus Ioanne Thoma Salamanca, qui & totius Italiæ oraculum, et Cancellariæ Regens Astreæ lucẽ, vel in vrbes omnes inuexit, vel magis euexit. Magnum dabit operi authoramentũ Pyramis tua gentilitia, quæ vel alteri semper fortunæ proludit, vel inuidiæ sepulturam parat. Nunquam etiã periculi aliquid subibunt labores mei, ad quorum excubias tui leones aduigilant, qui non tàm habent iubę, quàm iubaris, et in tuo nobilitatis signifero illustrissimè explendescunt: de Te, nihil in præsentia dicam cum eo meritorũ veneris, vt abundè laudari non possis. Themidem habes in pectore, suadam in ore. Oculatissimam prudentiam vbique prefers, cęcas manus, et quid quid immolas gloriæ, id immolas in Ara Iustitię. Tuæ famę panegyrim locupletissimã arbitror esse te ipsum, et non aliud elogiũ magnificentius ad laudem conscribere possum, quã vno verbo dicere, Michaelem Salamancam. Viue diù omnium votis, ac publicę faustitati. Vale.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

CVM experientia sit rerum magistra (benignè Lector) in muneribus à me gestis sæpè sæpius expertus sum, quanta damna dant banniti, & foriudicati in præiudicium honoris diuini, & humani, in hominum fama, vita, ac bonis; siquidem alios occidunt, alios facultatibus priuant, alios deturpant, alios trucidant, virgines deflorant, & innumera alia facinora patrant: ita vt nemo in domo, nemo in vijs, & nemo in campis securus existat. Ideo cum considerauerim modum opportunũ, quo potuissent eradicari huiusmodi scelesti, & perditi homines, vt quilibet quiete, & tranquilitate frueretur, volui edere hanc praxim foriudicatoriam, in qua abundè tracto materiam, & modum procedendi ad sententiam foriudicationis, & punitionem bannitorum, & foriudicatorum. Accipe igitur (benignè Lector) hoc meum opus, & studiosè legas, nam si gratum tibi erit quam primum (annuente Deo) edam copiosissimum Tractatum de Foro competenti, & alia opera virtute Duce, & comite fortuna videbis. Vale.

Re-

Digitized by Google

Reuerendi D. Iacobi Grassi V.I.D. olim Lectoris dicti Auctoris, ad eundem Auctorem.

EPIGRAMMA.

SVmite Doctores praxim, delicta Reorum
Tractantem breuiter, stat labor Angelicus.
Credito, nec paruum, missum, quod cælitus: astat.
Angelus est Auctor, dona dat Angelica.
Conditor immensus tentans sublimia facta,
Viribus eximijs vtitur Angelicis.
Nam quando primos voluit punire parentes,
Angelus in gladio pellere missus adest.
Nunc purgare volens fœdatos crimine campos,
Scriptis ipse tuis vtitur Angelicis.
Angelus antiquus curauit felle Tobiam,
Ad patrem puerum duxit, et incolumen.
At tua cuncta, Aloe mortalia pectora sanat:
Ad cælum ducis iuribus, atque tuis.
Quæritur à multis, qualis tu spiritus astas:
Vis, dicam quis sis? Angelus es Raphael.

Eiusdem Grassi ad Terram Noui, Patriam dicti Auctoris.

EPIGRAMMA.

FElix Terra Noui, renouans miracula mundi,
Angelicos fructus, dum tua claustra ferunt.
Inclyta fluminibus placidis refluentibus vndis
es, celebris semper vertice virgineo.
Illustris mansisti semper mater Heroum,
At nunc stas partu clarior Angelico.
Astrigerum posthac merito appellabere Cœlum;
Dum sinibus retines Sydera tanta tuis.

Eiusdem Grassi ad laudem diei, quo laurea doctoratus donatus fuit dictus Auctor, quę fuit dies decima septima Decembris 1631. qua die fuit incendium Montis Vesuuij.

EPIGRAMMA.

DIcito crudeles habitantes Tartara Regna,
Cur maris immensas arripuistis aquas?
Et mittebatis crepitantia fulgura Cælo,
Telluris solidæ, contremuitque solum?
Altaque crudelis ceciderunt culmina montis,
Flammarum globulis vritur vndigenis?
Nè mirere precor, nam Aloes sapientia fecit:
Dum venit prædas tollere Tartareas.

Digitized by Google

Domino Angelo Scialoyæ Iurisconsulto eloquentissimo, omnium bonarum litterarum, omniumque virtutum genere ornatissimo.

Hieronymus Prignanus V. I. D.

Angelus Scialoia Vtriusque Iuris Doctor Nouanus.

Anagramma c mutatur in e

O suauis qui lingua diuinus Coelo an terra ortus es?

CVncti, iure potes dici dignissimus Orbis,
Gloria dum cuncto maxima in Orbe micas.
Quot dispersa manent virtutum culmina multis,
Tu tot, mellifluo, claudis in ore simul.
Si vis, tu sapiens Orpheus, tu doctus Apollo
Tu prudens Hermes, tuque Minerua sagax.
O tu qui multa labiorum dote consuescas
Mel delambis apum, vel Iouis ambrosiam?
O tàm SVAVIS QVI LINGVA DIVINVS haberis
E COELO. AN TERRA, gentis ES ORTVS honor?

Al Dottor Signor Angelo Scialoia da Noui per la sua Prattica Foriudicatoria Sonetto.

Del Dottor Girolamo Prignano.

ALlor, che al Regno de l'eterna pace
Destò guerra il fellon superbo altero,
Angel fu, che bandì quindi l'audace,
Ed acchettò la sù quel sommo impero.
Allor, che'l Serpe ingannator vorace
Sparse tosco mortal ne l'huom primiero,
Anco vn' Angel vibrò l'vltrice face,
E diè bando ad Adam, giusto, e seuero.
Opra angelica è dunque il tor via lunge
Da gl'innocenti il Reo peruerso, e fello;
Se non che'l mal d'vn solo à mille aggiunge.
Or come fia lontan l'empio drappello
Da que' che santo zel d'honestà punge,
Fedel Prattica addita ANGEL nouello.

Digitized by Google

APPROBATIONES.

Al Signor Canonico Gioseffo Giannettasio.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Ioseph Giannettasius Can. Dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Regist. fol. 22. ater.

Fr. Ioseph de Rubeis Ord. Min. Conv. Eminentiss. Card. Philam. Theol.

Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore.

FRancesco Balsamo supplicando fà intendere à V. E. come vuol far stampare vn Trattato de Forgiudica del Dottor Angelo Scialoia, perciò supplica V.E. commettere la reuisione di quello à chi comandarà V.E. à fine che si possi hauere il Regio Imprimatur, & lo haurà à grazia da V.E. vt Deus, &c.

Magnif. V.I.D. Io. Baptista de Thoro videat, & in scriptis referat Suæ Excellen.

Capecelatro Reg. Locus + signi.

Prouisum per S. E. Neap. die 18. Iunij 1645.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

VTilissimam Praxim Foriudicationis, nouissimè editam pro communi vsu forensi à præclaro Viro V.I.D. Angelo Scialoyæ de mandato Vestræ Excellentiæ mihi perscrutandam demandatam sedulo perspexi, ac perlegi, at cum nil reperi, quod officiat iuri publico, & bonis moribus libenter censeo prælo dari posse pro comodo literariæ Reipublicæ, si ita Excellentiæ Tuæ videbitur, cui ex debito reuerenter me submitto, ac precor Nestoreos annos pro nostræ Reipublicæ tutamine. Dat. Neap. ex ædibus nostris die 20. mensis Iunij 1645.

Excellentiæ Vestræ

Addictissimus seruulus

Io. Baptista de Thoro I.C. Neap.

Vidit Arias de Mesa Reg. Consiliarius delegatus per S. E. pro reuisione librorum.

Visa supradicta relatione. Imprimatur.

Zusia Reg. Sanfelic. Reg. Capecelat. Reg. Merlinus Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 27. Iunij 1645. *Anastasius.*

Digitized by Google

PRAXIS FORIVDICATORIA ANGELI SCIALOYAE VTRIVSQ. IVR. DOCT.

SVMMARIVM.

1 Foriudicatus non est nomen iuris, sed est Regni vocabulum.

2 Foriudicatus in Regno dicitur, qui elapso anno, vel aliquo certo tempore à statuto breuiato per sententiam foriudicationis condemnatur, & sequuta foriudicatione habetur pro confesso, & vt si per diffinitiuam sententiam esset condemnatus. n. 21.

3 Foriudicatus dicitur quasi foris omnem aditum iudicij constitutus, vel dicitur foriudicatus, idest foras iudicatus.

4 Foriudicatio de iure communi nõ reperitur post annũ, sed tantũ contumax, & bannitus perdit omnia bona sua elapso anno, & semper ipse auditur in facto principali, sed de iure Regni cõmittens delictũ, propter quod veniat imponenda pœna mortis, si citatus non comparet, & sit bannitus, & in banno persistat in contumacia per annum, elapso anno à die bñt potest foriudicari, & foriudicatus amplius non auditur in facto principali. & n. 24.

5 Absens in criminalibus non potest de iure diffinitiuè condemnari, quando contra eum venit imponenda pœna vltra relegationem, sed de generali consuetudine Italiæ, & de iure Regni est secus.

6 Læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ crimen committens, potest absens, in eius contumacia condemnari.

7 Constitutiones, statuta, & praxis procedendi in criminalibus contra reum absentem valent.

8 Sententia excommunicationis non potest proferri, nisi lite legitimè contestata, & dato termino reo ad se defendendum, & repetitis testibus parte audita, nisi sit contumax, quia tunc potest in contumacia excommunicari.

9 Contumax potest excommunicari, & mortaliter peccat, num. 11. & dicitur infidelis, num. 12. & dicitur esse in dolo. nu. 14. sed propter contumaciam Procuratoris, Dominus non potest excommunicari, num. 13.

10 Excommunicatus in contumacia perseuerans per annum in contumacia, elapso anno redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur, & dicitur membrum Diaboli, num. 17. & videtur fateri delictum. num. 22.

15 Excommunicatus in Regno perseuerans in excommunicatione per annum debet denunciari per Episcopum excommunicantem Iudici laico, vt ipse Iudex laicus eum puniat, & qua pœna puniatur? num. 16. sed in duobus casibus non punitur, nu. 18.

19 Clericus beneficiatus statim, quod est excommunicatus priuatur fructibus beneficij, limita autem, quando est in extrema necessitate constitutus, limita etiam quando fuit nulliter excommunicatus, ibidem.

20 Argumentum valet de excommunicato ad bannitum.

23 Excommunicatus in contumacia pro crimine hæresis elapso anno, habetur pro conuicto, & potest puniri vt hæreticus, & amplius non auditur ad se defendendum.

25 Foriudicatio, an sit pœna contumaciæ?

26 Contumacia, an sit delictum? & an ex contumacia, quis possit interficiri.

27 Bannitus, & condemnatus pro delicto in contumacia dicitur bannitus, & condemnatus ex maleficio, & non ex contumacia.

CAP. I.

Foriudicatus vnde dicatur?

1 FOriudicatus non est nomen iuris, sed est Regni vocabulum, & secundum communem vsum loquendi, Constitut. Regni Parmeorum, verſſic foriudicatus, & docet Ioan. Gran-

Digitized by Google

Grandis de bello exulum, prædicamento qualitatis q.2.nu.2.

2 Et foriudicatus in Regno, dicitur ille, qui elapso anno à die publicationis banni per *Conſt. Regni pœnam eorum*, vel elapso aliquo certo tempore breuiato per *Reg. Pragmaticas*, ad ſententiam foriudicationis condemnatur, *Maſtrill. de indulto cap. 43. num. 1.* Et in Regno Siciliæ vltra Pharum, banniti ex cõtumacia ſunt illi, qui ex aliquo delicto inquiſiti, & non comparentes citantur per contumaciam, & ſi non conſtat de effuſione ſanguinis expectatur triduum, ſi verò de ipſius effuſione conſtaret, non expectato triduo, annotatis eorũ bonis, pronuntur in banno, vt diſponit ritus illius Regni in cap. 159. & docet idem *Maſtrill. eod. tract. de indultu cap. 14. num. 1.*

3 Dicitur foriudicatus, quaſi foris omnem additum iudicij conſtitutus, quia eſt foris ab omni additu iudicij, hoc eſt, quod ſibi ex contumacia denegatur omnis audientia in iudicio ab habentibus iudicare *d. Conſt. Regni pœnam eorum d. verſ. ſic foriudicatus*, & ibi *Aſflict. num. 42.* Vel dicitur foriudicatus, ideſt foras iudicatus, nam ipſe propter aliquod graue delictum abſens in eius contumacia ad mortem condemnatur *d. Conſt. Reg. pœnam eorum*.

4 Et licet de iure communi non reperiatur foriudicatio poſt annum, ſed tantum contumax, & bannitus perdat omnia bona ſua, elapſo anno, & sẽper ipſe audiatur in facto principali, vt probatur in *l. 1. vbi gloſ. Bart. & alij. ff. de requirend. Reis*, & docẽt *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæſt. 44. in prin. & ver. facta autem; Cabal. reſol. crimin. caſu 181. num. 1. Chartar. de exequut. ſent. cap. 1. num. 8. Aſſl. in d. Conſtit. Reg. pœnam eorum num. 6. & Boſſius pract. crimin. tit. de reis requirend. in prin.* & dicam infra *cap. 3. poſt num.* 48 tamen in Regno noſtro committens delictum, de quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, ſi citatus non comparet, & ſit bannitus, & in banno perſiſtat in contumacia per annum, elapſo anno à die banni poteſt foriudicari, & forindicatus amplius non auditur in facto principali, vt in *d. Conſtit. Regni pœnam eorum*, & dicam infra num. 24.

5 Et ſi contra abſentem in criminalibus nulla poſſit proferri diffinitiua ſententia, quando contra condẽnandum veniat imponenda pœna vltra relegationem, vt in *l. abſentem. ff. de pœnis, l. 1. ff. de requirendis reis, & in l. abſentem, C. de accuſat.* & docet Io. *Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæſt. 1. num. 2. Cabal. d. caſu 181. in prin. & Chartar. d. cap. 1. num. 1. & nu. 3.* Tamen ex generali conſuetudine totius Italiæ in quocunque graui crimine proceditur contra abſentem, qui perſeuerans in contumacia, habetur pro confeſſo, & bannitur, & condemnatur ad mortem, vt teſtatur *Alber. in l. pen. §. ad crimen num. 23. in fine. ff. de publ. iudic. Iul. Clar. d. quæſt. 44. ver. licet autem, Io. Grandis d. prædicamento quantitatis q. 1. num. 3. Tartag. pract. crim. par. 2. cap. 1. nu. 20. Guazzin. ad defen. reorum def. 10. c. 2. num. 33. Cabal. d. caſu 181. num. 2. Chartar. d. cap. 1. n. 9. cum plur. ſeq. vſq; ad nu. 17. & Farinac. pract. crimin. tit. de inquiſitione quæſt. 11. num. 3.* Et hæc conſuetudo viget in Regno noſtro Neapolitano per *d. Conſt. Regni pœnam eorum*, vt teſtatur *Io. Grandis d. prædicamen. quantitatis*
6 *quæſt. 1. num. 6.* prout etiam per *extrauagantem ad reprimendum*, diſponitur, vt contra committentem crimen læſæ Maieſtatis humanæ poſſit procedi contra reum abſentem in eius contumaciam ad diffinitiuam ſentẽtiam, & eius exequutionem, & eſt *cap. Reg. nuper apud Trauum*, & docent *Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione q. 11. poſt num. 1. & Chartar. d. cap. 1. num. 3.* vbi num. 26. dicit, quod in crimine hæreſis, etiam proceditur contra abſentem in eius contumaciam, & nu. 27.
7 & ſequ. dicit ipſe Chartar. ibi, quod Conſtitutiones, ſtatuta, & praxis procedendi in criminalibus cõtra reum abſentem valent, & idem *Ghartar. dict. cap. 1. d. num. 5.* alios caſus connumerat, in quibus poteſt procedi in criminalibus contra reum abſentem in eius contumaciam.

8 Et idem obſeruatur in ſententia excommunicationis, quæ licet non poſſit proferri, niſi lite legitimè conteſtata, & dato termino reo ad ſe defendendum, & repetitis teſtibus parte audita, vt in *tit. decretalium extra, vt lite non conteſtata*, tamen quando reus eſt contumax, poteſt in contumacia excommunicari, *Hipp. de Marſ. de bannitis, verſic. contumacia, num. 63. Chartar. d. cap. 1. num. 13. Iul. Clar. d. quæſt. 44. d. ver.*

licet

Digitized by Google

licet autem in fine, & Riccius dec. 134. p. 4.

9 nam contumax potest excommunicari, *glos. in cap. 1. de dolo, & contumacia in 6. & docet Marant. in suo speculo part. 6.*

10 *membro 2. num. 21. vbi nu. 35.* dicit, quod quando quis est excommunicatus in contumacia, si perseuerat per annum in contumacia, elapso anno redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur idem tenet *Anna allegat. 25. num. 5. & est Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. in fine, cap. ad abolendam, §.*

11 *qui vero de hæret.* & contumax mortaliter peccat, *Catalan. de indultu cap. 12. num. 14. citat Viuium decis. 138.* & quod contumacia sit peccatum mortale, dicit *Albanus in addit. ad Bartol. in l. vnica num. 21. ff si quis ius dicent. non obtemp. & Hipp. de Marsi. in pract. crim. §. postquam*

12 *num 64.* vbi etiam dicit, quod contumax dicitur infidelis, citat *c. si qui presbyteri 81. distinct.* & idem tenet ipsemet *Hipp. de Marsi. de bannitis ver. contumacia*

13 *num.* 10. vbi nu. 119. dicit, quod propter contumaciam Procuratoris, Dominus non potest excommunicari,

14 nec suspendi, & num. 7. dicit, quod contumax dicitur esse in dolo, *l. non potest, ff. de reg. iur. l. ex consensu. ff. de appellat.* sed hoc intellige, vt sit in dolo præsumpto, & non in vero, *Bartol. in l. minor la prima, ff. de minoribus, & Hipp. de Marsi. de bannitis d. ver. contumacia dicto num. 7.*

15 Et per *Cap. Reg.* 102. quando quis perseuerat per annum in excommunicatione ipse debet denunciari per Episcopum excommunicantem Iudici laico, vt ipse Iudex laicus eum

16 puniat, & docet *Marant. d. membro 2. d. num.* 35. Et excommunicatus si perseueret in excommunicatione per annum, punitur pœna contenta in

17 *Cap. Regni* 163. & talis excommunicatus perseuerans in excommunicatione per annum dicitur membrum Diaboli, *cap. omnis Christianus, & c. seq.*

18 11. *q.* 3. Sed si excommunicatus infra annum petat absolutionem, si Episcopus eam denegat, in hoc casu excommunicatus nõ punitur, prout neque punitur si ante promulgationem sententiæ excommunicationis, vel post appellauerit, vt in *d. Cap. Regni* 163.

19 Sed Clericus beneficiatus statim, quod est excommunicatus, priuatur fructibus beneficij, *glos. in cap. rursus*

11. *quæst.* 3. nisi sit in extrema necessitate, *Garzia de beneficijs part. 7. cap. 13. §. 1. num. 105. & Riccius decis. 62. num. 2. & seq. part. 4.* vbi in fine dicit, quod si ipse Clericus beneficiatus sit nulliter excommunicatus non priuatur dictis fructibus, etiã si nõ sit in extrema necessitate, & idẽ tenet *Garzia vbi supra num. 116.*

20 Et de excommunicato, ad bannitum valet argumentum, *Boßus pract. crim. tit. de bonorum publicatione post n. 75.*

21 Reus perseuerans in contumacia per annum incipiendum à die bãni, potest reus ipse foriudicari, & sequuta foriudicatione, habetur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat; esset per diffinitiuam sententiam condemnatus *d. Const. Regni pœ-*

22 *nam eorum*, prout etiam est, nam perseuerans in excommunicatione per annum in causa criminali, videtur fateri delictum, *cap. rursus, & cap. quicunque. 11. q. 3.* & docet *Io. Grandis d. prædicamento quantitatis quæst. 1. num. 5.*

23 *& Chartar. d. cap. 1. num* 13. idem est si quis fuit citatus pro crimine hæresis, & fuit excommunicatus in contumaciam, nam elapso anno habetur pro conuicto, & potest puniri vti hæreticus, *cap. excommunicamus, § qui autem de hæreticis, cap. cum contumacia de hæret. in 6.* & amplius non auditur ad se defendendum, & ad demonstrandum eius innocentiam, *d. cap. rursus 11. q. 3.*

24 & dicã infra cap. 14. Prout idẽ est in foriudicato, qui lecta sententia foriudicationis, amplius non auditur ad sè defendendum in causa principali, vt in *d. Const. Regni pœnam eorum*, & dicam infra d. cap. 14.

25 Et foriudicatio est pœna cõtumaciæ *de Franch. decis. 213. num. 20. & decis. 560. num. 7.* nam foriudicationis pœna contumaci, & non crimini imponitur, *Gramat. in d. Const. Reg. pœnam eorum num. 38.* & condemnatus in contumaciam præsumitur potius ex eius contumacia damnatus, quã ex eo, quod delictum commiserit, *Cabal. resol. cri-*

26 *min. casu 287. num. 78.* nam contumacia est delictum, *l. contumacia, ff. de re iudic. l. omne delictum, ff. de re milit. glos. & Bart. in l. vnica, §. fin. ff si quis ius dicent. non obtemp. Thomas Ferratius cautela 22. n. 3. & Thes. decis. 265. num. 1.* sed alij dicunt, quod contumacia sit delictum impropriè, & dicatur fictum delictum,

& non verum, ita *Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. postquam nu. 52. & in tract. de bannitis, ver. contumacia num. 106. vbi num. 112.* dicit, quod contumacia dicitur delictum in omittendo, idem tenet *Mastril. de indulto cap. 18. num. 4.* sed quod contumacia sit delictum grauissimum, dicit *Catalan. de indultu c. 13. num. 13.*

Sed veritas est, quod sola contumacia non est delictum, *Bal. in l. fin. num. 2. in fine*, C. *de crimine stellionatus*, & idem *Bal. in l. si mora col. 1. in fine, ff. solut. matrimon.* dicit, quod ex sola contumacia, nemo debet interfici, *Baldum* sequitur *Reg. Rouit. in rub. de sentent. foriudicationis num. 36. in fine*, sed quando contumacia habet annexū contemptum Iudicis, tunc absque dubio dicitur delictum, & potest contumax criminaliter puniri, ita *Iul. Clar. pract. crimin.*

27 §. 1. *versic. quæro etiam in fine*, vbi dicit, quod bannitus ex contumacia dicitur bannitus ex maleficio, & idem tenent *Nellus de bannitis in 2. part. secundi temporis nu. 59. & Chartarius de exequut. sent. d. cap. 1. num. 39. & num. 43.* vbi dicit, quod bannitus pro delicto in contumaciam potest propriè dici bannitus ex maleficio, nam non bannitur, & condemnatur reus propter cōtumaciam, sed propter delictū, cuius plena probatio resultat ex contumacia, & damnatus in contumaciam non pro contumacia, sed ex maleficio in contumaciam damnatus dicitur, vt dicit ipse *Chartar. ibi, & Farinac. pract. crimin. tit. de inquis. quæst. 11. num. 93.* cum pluribus numeris seq.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui est competens in procedendo contra reum carceratum, est competens in foriudicando ipsum absentem in eius contumaciam.*

2 *Curia Baronalis in Regno est cōpetens in foriudicando eius subditos delinquētes, amplia duobus modis, vt num. 3. 4. & 5. usq; ad num. 10. limita in Regno Sicilia vltra Pharum num. 10.*

6 *Commissarius destinatus ad capiendam informationem, illa capta non potest reum citare, nisi hoc habeat in commissis, secus in officiali ordinario.*

8 *Casus omissus à statuto reuertitur in dispositione iuris communis.*

11 *Clericus non potest foriudicari à Iudice laico, & foriudicatus remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum num. 12. & sententia foriudicationis est nulla n. 13. & 14.*

15 *Contumax non potest declinare forum Iudicis citantis, amplia etiam purgata contumacia num. 16. limita in clerico nu. 17. limita etiam quando Iudex, qui citauit, sit omninò incompetens nu. 19. & nu. 20.*

21 *Clericus contumax reputatus per Iudicem laicum, non tenetur ad pœnam contumacia, & num. 23. & exactam repetit à fisco num. 22.*

26 *Sententia foriudicationis est nulla, si sit lata à Iudice incompetenti, amplia dato, quod deinde superueniat d. Iudici merum imperium in foriudicatum, num. 24. & 25. & ista nullitas potest opponi per foriudicatum eo existente carcerato nu. 27. & 28.*

29 *Iudex successor potest continuare acta foriudicationis facta à suo predecessore, sed limita n. 30. & n. 31.*

32 *Foriudicatus per Curiam Baronalem, potest iterum foriudicari pro eodem delicto in Regijs Tribunalibus, & foriudicatus in loco delicti, potest iterum pro eodem delicto foriudicari in loco suæ originis, & domicilij num. 33.*

34 *Contumax in duobus Tribunalibus pro eadem causa, tenetur soluere pœnam contumaciæ, & illud, in quo fuit condemnatus insolidum vtrique Tribunali, & n. 35.*

36 *Citatus à Iudice incompetenti, potest multari si non comparet.*

37 *Contumace reo remisso ad eius Baronem, pœna contumacia spectat ad Iudicem citantem.*

38 *Iudex loci delicti an sit competens in foriudicando delinquentem subditum alterius Iudicis? & quid si delictum sit factum in cōfinibus duorum territoriorum? & quid si quis sit vulneratus in vno territorio, & mortuus sit in alio? & quid in mandato ad occidendum dato in vno territorio, & effectu sequuto in alio territorio, Author remittit se à tractatum de Foro Competenti per eum compilatum.*

CAP. II.

Quis sit Iudex competens in foriudicando delinquentes?

1 OMnes Iudices, qui sunt competentes in procedendo contra aliquem delinquentem carceratum, sunt

Digitized by Google

sunt competentes in foriudicando ipsum delinquentem absentem in eius contumaciam, nam non est differentia inter sententiam foriudicationis factam in absentem, quam in præsentem *Capibl. de Baronib. Pragm. 6. nu. 33.* Et omnes illi Rectores, quibus specificè per Statutum cōcessum est, vel si ipsis sit concessum merum, & mixtum imperium possunt procedere ad sententiam foriudicationis contra eorum subditos delinquētes, ita *Nellus de Sancto Geminiano in tract. de bannitis in 2. p. primi temporis n. 1.*

2 Vndè Curiæ Baronales sunt competentes in foriudicādo eorum subditos delinquentes *de Nigris in c. Reg. siuè quis num. 27. Afflict. in Const. Reg. pœnam eorum num. 15. & 17. Capibl. de Baronib. Prag. 8. parte 2. num. 115. Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est num. 82 fol. mihi 18. à tergo, Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudicatis cap. 1. num. 35. in fine, & Nouarius de grauamin. vassall. tom. 3. grauam. 9. nu. 3.* Immo *Prag.* 3 *48. de armis, quæ hodie est 2. de ictu scopiæ*, disponens, vt interficiens aliquem ictu scopiæ possit foriudicari, elapsis quindecim diebus à die contractę vltimæ contumaciæ in citatione ad informandum, & ad capitula habet etiā locum in Curijs Baronalib. *Pragm. 10.* 4 §. *84. de offic. Iudic.* sic etiam Curiæ Baronales possunt procedere ad sententiam foriudicationis contra inquisitos de crimine recaptus, qui si citati non compareant infra quatuor dies, possunt Curiæ ipsæ Baronales, elapsis dictis quatuor diebus declarare dictos inquisitos haberi pro veris foriudicatis, tanquam si essent per sententiam declarati, vt desumitur ex *Prag. 10. in princ. de exulibus.*

5 Sed per Pragmaticam editam per Excellentiss. Comitem Montis Realis *die 29. Martij 1637. §. 2. de armis* disponitur, vt Curiæ Baroles pro delictis factis cum armis igneis non possint procedere ad condemnationem, nisi prius data notitia Regio Collaterali Consilio, & ab eo obtento responso, sed tantum possunt capere informationem, vnde ex hac Pragmatica aliqui putant, Curias baronales hodie non posse procedere ad sentētiam foriudicationis, nisi prius data notitia Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso, nam foriudicare aliquem est eum ad mortem condemnare, *Constitutione Regni pœnam eorum*, sed puto in contrarium esse verum, & sic, quod Curiæ Baronales possint procedere ad sententiam foriudicationis etiam nō data notitia Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso, nam *d. Pragmat.* fuit edita in odium delinquentium cum armis igneis, sed si hoc esset, quod Officiales Baronales non possint procedere ad sentētiam foriudicationis cōtra istos delinquētes cum armis igneis nisi prius data notitia Regio Collaterali Consilio, & habito responso; hoc resultaret in fauorem Inquisitorum, nam non possent foriudicari pendente relatione prædicta facienda Regio Collaterali Consilio, & ipsi delinquentes ex hoc sentirent comodum, cum non possint foriudicari infra dictos quindecim dies, iuxta *d. Pragmat. 2. de ictu scop.* ergo ne d. Pragmat. Comitis Montis Realis, quæ fuit facta in odium delinquentium cum armis igneis resultetur in fauorem ipsorum, de necessitate debet intelligi, vt Curię Baronales possint procedere ad sententiam foriudicationis etiam non data notitia Regio Collaterali Consilio, licet ipsę Curiæ Baronales non possint procedere ad cōdemnationem Rei inquisiti de delictis factis cū armis igneis, ipso reo carcerato, secundum d. Pragmaticā, quæ de necessitate debet intelligi in iudicio ordinario reo existente carcerato, & non in iudicio, quod fit in contumaciam reo ipso absente, nam quando reus est carceratus, saltim maceratur in carceribus pendente relatione prædicta facienda, quod non est, quando reus non est carceratus, & persistat in contumaciam armando per campanam. Et non obstat si dicatur, quod dum dicta Pragmat. dat potestatem Capitaneis, & Curijs Baronalibus capiendi informationem de delictis factis cū armis igneis, & deinde prohibet, ne possint procedere ad condemnationem, nisi facta relatione Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso, & licet d. Pragmat. expressè non prohibeat Curijs Baronalibus procedendi ad citationem, tamen 6 hoc tacitè intelligitur, nam destinatus ad capiendam informationem, illa

Digitized by Google

la capta non potest reum citare, nisi in commissis habeat potestatem procedendi in ipsa causa vsque ad sentẽtiam, *Prag.* 10 §. 73. *de offic. Iudic.* ergo si non potest citare, à fortiori nõ potest procedere ad sententiam foriudica-
7 tionis; sed respondemus, supradicta procedere in simplici Commissario, & non in Officiali ordinario, qui de per se habet iurisdictionem, & licet dicta Pragmat. Excellentiss. Comitis Mõtis Realis prohibeat Officialibus Baronalibus procedendi ad condemnationem contra inquisitos de delictis factis cum armis igneis pendente relatione facienda Regio Collaterali Consilio, tamen expressè non prohibet, quin ipsi Officiales Baronales possint procedere ad citationẽ; nam vno prohibito, non censetur aliud
8 prohibitum, & casus omissus à statuto reuertitur in dispositionẽ iuris cõmunis, *l. cõmodissimè, ff. de liberis, & posth. l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim.* & docet *Thom. Ferratius cautel. 24. num. 2. in fine*, & statutum in casu omisso debet recipere interpetrationem à iure communi, ad hoc, vt ipsum minus lædat, *l. serui vestri, C. de noxalib. Carauit. Pragm. 1. num. 74. & seq. de exulib.* sed per ius commune, Iudex potest procedere ad citationem, ergo d. Pragm. prohibens tantum Officialibus Baronalibus procedere ad condemnationem contra delinquentes cũ armis igneis non debet extendi, vt ipsi Officiales Baronales non possint procedere ad
9 citationem. Sed hodie hæc quæstio est sopita, nam d. Pragm. Excellentiss. Comitis Mõtis Realis fuit reuocata, quoad hoc per Pragm. Excell. Ducis Medinæ editam in anno 1638. de armis, per quam est statutum, vt Curiæ Baronales procedant in delictis factis cum armis igneis, prout antea procedere poterant ante d. Pragmat. Comitis Montis Realis, vndè hodie absque dubio, Curiæ Baronales possunt procedere ad sententiam foriudicationis contra delinquentes cum armis igneis, non facta dicta relatione Regio Collaterali Consilio, & ab eo habito responso.

10 Sed in Regno Sicilię vltra Pharũ, Barones illius Regni nõ possunt procedere ad sentẽtiam foriudicationis, sed tenentur transmittere processum ad Magnam Curiã, quæ deindè procedit ad dictam sententiam foriudicationis, ita *Mastril de Magistratib. lib. 4. cap. 16. num. 104. & Capibl. de Baronibus Prag. 8. part. 2. num. 115.* sed Curia Capitanialis Vrbis Panormitanæ, & Straticotialis Messanæ absente Prorege, seu Regni Præside, possunt reos foriudicare, *Mastril. d. cap. 16. num. 106. & seq.*

11 Et aduerte, quod Clericus nõ potest foriudicari à Iudice laico, *Bossus pract. crimin. tit. banniri, qui possint, num. 5.*

12 Quod si ipse Clericus vti laicus sit citatus à Iudice laico, & sit effectus foriudicatus, ipse existens in posse Curiæ Iudicis sæcularis debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, vt in *rit.*
13 65. nam in hoc casu sententia foriudicationis est nulla, vt docent *Foller. pract. crim. rub. captis foriudicatis recognoscantur num. 4. & Grass. de effect cler. eff. 1. num. 357. & num. 466.* & omnis sententia lata per Iudicem laicum contra Clericum est nulla, *cap. nullus Iudicum, 11. q. 1. Auth. statuimus, C. de Episc. & cler.*
14 & docet *Graß. d. eff 1. num. 350.* & processus per Iudicem sæcularem factus contra Clericum non potest sustineri, dato, quod ipse Clericus citatus per Iudicem laicum esset effectus cõtumax, & nec ipse, nec alius pro eo comparuisset, *Cabal. resol. crim. casu 225.*
15 *num. 30. & 31.* Et licet quando quis est citatus à Iudice incompetenti si non compareat, & sit effectus contumax, non possit forum Iudicis citantis declinare, & petere se remitti ad Iudicem suum competentem, cum per contumaciam ipse amittat exceptionem declinatoriam fori, *l. de die §. planè, ff. qui satisd. cogant.* & docent *Afflict. in decis. 133. & in Const. Reg. pœnam nouem nu. 9. Ferratius cautela 56. num. 2. & 3. Catalan. de indultu cap. 12. num. 21. Thes. decis. 265. num 2. Nouar & alij per eum citati in praxi elect. fori to. 1. sect 4. quæst. 22. nu. 2. Anna in sing. 120. Foller. pract. crim rubr. banniantur, num. 50. de Franch. decis. 417.*
16 *num. 1. & Carauit. rit 205. nu. 4.* Immo reus contumax in criminalibus, neq; purgata contumacia potest declinare forum Iudicis citantis, *de Franch. d. decis. 417. post num 1. & Carauit. d. rit. 205.*
17 *num. 4.* tamen Clericus citatus à Iudice laico, & effectus contumax, nõ per hoc amittit declinatoriam fori, vt nõ possit petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, Iudicem suum competen-

Digitized by Google

petentem, nam constito de clericatu, non obstante contumacia, debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, *Butrius in cap. si diligenti, num. 14. extra de foro compet. Anna d. sing. 120. & Io. Grandis de bello exulum in prædicamento, pati,*
18 *quæst. 3. speciali 97. in fine*, & Clericus neque tacitè, neque expressè potest consentire in Iudicem laicum, vt dixi in tract. de foro compet. cap. 36. Et
19 quando Iudex, qui aliquem citauit est omnino incompetens, non obstãte contumacia, contumax potest declinare forum, *Bar. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & Foller. pract. crim. rub.*
20 *bannientur, num. 50.* Immo contumax coram Iudice omnino incompetenti quandocunque potest comparere, & opponere exceptionẽ declinatoriam fori, ita *Hipp. de Mars. in tract. de bannitis ver. contumacia num. 75.*
21 Et Clericus si sit reputatus contumax à Iudice laico, si compareat, & declinat forum laicale, & sit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, in hoc casu pœna contumaciæ non debetur, sed ipsa reuocatur, *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 36. num. 3. & 4. & Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores post num. 39. & ibi de Angelis post num. 25.* Im-
22 mo si pœna contumaciæ sit per Iudicem laicum exacta, & Fisco incorporata, statim, quod Clericus docet de clericatu, repetit solutum à Fisco, *Grassus de effect. cler. effect. 1. num. 465.* ita decisum testatur *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de contumace cap. 2. per tot.* licet
23 *Vivius decis. 138. nu. 8* dicat, quod Clericus effectus contumax à Iudice laico debeat soluere mulctam Fisco laico, tamen prima opinio de iure est vera, & communis *D. Reg. Sanselic. decis. 277. num. 7.*
24 Quod si Iudex incompetens foriudicat aliquem dato, quod deindè superueniat dicto Iudici merum imperium in foriudicatum, tamen sententia foriudicationis est nulla, *Afflict. in Const. Reg. penam eorum num. 6. & aug. l.*
25 *quæ ab initio. 211. ff. de regul. iur.* nam iurisdictio superueniens in personam Iudicis non ratificat retrogesta, quæ fuerunt nulla ratione defectus iurisdictionis, *l. obseruare in fine. ff. de off. Proconsulis*, & docent *Anchar. in cap. licet ex suscepto num. 7. de foro compet. & Gramat.*
26 *in cons. crim. 71. num. 57.* sic etiam si Iudex ordinarius procedat ad sententiã foriudicationis contra exemptum à sua iurisdictione, talis sententia foriudicationis est nulla, *Nellus de Sancto Geminiano de bannitis in 2. p. primi temporis num. 2. & Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 200.* nam sententia foriudicationis lata à Iudice incompetẽti est nulla, & ideò non est exequenda, *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, q. 11. num. 46.* & omnis sententia lata à Iudice omnino incompetenti est nulla, *l. 2. & l. fin. C. si à non competenti Iudice iudicatum esse dicatur, cap. at si clerici de iudicijs, de*
27 *Nigris in cap. Regni Illustri nu. 50.* & ista nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, potest proponi per foriudicatum, eo existente carcerato, vt di-
28 cam infra cap. 25. vbi etiam dicam, quod contumax condemnatus per Iudicem incompetentem, si postea sit captus per eundem Iudicem, ipse captus potest se tueri ex nullitate processus.
29 Et quando Iudex competens moritur, vel mutatur, eius successor potest continuare acta foriudicationis facta à suo prædecessore in terminis, in quibus reperiuntur, & non tenetur de nouo iudicium foriudicationis à principio inchoare *d. Const. Regni penam eorum in princ.* vbi expressè *Afflict. num. 14.* & est *tex. de iure communi in leg. mortuo Iudice, ff. de iudicijs*, & docet *Foller. pract. crim. rub. foriudicentur n. 1. in fin.*
30 Sed si Iudex citat Reum ad foriudicandum, & agnatos, cognatos, amicos, & vicinos ad dicendum causam quare, &c. mortuo, vel mutato ipso Iudice, eius successor debet de nouo expedire dictam citationem, & non debet proferre sententiam foriudicationis vigore citationis factæ à suo prædecessore, nam ipse successor expediendo nouam citationem, dicti agnati, cognati, amici, & vicini sunt certi, quem petere debeant ad informandum de causa, & ipse nouus Iudex debet partes audire, vndè merito per mortem Iudicis noua est expedienda citatio à Iudice successore, *Rouit. Prag. 4. num. 2. in fine, de ordin. Iudic. Minad. decis. 28. de Franch. dec. 457. num. 3. & Dom. Reg. Hector Capic. Latro decis. 69. num. 12.*
31 Et non per hoc, quod prædecessor Iudex processit ad acta foriudicationis, eius successor tenetur proferre sententiam foriudicationis, si non sit

casus

Digitized by Google

casus foriudicationis; argumento eorum, quæ traduntur per *glo. in d.l. mortuo* Iudice, *ff. de iudicijs*.

32 Aduerte, quod contumax in Curia Baronali pro aliquo delicto potest pro eodem delicto ad instãtiam eiusdem accusatoris in Tribunalibus Regijs reputari contumax, & foriudicari, *Bal. in l. 1. num. 5. C. vbi de crimine agi oportet*, & est *tex. de iure Reg. in ritu* 205.

33 Immo si sit lata sententia foriudicationis à Iudice loci delicti, potest etiam ipse foriudicatus iterum foriudicari in loco originis, vel domicilij ipsius foriudicati, ita *Petrus Caballus resolut. crimin. casu* 162. *num.* 16. *& nu.* 19.

34 Et contumax in duobus Tribunalibus pro eadem causa tenetur soluere pœnam contumaciæ insolidum vtrique Tribunali, *Carauit. dict. rit.* 205. *num.* 7. *& Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit.*

35 *de contumace cap.* 1. *num.* 11. Et contumax in duobus locis condemnatus pro eodem crimine, potest cogi soluere vtramque condemnationem, *Hipp. de Marsi. in l. de vnoquoque num.* 222. *ff. de re indic. & in tract. de bannitis ver. cõ*

36 *tumacia num.* 16. *vbi num.* 24. dicit, quod citatus à Iudice incompetenti potest mulctari si non compareat, & remissa

37 causa vassalli contumacis ad suum Baronem, pœna contumaciæ spectat ad Iudicem citantem, *Thes. decis.* 150. *in fi. Capibl. d. Prag.* 8. *p.* 1. *n.* 208. *& 217. de Angelis ad Foller. rub. audiantur excusatores post nu.* 133. *Danza de pugna DD. to.* 1. *tit. de contumace cap.* 1. *num.* 9. *& Nouar. de grauam. vassall. to.* 3. *grauam.* 54.

38 Sed quæritur quid si subditus vnius Iudicis delinquat in territorio alterius Iudicis, quis eorũ sit Iudex cõpetens in foriudicando ipsũ delinquentem? vide quod dixi in tract. de Foro competenti cap. 51. Et quid si delictum sit factum in confinibus territoriorum duorum dominorum? & quid si quis sit vulneratus in vno territorio, & mortuus sit in alio territorio? & an si mandatum ad occidẽdum sit datum in vno loco, & homicidium sit factum in alio territorio, quis sit Iudex competens in foriudicando delinquentem? latè dixi d. cap. 51. & ideò dic, vt ibi, ne hic idẽ repetam, & quando occurret casus quis sit Iudex competens contra delinquentes recurre ad dictum meum Tractatum de Foro competenti, in quo habes totam materiam latè examinatam, & ideò circa istum cap. amplius non insisto, sed ad ibi dicta me remitto, quando casus tibi obueniet.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicari quis potest pro delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis tantum, & num.* 2. *& 136. amplia sive procedatur per accusationem, sive per inquisitionem, num.* 48. *& quomodo procedatur contra Reum absentem in delictis, in quibus non venit imponenda pœna mortis, ibidem d. n.* 48.

3 *Banna, quæ dantur secundum Statuta terrarum Italiæ, sunt mortalia.*

4 *Sententia foriudicationis non exequitur, quando quis fuit foriudicatus pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna mortis, & num.* 6. *&* 8. *nam in hoc casu sententia foriudicationis est nulla, num.* 5. *& 7. & de hac nullitate potest opponi per foriudicatum. n.* 9.

10 *Foriudicari quis non potest pro crimine periurij.*

11 *Minor an puniatur pœna ordinaria, & possit foriudicari? vsque ad n.* 26.

26 *Statutũ disponens, vt foriudicatus pro quocumque delicto possit impunè occidi, intelligitur si sit foriudicatus pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, aliàs contrarium disponens non valet, num.* 27. *sed occidens excusatur, n.* 28.

29 *Armantes quatuor per campaneam cum armis prohibitis ad modum exulum extra vias publicas cum concurrenti diffamatione, dicuntur foriudicati etiam si non delinquant, & puniuntur pœna mortis, & comprehenditur etiam mulier in isto numero quatuor, num.* 30. *& contra istos tales, Regia Audientia procedit ad modum belli, nu.* 31.

32 *Incedens in commitiuam foraſcitorum per campaneam, quamuis non delinquat tamen punitur pœna triremium.*

33 *Foriudicatus pro vno delicto, potest pro alio delicto foriudicari, & idem est in contumace, num.* 34. *& idem est in excommunicato, num.* 35.

36 *Foriudicari semel potest, qui eodem instanti plura commisit delicta, & nu.* 38. *quod comprobatur pluribus rationibus vsque ad num.* 48.

49 *Lex imponens pœnam capitalem, in dubio non intelligitur de morte naturali, sed de morte ciuili, & de ratione, nu.* 50.

51 *Homicida punitur pœna mortis, quod ampliatur,*

Digitized by Google

pliatur, & limitatur vsque ad num. 96.

96 Læsa Maiestatis diuinæ, & humanæ crimen committès punitur pœna mortis, & n. 97.

98 Assassinus punitur pœna mortis, & quid in mandante? & quid non sequuto effectu? & quid in mediatoribus? ibid.

99 Sodomita punitur pœna mortis, limita in Statu Florentino, limita etiam si dictum crimen non sit consumatum, ibid.

100 Habens rem cum animali bruto punitur pœna mortis, & etiam animal debet mori.

101 Incestus pœna in ascendentibus, & descèdentibus est mortis, sed in transuersalibus est deportationis nu. 102. intellige si non sit factus per vim, alias est pœna mortis, num. 103.

104 Monialem professam cognoscens carnaliter punitur pœna mortis.

105 Meretricem cognoscens carnaliter per vim in Regno punitur pœna mortis, si sit confessus, & conuictus, & ipsa meretrix infra octo dies conquesta sit, sed de iure communi punitur pœna extraordinaria, nisi hoc sit absque vi, quia tunc non punitur, ibid.

106 Stuprans virginem per vim punitur pœna mortis, secus si volente ipsa virgine, & quando stuprum dicatur voluntarium. ibidem.

107 Officialis, & custos carceris cognoscentes mulierem intuitu eorum officij, qua pœna puniantur?

108 Adulterium committens qua pœna puniatur? & qua pœna puniatur accommodans domum ad committendum adulterium? ibidem.

109 Leno qua pœna puniatur?

110 Osculantes mulieres per vim de iure communi puniuntur pœna arbitraria, sed in Regno puniuntur pœna mortis.

111 Raptores mulierum puniuntur pœna mortis, & ibi latè de materia raptus.

112 Mulieres inter se corrumpentes puniuntur pœna mortis.

113 Imaginem Dei, vel eius Sanctorum percutientes puniuntur pœna mortis.

114 Extrahentes frumentum, arma, monetam, aurum, vel argentum extra Regnum puniuntur pœna mortis.

115 Dans alapam Officiali intuitu officij punitur pœna mortis.

116 Perturbans diuina officia punitur pœna mortis.

117 Famosum libellum faciens qua pœna puniatur?

118 Macriatas facientes de iure Regni puniuntur pœna mortis, & de iure communi puniuntur pœna arbitraria.

119 Mouentes publicè bellum in Regno puniuntur pœna mortis.

120 Depopulatores agrorum, vinearum, vel arborum puniuntur pœna mortis, & possunt impunè occidi.

121 Ignem dolosè immittens in oppido punitur pœna mortis, & extra oppidum punitur pœna triremium, & contra eum Regia Audientia procedunt ad modum belli.

122 Auxilium præstans turcæ, vel mauro, vt aufugiat à Regno punitur pœna mortis.

123 Fur qua pœna puniatur de iure communi, & de iure Regni?

124 Latro famosus punitur pœna mortis, & idè est in disrubante in publicis vijs.

125 Sacrilegus punitur pœna mortis.

126 Furantes de nocte in Ciuitate Neapolitana puniuntur pœna mortis.

127 Falsum deponens qua pœna puniatur?

128 Notarius in Regno conficiens falsum instrumentum punitur pœna mortis.

129 Falsificans fidem banci, & eam præsentans in banco ad finem habendi nummos punitur pœna mortis, quod amplia pluribus modis, & limita in Clerico ibid.

130 Sigillum Regium, & scripturas Regias falsificans punitur pœna mortis in Regno, secus de iure communi.

131 Falsam monetam fabricantes puniuntur pœna mortis; amplia, & limita pluribus modis, ibid.

132 Partum supponens punitur pœna mortis.

133 Arbores alienas incidens de iure Regni punitur pœna mortis, secus de iure communi.

134 Fornarij vendentes farinam in Ciuitate Neapolitana puniuntur pœna mortis, sed de Consuetudine non seruatur.

135 Alleuiantes Naues, & in ipsis practicantes absque licentia Officialium sanitatis in Ciuitate Neapolitana puniuntur pœna mortis.

136 Scalas portàtes de nocte in Ciuitate Neapolitana puniuntur pœna mortis.

138 Foriudicari quis potest pro delicto, pro quo alius, qui dictum delictum non commiserat fuit foriudicatus, si appareat dictum delictum esse commissum per foriudicandum.

CAP. III.

Pro quibus delictis quis possit foriudicari?

1 LIcet per *cap. Reg. sine quis*, si pro delicto veniat imponenda pœna mortis naturalis, deportationis, mè-

Digitized by Google

bri abſciſſionis, vel careeris perpetui, quis poſſit foriudicari, tamen hodie in Regno noſtro quis non poteſt foriudicari, niſi pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis tantum, vt docent *Afflict. in Conſtit. Reg. panam eorum, num. 22. Gizzarel. deciſ. 13. Foller. in Pragm. de foriudicatis, num. 6. Reg. Tap. deciſ. Sacri Regij Conſilij 49. Capibl. ſing. 48. Giurba conſ. 83. Reg. Ranitus rub. de ſent. foriudic. num. 10. & num. 36. & Nouar. dec. Regia Audientia Apuleæ 18. & de grauam. vaſſaller. tom. 3. gravam. 9. n. 19.*

2 *& gravam. 50. num. 4.* & ille poteſt foriudicari, qui ſi eſſet præſens poſſet ad mortem damnari, *Staibanus conſ. 6. n. 9. de Angelis ad Foller. pract. crimin. rub. foriudicentur, num. 1.* Et banna, quæ hodie dantur ſecundum ſtatuta terrarum

3 Italiæ ſunt mortalia, *Bar. in l. quiſquis in fine, C. ad leg. Iul. Maieſtat. Chartar. de execut. ſent. cap. 1. num. 158. & Farinac. pract. crimin. tit. de inquiſit. quæſt. 11. poſt num. 11. ver. contrarium his non obſtantib.*

4 Quod ſi quis ſit foriudicatus pro delicto, pro quo non imponitur pœna mortis naturalis, ſententia foriudicationis non exequitur, *Guazzin. ad defenſam Rerum, defenſ. 35. cap. 14. num. 1. Io. Ant. de Nigris in d. cap. Regni ſiue quis, num. 25. Baldaſſ. de Angel. ad Gizzarel. d. deciſ. 13. num. 1. Regens Ronis. rubr. de ſent. foriudic. num. 10. Viuius deciſ. 439. num. 36. Thorus compend. deciſion. tom. 1. ver. foriudicatus, fol. 247. & Nouarius d. gravam. 9.*

5 *poſt num. 19.* & eſt ratio, nam quando profertur ſententia foriudicationis pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna mortis, dicta ſententia foriudicationis dicitur nulla, *Nouar. d. deciſ. 18. num. 1.* & ſententia foriudicationis non eſt exequenda ſi pœna in dicta ſententia contenta ſit grauior delicto per foriudicatum commiſſo, *Farinac. pract. crimin. tit. de inquiſ. quæſt. 11. num. 62. vbi ver. & hac*, dicit, quod ſententia notoriè iniqua non poteſt exequi contra contumacem bannitum;

6 & quod ſententia, quæ maiorem continet pœnam, quam de iure imponi poteſt, non ſit exequenda, dicit *Chartar. de execut ſent. cap. fin. n. 48.*

7 *vbi num. ſeq.* dicit, quod quando ſentẽtia continet maiorem pœnam, quam de iure imponi poteſt, dicitur nulla etiam in totum, & ideo exequenda non eſt, citat *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæſt. 93. ver. quæro ſi Iudex*, & ipſe Char-

8 *tar. ibi nu. 50.* dicit, quod ſi quis ſit condemnatus ad mortem in contumacia pro conatu, pro quo pœna hæc imponi non debet, talis ſententia nõ eſt exequenda, citat *Cruett. conſ. 941.*

9 *num. 23. vol. 5.* Vndè foriudicatus poteſt dicere de nullitate ſententiæ foriudicationis ad finem diſcutiendi, ſi pro delicto, pro quo fuit foriudicatus pœna mortis debeat imponi, ita *Baldaſſ. de Angelis ad Gizzarel. d. deciſ. 13. n. 2.* citat *Viuium deciſ. 439. num. 36. & Giurbam d. conſ. 83. num. 3.* Immo amici, & conſanguinei foriudicandi poſſunt comparere, & petere copiam proceſſus, & videre ſi ſit caſus, pro quo poſſit procedi ad ſententiam foriudicationis, *Io. Ant. de Nigris in d. cap. Reg. ſiue quis num. 19. in fine, ver. & poterunt*, & dicam infra cap. 25.

10 Hinc eſt, quod cum pro periurio non poſſit imponi pœna mortis naturalis, quis pro periurio non poteſt foriudicari, vt in *Rit. 270.* & docent *Afflict. in d. Conſt. Reg. pœnam eorum num. 52. Io. Ant. de Nigris d. cap. Reg. ſiue quis n. 20. de Franch. dec. 271. num. 8. & ſeq. & Ioan. Aloyſius Catalanus de indultu cap. 14. n. 7.*

11 Hinc etiam eſt, quod cum minor non puniatur pœna ordinaria pro delicto, ſed puniatur pœna extraordinaria, *Foller. pract. crim. in 4. par. principa-*

12 *li, rub. panis debitis feriantur num. 17.* & ipſe minor non puniatur pœna mortis, *Bertazzol. conſ. crim. 118. num. 1. tom. 1. Hipp. de Marſ. in l. 1. num. 92. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, & in conſ. 24. nu. 37. conſ. 30. num. 20. conſ. 39. num. 59. conſ. 47. num. 14. & conſ. 48. num. 54. & Cabal. reſolut. crim.*

13 *caſu 134.* ideo minor non poteſt foriudicari, *Hippol. de Marſ. in l. de minore, num. 63. ff. de quæſtionib. Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, num. 7. & num. 33. Maſtrill. deciſ. 162. Thor. compen. deciſ. tom. 3. ſect. 2. ver. minor. fol. 88. & Baldaſſ. de An-*

14 *gelis ad Gizzarel. deciſ. 13. poſt n. 1.* Quod ſi ſit lata ſentẽtia foriudicationis cõtra minorem, & tempore prolationis dictæ ſententiæ non ſit oppoſitum de minori ætate, exiſtente Reo deindè in vinculis, poteſt allegari minor ætas, & ſententia foriudicationis non poteſt exequi. *Thor. compend. deciſ. to. 1. ver. foriudicatus, & tom. 2. ver. ſententia, fol. 632. Giurba conſ. 83. num. 3. & Farinac. pract. crim. tit. de inquiſit. quæſt. 11. num. 26.*

15 *cum pluribus numeris ſequentib.* Niſi minor cõmittat enorme delictũ, pro-

pter

Digitized by Google

pter quod possit puniri pœna mortis, est exemplum in *decis. Præs. de Franch. dec.230. Thes.decis.161. Reg.Sanfel.dec.57. & Cabal.resolut.crimin.d.casu 134.num.9.*

16 quia tunc minor potest foriudicari, & eo foriudicato, cõtra eum exequitur sententia foriudicationis per supradi-

17 cta iura, nam in Regno minor potest puniri pœna ordinaria, vel extraordinatia in arbitrium Iudicis, considerata qualitate delicti, *Pragm.1.de minorib. Prag.2.de furtis, & Pragm.2.§.fin.de com-*

18 *missarijs*, vnde merito in Magna Curia Vicariæ, allegata minori ætate, nõ impeditur, quin possit procedi ad sẽtenriam foriudicationis, sed dicitur, quod procedatur ad sententiam foriudicationis, & de allegata minori ætate habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, Reo inquisito existente in fortijs Curiæ, vt docet *Foller. pract. crim.rub.foriudicentur, num.7. & ibi de Angelis in add.num.11. Chartar.de execut.sent. cap.fin.num.224. cum plurib.seq. & de Leonardis pract.Officialium cap.13. post nu.40.*

19 vbi dicit, quod minor semper restituitur aduersus bannum, citat *Afflict. in Const.Reg.minorum iura, num.9.* & do-

20 cet *Farinac.d.quæst.11.num.32.* Et foriudicatio lata contra minorem dicitur nulla, vt decisum refert *Anna sing.379. & de Leonardis d. num.40.* nam sententia lata contra minorem indefensum est nulla ipso iure, *l.eum & minores, C.si aduersus rem iudic. l.acta, §.contra indefen-*

21 *sos, vbi DD. ff. de re iudic.* secus si sit legitimè defensus, quia tunc sententia valet, sed ipse tãtum aduersus dictam sententiam in integrum resti-

22 tuitur, *d.l.eum, & minores, eum l.seq.* sed ipse minor non admittitur per procuratorem ad petendam restitutionem in integrum aduersus sententiã contra eum latam in criminalibus, sed ipse minor personaliter comparere debet ad hoc petendum, *Hippol. de Marsi.pract.crim. §. sequitur modo, nu.5. & Io.Maria Monticell. in pract. crim.reg. 13.num.11.*

23 Et in Statu Ecclesiastico, tunc ratio ætatis haberi debet post sententiam contra bannitum latam pro homicidio, quando ipse bannitus non excedit decimum quartũ annum, nam si excedat, exequutio sententiæ cõtra eum fieri debet, ac si maior esset, vt in *Const.Pij IV. & docet Chartar.d.cap.fin.*

24 *num.230. & seq.* Et minor quando est læsus semper restituitur aduersus sẽtentiam contra eum latam, *l.1. & l.4. C.si aduersus rem iudicatam, & docet Reg.*

25 *Rouit.in Pragm.1.num.22.de minorib.* sed mulier non restituitur aduersus rem iudicatam, *glos. & Hiser. in Const.Regni obscuritatẽ*, sic decisũ testatur *de Præch. decis.284.* & docet *Reg.Rouit.d.Pragm.1. d.num.22. de minorib. & D.Reg. Sanfelic. dec.133.num.6. & seq.*

26 Et statutum disponens, vt foriudicatus pro quocumque delicto possit impunè occidi, intelligitur si sit foriudicatus pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, *Decius cons.65. in 1.limitatione vol. 1. Io. Grandis de bello exulum prædicamento qualitatis, quæst.2.num.7. & Io. Maria Monticell.d.pract.crimin.reg.3. num.4. & num.9.*

27 vbi dicit, quod statutum contrarium disponens non valet, citat *Hippol. de Marsi.pract.crim.§.agredior. num.2.* idem tenet *Iul.Clar.pract.crim. §.homicidium,*

28 *ver.plerumque in fine*, vbi tamen dicit, quod si adest tale statutum, quod bãniti ex leui causa possint impunè occidi, si quis eos occidat non punitur.

29 Et aduerte, quod si quatuor eant per campaneam armata manu cum armis prohibitis ad modum exulum extra vias publicas cum concurrenti diffamatione in hoc casu isti tales dicuntur foriudicati, etiam si non constat p ipsos fuisse cõmissum aliquod delictum, & isti tales puniuntur pœna mortis, *Pragm.12. de exulib. Io. Grandis de bello exulum in prædicamento quantitacis, quæst.3. num.17. & in prædicamento pati, quæst.1.num.3. Reg.Rouit. rub.de exulib.num.22. Muscatel. pract.crimin.rubr.de furtis, & latrocinijs, num.40. Capibl.de Baronib. Prag.8.part.2. num.114. latè Danza de pugna DD. tom.2. tit. de armatione per*

30 *campaneam cap.1. per totum*, vbi cap. 5: per totum tenet, quod si vna mulier, & tres homines eãt per campaneam, habet locum supradicta dispositio loquens de quatuor euntibus per cam-

31 paneam, & contra istos tales Regiæ Audientiæ procedunt ad modum belli, *Prag.10.§.48. de off. iudicũ, ver.l'armare*, vbi hæc sunt formalia verba, *l'armare per la campagna con arme prohibite à modo de forasciti in commetiua, & numero de quattro persone almeno; quando però col detto armare, commetteranno delitto, ancorche per primo non se ritrouassero inquisiti d'altro delitto, & che non siano pi-*

Digitized by Google

gliati in fragante con le dette arme, così si
32 *armaranno dentro, come fuora de strate,* sed si quis incederit in commitiuam forasciterum per campaneam, quamuis delictum non commiserit, ex solo incessu condemnatur ad triremes, *Carauit. Pragm. 1. num. 187. de exulib. Io. Grădis de bello exulum prædicamento pati. q. 1. nu. 3. &* Danza *d. tit. de armatione per campaneam cap. 1. n 17.*

33 Aduerte etiam, quod foriudicatus pro vno delicto potest foriudicari pro alio delicto, *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 16. ver sed nunquid, Foller. pract. crim. rub banniantur, num. 36. Boßus pract. crim. tit. de banni nullitate, num. 9. Graßus de effect. cler. eff. 9. num. 316. Cabal. resolut. crim. casu 157. nu. 9. Viuius commun opin. lib. 2. opin. 31. Nellus de bannitis in p. part. primi temporis, num. 3, Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. quæst. 11. num. 58. & Thorus compend. decis. tom. 2. sect. 3. ver saluus con-*
34 *ductus fol.* 223. vbi dicit, quod contumax pro vno delicto poterit pro alio delicto contumax fieri, citat *Carauit.*
35 *rito 105. num. 1.* Prout etiam excommunicatus pro vna causa potest excommunicari pro alia causa, *cap. quantumlibet in fine 47. dist. cap. cum pro causa, & cap. officij de sent. excommun.* & docet
36 *Graßus d. eff. 9. nu. 315.* sed si quis committat plura delicta eodem instanti semel tantum potest foriudicari faciunt dicta per *Cabal. resolut. crimin. casu 100. num. 12. & seq. & in casu 157. num. 7.*
37 vbi dicit, quod licet quis occidens eodem instanti duos homines committat duo homicidia, & pro quolibet homidio imponi debeat pœna mortis, tamen cum quis non possit occidi, nisi semel, ideo semel tantum punitur, & vna tantum condemnatio in dictam pœnam mortis fit, citat *Bar. in l. numquam plura, num. 11. ff. de pri-*
38 *uatis delictis.* & ipse *Cabal. d. casu 157. d. num. 7. in fin.* loquitur in specie, quando quis condemnatur in contumaciam pro duobus homicidijs eodem instanti commissis, & dicit, quod vna
39 condemnatio fit; prout in simili videmus, nam percutiens vnum clericum pluries eodem instanti semel tãtum potest excommunicari, cum dicatur vnica percussio, vt dixi in Tra-
40 ctatu de Foro competẽti cap. 61. vbi etiam dixi, quod percutiens vnica percussione plures clericos tot incurrit excommunicationes, quod sunt
45 clerici. Et percutiens aliquem pluribus vulneribus eodem tempore, & in eadem rixa, vno tantum, vel pluribus ictibus, an vna tantum pœna, vel pluribus teneatur, & quomodo quis puniatur de pluribus delictis eodẽ contextu, vel vnico actu commissis? vide
46 *Cabal. casu 155. & casu 167.* vbi *casu 157. & 158.* latè tractat si quis in eodem facto vnum vulnerat, & alterum occidat an de homicidio tantum, an verò etiam de vulnere puniatur, & an resultantibus ex eodem facto pluribus delictis diuersis, pœna vnius cum pœna alterius confundatur, an verò omnium criminum pœnæ locum habere debeãt? de quo etiam vide *Hippol. de Marsi in pract. crim. §. pro complimẽto, num. 38. Riccium decis. 57. part. 2. Rouit. Pragmat. 8. num. 4. de armis, Viuium commun. opin. lib. 1. opin. 281. &* Regentem He-
47 florem Capic. Lat. *in decis. 78.* Et statuto puniente præstantem auxilium alicui ad delictum committendum sub certa pœna, si quis præstat opem pluribus ad vnum maleficium committendum non tenetur pluribus pœnis, pro pluribus auxilijs, sed vna tantum pœna pro vno auxilio, & non pro multiplici, sic etiam qui mandat pluribus, quod vnum committant delictum, vna tantum pœna, ac si vni tãtum commisisset, & non multiplici punitur, ita *Cabal. resol. crim. casu 280.*

48 Et pro omnibus delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis quis potest foriudicari tàm si procedatur per accusationẽ, quam per inquisitionem, vt desumitur ex dictis per *Iul. Clar. pract. crim. § fin. q. 11. in prine.*

Sed pro delictis, pro quibus non venit imponenda pœna mortis naturalis, Reus citatur ad informandum, & si non comparet reputatur contumax, & punitur tantum ad pœnam contumaciæ, quæ quanta sit, dicam infra cap. 7. & non potest condemnari ad pœnam delicti in eius contumaciam, ipso Reo absente, & ita practicatur in Regno nostro, licet de iure communi possit procedi ad condemnationem contra Reum absentem in eius contumaciam pro delictis, pro quibus venit imponenda pœna minus relegationis, secus si vltra, vt in *l. absentem. ff. de pœnis, l. 1. ff. de requir. Reis, & in l. absentem, C. de accusat.* & dixi

supra

Digitized by Google

ſupra cap. 1. num. 5. & docet *Farinac. quæſt. 11. poſt num. 1.* tamen in Regno eſt ſecus, nam in Regno Reus abſens in eius contumaciam tunc foriudicatur quãdo committit delictum, pro quo venit imponenda pœna mortis, aliàs ſecus, vt diximus. Et de iure communi Reus abſens in caſibus, in quibus non poteſt cõdemnari ſi citatus non comparet, & ſit effectus contumax, eius bona adnotantur, & deinde ſi comparet ſemper auditur ad demõſtrandum eius innocentiam, ſed bona adnotata non recuperat etiã, quod fuerit de crimine abſolutus, niſi infra annum compareat, & oſtendat ſuam innocentiam, quia tunc recuperat bona adnotata, *l. 1. vbi DD. ff. de requir. Reis. Boſſ. practi. crim. tit. de requir. Reis in princ. & in tit. de citat. nu. 5. Iul. Clar. practi. crim. §. fin. quæſt. 44. in fine primi ver. Chartar. de execut. ſent. cap. 1. nu. 6. & ſeq. & Farinac. practi. crim. tit. de inquiſ. quæſt. 11. n. 2. & poſt num. 83. & dixi ſupra d c. 1. n. 4.*

Sed diximus, quod pro illis delictis quis poteſt foriudicari, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, ideo credo, non eſſe extra materiam hic connumerare omnes caſus, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis.

49 Eſt autem ante omnia aduertendum, quod lex imponens pœnam capitalem in dubio non intelligitur de morte naturali, ſed de mitiori, & ſic de morte ciuili, *gloſ. in l. 1. C. ne ind. man. criſt.* & docet *Maraut. in ſuo ſpeculo*

50 *part. 4. diſt. 2. num. 3.* nam in interpretatione legum pœnæ moliendæ ſunt potius, quam exaſperandæ, *l. interpretatione, ff. de pœnis*, & in pœnis benignior interpetratio eſt facienda, *cap. in pœnis de regul. iuris in 6.* Et quod lex imponens pœnam capitalem in dubio non intelligatur de pœna mortis naturalis, tenet *de Nigris in cap. Reg. contra effrenatos, num. 32.* ſic etiam ſi quis ſit condemnatus ſimpliciter ad pœnam capitalem non poteſt vita priuari, *Chartar. de execut. ſent cap fi. n. 295. vbi num. 301.* dicit, quod ſtatutum diſponens, vt quis capite puniatur intelligitur de exilio, & num. 302. dicit, quod ex hoc aſſeſſores ſolent dicere in ſententia condemnatoria ad mortem, & ita aliquem decapitari debere, ita vt moriatur, vel ita quod anima à corpore ſeparetur, ſed ſi bannitus ſimpliciter condemnatus ſit in pœnam mortis, & tunc vita priuandus eſt, quamuis hoc in ſententia dictum non ſit, nam appellatione mortis de naturali ſemper intelligitur, *l. ex ea parte §. inſulam, & ibi DD. ff. de verbor. obligation.* & docet *Chartar. d. cap. fin. poſt num. 302.*

Sed pro pluribus delictis de iure eſt impoſita pœna mortis naturalis, quæ hic connumerare intendo, & Primo.

51 Homicida, & ſic, qui cõmittit homicidium doloſè, & appenſatè punitur pœna mortis naturalis, *l. 1. ff. ad legem Cornel. de Sicarijs. l. pœna parricidij, ff. ad leg. pomp. de parricidijs, & eſt tex. de iure Regni in Conſtit. terminum vitæ, & docent Boſſ practi crim. tit. de homicidio, num. 109. Iul Clar. practi. crim. §. homicidium, ver. ſed quæro, & Petrus Cabal. de omni genere homicidij, nu. 277. & ſeq.* Quod amplia, &

52 Primo, vt hoc procedat, ſiue homicida ſit nobilis, ſiue plebeius, nã ſemper punitur pœna mortis, *Iul. Clar. d. §. homicidium d. ver. ſed quæro, & probatur in d. Cõſtit. Reg. terminum vitæ.*

53 Secundo amplia, vt non valeat ſtatutum diſponens, quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, *Iul. Clar. d § homicidium, ver. ſed numquid, & Hippol. de Marſilijs in d. l. prima, n. 17. ff. ad legem Cornel. de Sicarijs.*

54 Tertio amplia, vt ſi quis occidat hominem habentem animam, licet moſtruoſum aſsimilantem animalibus irrationabilibus, tamen punitur pœna mortis, *Cabal reſol. crim. caſu 139.*

55 Quarto amplia, nam occidens hominem de proximo ſuſpendendum, vel de proximo moriturum punitur pœna mortis, vt dicam infra cap. 17. ver. ſed poſtquam, vnde ſi quis vulnerat aliquem læthaliter, & deinde alter eum occidat, occidens punitur pœna mortis, & ipſe, qui antea vulnerauit læthaliter nõ punitur pœna mortis, ſed tãtum punitur de vulnere, *l. item Mela, §. Celſus, & l. huic ſcripturæ §. ſi ſeruus, ff. ad leg. Aquil.* & docẽt *Hippol. de Marſ. d. l. 1. num. 87. ff. ad l. Cornel. de Sicarijs, & Cabal reſolut. crimin. caſu 158. num. 20. & de omni genere homicidij, nu. 169.* Et occidens aliquem, qui prius erat ab alio læthaliter vulneratus, dicitur homicida volũtarius, *Riccius deciſ. 91. par. 2.* licet contrarium teneat *Iacobus de Franch. de fund. quæſt. 15. nu. 16.*

Digitized by Google

num. 16. Et percutiens aliquem vulnere non læthali, si deindè alius eundem vulnerat vulnere læthali, iste percutiens vulnere læthali tenetur de homicidio, *Bar. in l. si in rixa, ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. aut vero plura, & ver. sed quid si Reus, & Afflict. in Const. Reg terminum vita, num. 32. & num. 40.* Quod intellige si percutiens vulnere non læthali non sit consocius cum percutiente vulnere læthali, aliàs percutiens vulnere non læthali etiam tenetur vti præstãs opem in homicidio, *l. in actione, §. ope, ff. de furtis, Gramat. cons. crim. 4. num. 1. & 2. & Affl. in d. Const. Regni terminum vita, num. 40.*

56 Quinto amplia, nam licet homicidium sit factum à pluribus cum vno vulnere, & non constet de vulneratore, tamen omnes tenẽtur de homicidio, *Gramat. cons. crim. 5. nu. 1. Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. alia etiam est defensio, & Thes. decis. 31. & dicam infra cap. 10.*

57 Sexto amplia, nam si quis ex pluribus percussionibus decedat, non cõstito, cuius ictu perierit, in hoc casu omnes de homicidio tenentur *d. l. item Mela, §. si plures, & l. ita vulneratus, §. idẽ, ff. ad legem Aquil. l. 1. §. fin. & l. seq. ff. de his, qui deiecerunt, vel effud.* & docet *Iul. Clar. d. §. homicidium, d. ver. alia etiam est defensio*, quod intellige, si omnes deliberato animo voluerunt eum occidere à principio, aliàs omnes puniũtur pœna extraordinaria, *Affl. in Const. Reg. terminum vitæ, nu. 41.*

58 Et præsumitur quis auxilium præstare delinquenti eo ipso, quod assistat armatus homicidio, *cap. sicut dignum extra de homicidio*, & hoc dato, quod assistens nullo modo arma traxit, nam adhuc dicitur præstare auxilium, *glos. in l. 2. §. & si quis, ff. de vi bonorum rapt.* & docet *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. 1. §. 5. num. 13.* sed si quis casu assistat in delictis nõ punitur, *Gramat. dec. 25. num. 3. & 6. & Riccius dec. 64. par. 2.* Et quando quis casualiter interuenit rixæ non tenetur de facto alterius, sed tenetur tantum, de eo, quod ipse fecit, *Cabal. resolut. crim. casu 192. nu. 4.* vbi nu. 7. tenet, quod in dubio quis præsumitur assistere, & adesse maleficio dolosè, & ex proposito, & non casualiter, & ipse *Cabal. ibi num. 5. & 6.* dicit, quod si Titius rixatur cum Seio, & superuenit frater Seij, & occidit Titium, ipse Seius nõ tenetur de facto sui fratris; Et quod interuenientes casualiter, & accidẽtaliter delicto teneãtur tantum de eo solum, quod ipsi fecerunt, & non de eo, quod alij fecerunt tàm respectu pœnæ, quàm respectu interesse partis, dicit *Boss. pract. crim. tit. de pœnis nu. 2. & seq. & Cabal. resol. crim. casu 198. nu. 11.*

59 Septimo amplia in occidente infãtem natum, nam iste occidens punitur pœna mortis, *l. pen. C. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Thes. dec. 13. nu. 1.* Et hoc procedit, dato, quod ipse infans esset natus in septimo mense, vel incepto septimo mense, secus si in octauo mense, *Thes. d. dec. 13. num. 2.* nam natus in septimo mense dicitur legitimè natus, & lex fingit eum viuere posse, secus in nato in octauo mense, *l. septimo mense, ff. de statu hominum*, & docet *Boer. decis. 220.* Et ideò si quis occidit partum animatum iam natum in quarto, vel sexto mense non punitur pœna mortis, sed alia mitiori, *Thes. d. decis. 13. num. 2.*

60 Sed faciẽs abortare mulierem partu animato punitur pœna mortis, si hoc dolosè, & appensatè faciat, *l. 1. ff. ad l. Põp. de parric.* secus si partus nõ sit animatus, quia tũc nõ punitur pœna mortis, sed fustigationis, & temporalis exilij, *l. si mulierem, ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, l. Diuus Seuerus, ff. de var. & extraord. crim. l. Cicero, ff. de pœnis*, hanc distinctionem facit, *glos. in d. leg. Diuus Seuerus*, & docẽt *Ozascus dec. 60. in prin. Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, num. 65. ver. sed qua pœna, de Nigris in cap. Reg. ad peruersorum, num. 49. & Affl. in Const. Reg. terminum vitæ, nu. 29.* de quo latè per *Menoch. de arbitr. iudic. casu 357. & Iul. Clar. pract. crimin. § fin. quæst. 68.* & plures casus in hac materia distinguit *Thes. dec. 12. & Danza de pugna DD. to. 2. tit. de abortu cap. 2. per tot.* sed quando quis pecunia facit abortare mulierẽ prægnantem partu inanimato punitur pœna mortis, *Affl. d. num. 29.* vbi dicit, quod in tantum faciens abortare mulierẽ partu animato punitur pœna mortis, in quantum sciat, mulierem esse prægnantem, aliàs non punitur, & dicam infra cap. 17. Et quædam mulier, quæ procurauit abortum viuum, vt suam pudicitiam tegeret fuit fustigata, & detrusa in carcerem perpetuum, vt refert *de Franch. decis. 592.*

& Thes.

Digitized by Google

& Thes. d. decis. 12. num. 13. Et in masculo anima infunditur in quadraginta, & in fœmina in octuaginta diebus, *Gomez de delictis cap. 3. rubr. de homicidio post num. 32. Vinius dec. 82. num. 1. & seq. Novarius in addit. ad Pras. de Franch. d. decis. 592. & Danza dict. tit. de abortu cap. 4.* Quod si quis det poculum mulieri ad eam ingraudandam, si ipsa (eo sumpto) moriatur, dans poculum punitur pœna relegationis, *l. 3. §. sed ex Senatus consulto. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis*, & docēt *Novarius in addit. ad Pras. de Franch. d. decis. 592. & Danza d. tit. de abortu cap. 3. n. 6.* & per totū illū cap. 3. dubitat ipse Danza ibi, quid si ex hoc mulier non decedat, & quid si mulier adhibeat medicamenta, vt non concipiat, qua pœna puniatur.

61 Sed in pluribus casibus homicida excusatur à pœna mortis. Et primo, quando quis interficit hominē ad suā necessariā defēsionē, puta si nō poterat euadere periculum vitæ si non occidebat suum inimicum, nā in hoc casu occidens non punitur, *clem. vnica de homicidio, l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. & est tex. de iure Regni in d. Consi. Reg. terminum vitæ, vbi Affl. nu. 14. Cabal. de omni genere homicidij, num. 67. & Hipp. de Mars. d. l. 1. num. 28. ff. ad l. Cornel. de Sicariis, vbi nu. 29.* dicit, quod si Presbyter celebrans Missam sit agressus, potest agressorem interficere, & deinde continuare Missam, & docet etiam *Cabal. d. tract. de omni genere homicidij, num. 68.* nam vim vi repellere licet, *l. vt vim, ff. de iust. & iure*, de quo latè *Iul. Clar. d. §. homicidium, versic. excusatur autem, cum plur. alijs ver. seq.* & latè *Hipp. de Mars. pract. crim. §. quoniam à num. 62. vsque ad num. 97.* sed ista defensio, propter quam quis excusatur à pœna homicidij, debet esse facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, & paribus armis, & quod sit in continenti, *DD. d. l. vt vim*, & docent *Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. scias tamen, & Cabal. de omni genere homicidij, num. 92. cum quatuor numeris seq. & est tex. de iure Reg. in Consi. Reg. pacis cultum*, aliàs excedēs in se defendendo non punitur pœna ordinaria, sed pœna extraordinaria pro excessu tantum, *Hipp. de Mars. d. l. 1. num. 41. ff. ad l. Cornel. de Sicariis, Iul. Clar. d. ver. scias tamen, Riccius decis. 163. par. 2. & Cabal. de omni genere homicidii, num. 98. cum plurib. seq.* Et magis excusatur, qui se defendit cum minoribus armis, *Gramat. cons. crim. 63. num. 3.* Et quis non solum pro defensione propriæ personæ potest agressorem interficere, sed etiam pro defensione suorum consanguineorū, *Gramat. cons. 68. num. 4.* Et quidam, qui vt auxiliaretur fratri suo interfecerat aliquem cum eo rixantem, fuit absolutus, vt testatur *Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. item locum habet, & Hipp. de Mars. in d. l. 1. num. 111.*

62 Et insultatus, occidens insultātem, punitur in pœnam relegationis arbitrio Iudicis, dummodò non excedat tempus quinquennij, *Gramat. consil. crim. 18.* Et in dubio præsumitur, illum esse agressorem, qui aliquam iniuriā, vel vulnera recepit, *Anna sing 693.* sed quod in dubio, qui superat iudicandus sit prouocans, & superatus agressus dicit, *Cabal. resol. crim. casu 231. n. 18. cum duob. seq. vbi num. 13.* dicit, quod in dubio, qui est fortior, validior, & audacior præsumendus est agressor, & idem tenet *Anna d. sing. 693.* Et quis in dubio iudicandus sit agressor? plures coniecturas connumerat, *Cabal. d. casu 231. à num. 6. vsque ad num. 21. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 363. & Boer. dec. 237.* Et qui potērat vulneratum in terra prostratum occidere, & non occidit, signum est, quod ad defensam vulnerauit, *Cabal. resolut. crim. casu 288. num. 60. vbi num. 62.* dicit, quod verba hæc, *amazza, amazza*, in rixa prolata non inferunt necessario, quod qui ea protulit fuerit agressor, & inceptor rixæ.

63 Secundo minans alicui mortem, potest impunè ab eo occidi in illo actu, *Baldus in lege prima, C. quando liceat se sine Iudice vindic. Hipp. de Mars. pract. crim. §. diligenter, num. 87. Boer. decis. 169. Affl. in Consi. Reg. terminum vitæ, n. 30. & Iul. Clar. d. §. homicidium, vers. sed quomodo.*

64 Tertio, si percutio te, qui es in actu percutiendi me, videor te percutere ad meam defensionem, *Hipp. de Mars. pract. crim. §. expedita, num. 16. & in d. l. 1. num. 40. Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. sed quomodo in fine, & Cabal. resolut. crim. casu 88. num. 4. cum trib. num. seq.*

65 Quarto, si quis occidat eum, qui expectabat interfectorem, vt eum occideret, iste talis occidens excusatur, *Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. potest etiam.*

66 Quinto, quis pro defensione suorū bono-

bonorum poteſt aliquem interficere, *Iul.Clar.d.§.homicidium,ver.hac autem,& Catalan. de indulto cap.35. num.74. & eſt tex.de iure Reg in Conſt.pacis cultum.*

67 Sexto, ſi prouocatus occidat prouocantem non punitur pœna mortis, *Affl in Conſt. Reg.terminum vitæ,num.* 24.Et quidam,cum fuiſſet iniuriatus, & verberatus interfecit iniuriantem, & verberantem cum pugione in cõtinenti,iſte talis fuit condemnatus ad regias triremes in perpetuum, *Gramat. dec.98.* vbi *Petra in addit. num.*1.dicit, quod nobilis ad euitandum alapam, ſeu pugnum à plebeio, poteſt dictum plebeium impunè occidere, citat *Viuium dec.46 num.*12.Immo ſi ſit lapſum multum temporis ſpatium à die illatę iniuriæ, adhuc occidens iniuriantem non punitur pœna mortis, *Gizzarel. dec.*18.

68 Septimo,occidens aliquem in rixa non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna relegationis, *l.lege Cornelia, §.1.ff.ad l.Cornel.de Sicarijs, l.lex Iulia,§. fin. ff.ad l.Iuliam repetundarum,* & docet *Gramat.dec.*17.*num.*4. Hinc eſt,quod ſi quis occidat aliquẽ cum armis igneis in rixa,non poteſt foriudicari, *Thor. compend.deciſ tom.3.ver.citatio,fol.*154. *& ver.foriudicari, fol.*467. *eodem tom.*3.

69 Octauo, occidens aliquem ira motus nõ punitur pœna mortis, ſed mitiori, *l.Gracchus; C.ad l.Iul.de adult.Theſ. deciſ.*178. *Iul.Clar. pract.crim. §.fin. q.*60. *ver.eſt etiam,Hipp.de Marſ.d.l.*1. *num.*77. *& de Nigris in cap.Regni ad peruerſorum, num.*28. Immo ſi crimen ſit commiſſum calore iracũdiæ in Palatio Principis, delinquens non punitur pœna mortis,& ſic pœna ordinaria, *D.Conſil.Merlin.controuerſ.forenſ.cap.*66.Et homicidium commiſſum calore iracũdiæ, qualiter ſit puniendum? vide *Maſtril.dec.*278.Et homicidium,quando dicatur commiſſum conſulto,& ãnimo deliberato ad finem,vt homicida poſſit puniri pœna ordinaria, & ſic pœna mortis? vide eũdem *Maſtril. dec.* 297.

70 Nono, ſi pater occidat filium, vel filius patrem vna ex cauſis ingratitudinis, propter quam occiſus poterat exhæredari ab occiſore, in hoc caſu occidens non punitur pœna mortis, *Hipp de Marſ. d.l.*1. *num.*105. *ff.ad l.Cornel. de Sicarijs.* Vnde ſi pater occidat ſuum fillum,qui cognouit nouercam carnaliter, non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna deportationis, *l.Diuus, ff.ad l. Pompeiam de parricidijs.*

71 Decimo, ſi quis percutiat aliquem in capite cum baculo, ſequuta morte,ſi percutiẽs ſit bonæ vitæ, & nõ ſit ſolitus delinquere nõ punitur pœna mortis, ſed relegationis per ſeptemniũ,*Gram.vot.*23. licet regulariter quis nõ habens alia arma, ſed ſolũ habens baculum percutiat aliquem in capite, & percuſſus moriatur, percutiens puniatur pœna mortis,vt dicit *Cabal. de omni genere homicidij,num.*314.

72 Decimoprimo, ſi quis percutiat aliquem in capite cum baculo, & percuſſus non ex percuſſione decedat,ſed decedat ex febre,iſte talis percuſſor non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna relegationis imperpetuum, *Gramat.conſ crim.*2. *vbi nu.*1. dicit, quod vulnerans aliquem in capite cum baculo dicitur habere animũ occidendi; Et quando quis vulnerat aliquem non læthaliter,& vulneratus non decedat ex vulnere, ſed decedat ex mala curatione, tunc vulnerans punitur ex vulnere, & non de homicidio,*l.qui occidit, § fin. & l.ſi ex plagijs, ff.ad legem Aquil.Affl.in Conſt.Reg. terminum vitæ,num.*16.Et vulneratus ſi infra modicum tempus decedat, præſumptio eſt contra vulnerantem, *Boer.deciſ.*333.*& Riccius collect.*2100. ſed in dubio pronũciandum eſt, aliquem non eſſe mortuum ex vulnere, *Bald. conſ.* 328.*in fine,vol.*2.*Gramat.conſ.crim.*2. *n.*9. *& Anna ſing.*664. Et ipſe, qui læthaliter vulnerauit, excuſatur à pœna ordinaria;ſi vulneratus ſe fecit incantari vulnus,& perijt,*Cabal.de omni genere homicidij,n.*337.*cum plur.ſeq.*

73 Decimoſecundo, vt homicida puniatur pœna mortis,requiritur, vt appareat,quod habuit animum occidẽdi, ita *Cabal. de omni genere homicidii, num.*351. alias ſi appareat, quod non habuit animum occidendi, & tunc non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna extraordinaria,*Cabal.vbi ſupra num.*232.*cum plur.ſeq.*

74 Hinc eſt, quod ſi quis percutiat mulierem prægnantem cum pede,& ex hoc ſequatur abortus, licet abortus eſſet animatus, tamen iſte percuſſor non punitur pœna homicidij, ſed punitur pœna extraordinaria,*Cabal. de omni genere homicidii, num.* 233.

&

Digitized by Google

& seq. Caualc. de brachio Regio par. 4. num. 167. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de homicidio cap. 7. num. 1. & 2. vbi num. 4. & sequent. dicit, quod si quis percutiat aliquem pomo ensis, vel asta roncæ, si percussus decedat, percussor nõ punitur pœna mortis, sed punitur pœna extraordinaria, dum nõ habuit animum occidendi, nam si habuisset animum occidendi; vtique cum percussisset acie, vel ferro roncæ.

75 Et merito quidam, qui occidit aliquem in rixa cum baculo, & pugione, & occidens erat etiam armatus scopicta, fuit exhiliatus per sex menses, *Giurba cons. 82.* quæ pœna semper mihi visa fuit minima in casu ipsius Giurbæ, & credo, quod Gubernator Messanæ, & eius Iudex hoc fecerunt pecunia corrupti, nam si mihi occurreret, occisorem condemnarem in duriorem pœnam. Et quis percutiẽs aliquem in capite cum ligno, si eum percutere poterat cum ferro; non punitur pœna ordinaria, sed punitur pœna extraordinaria, ita *Cabal. de omni genere homicidij, num. 303. cum pluribus sequentib.*

76 Et quidam Presbyter, qui cum securi volto, & non cum taleo percussit aliquem in humero, de qua percussione percussus decessit in vndecimo die, fuit declaratus irregularis, & imperpetuum bānitus, vt decisum refert *Thom. Triuis. decis. 58. lib. 2.*

77 Quod si quis apponat manum in gutture alicuius, eum suffocando, & propter hoc moriatur in tali casu homicida, non punitur pœna mortis, sed punitur pœna extraordinaria, nam in hoc casu homicidium dicitur casuale, *Riccius dec. 173. p. 1.*

78 Decimotertio, si infans, vel furiosus committant homicidium, non puniuntur, *l. infans, ff. ad l. Cornel. de Sicarijs, Const. Reg. terminum vitæ,* & docẽt *Cabal. resol. crim. casu 297. num. 22. & seq. & de omni genere homicidij, num. 179. & Iul. Clar. practic. crimin. §. fin. quæst. 60. ver. item quæro,* vbi in fine dicit, quod furiosus non potest in contumaciam condemnari. Immo si furiosus occidat suum patrem, neque punitur, *leg. penult. §. fin. ff. ad leg. Pomp. de parricidijs,* sed iste talis furiosus propter grauitatem, criminis carceratur, *l. congruit, §. furiosi, C. de off. Præsid. & l. Diuus, ff. eodem tit.* & docet *Cabal. resolut. crim. casu 297. num. 35. cum duob. seq. vbi num. 33. & seq.* dicit, quod si furiosus post commissum delictum efficiatur sanæ mentis, adhuc non punitur, & num. 1. cum plurib. seq. dicit, quod si quis committat homicidium, & postea efficiatur furiosus, neque punitur pœna corporali, sed tantum punitur confiscatione bonorum, si pro delicto sit imposita etiam publicatio bonorum; Immo si lata sententia superueniat furor, neque exequitur sententia condemnatoria ad mortem, *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 60. ver. sed quæro,* sed si quis habeat lucida interualla, & tunc si delinquat tempore, quo est sanæ mẽtis, in hoc casu punitur, alias si delinquat tempore, quo est in furore, & non punitur, *d l. Diuus,* & docet *Cabal. d. casu 297. num. 38 vbi nu. 39. cum plur. seq.* dicit, quod si sumus in dubio, an delictum sit commissum tempore furoris, vel sanæ mentis, & tunc præsumitur commissum tempore furoris, & delinquens debet absolui, & num. 45. vsque ad finem dicit ipse *Cabal.* ibi, quod si furiosus sit traditus ad custodiam suis consanguineis, si ipse furiosus delinquat, ipsi consanguinei puniuntur, vt dicit ipse *Cabal.* ibi. Vnde dum infans, & furiosus non puniantur, si ipsi sint banniti, vel foriudicati contra eos non potest exequi sententia foriudicationis, *Farinac. pract. crimin. tit. de inquisit. q. 11. num. 45. ver. sed quænam, & num. 62. in fin. ver. amplia secundo.*

79 Decimoquarto, si prodigus, committat homicidiũ, non punitur pœna capitali secundum aliquos, sed quod prodigus committens homicidium, puniatur pœna capitali, tenent *de Franch. dec. 461. Iul. Clar. d. q. 60. ver. vlterius quæro, & Cabal. resol. crimin. casu 48.* qui omnes citati DD. tenent, quod prodigus delinquens punitur tàm pœna corporali, quàm pœna pecuniaria, & cõfiscatione bonorum, verum ipse *Cabal. d. casu 48. nu. 5.* dicit hoc procedere, quãdo prodigus delinquit in cõmittẽdo, secus si in omittẽdo, quia tunc nõ punitur, & ipse *Cabal. ibi n. 6.* dicit, quod confessio ipsius prodigi delinquentis in committendo non nocet ipsi, vt possit ex ea condẽnari.

80 Decimoquinto, si filius, vel seruus cõmittant delictũ de mãdato patris, vel Domini, non puniuntur pœna

Digitized by Google

ordinaria, sed mitiori, *l. seruus, vbi Bald. & Salic. C. ad l. Iul. de vi publica, & de Nigris in cap. Reg. ad peruersorum, n. 27.*

81 Decimosesto, si vxor committat delictum de mandato mariti, excusatur à pœna ordinaria, sed punitur pœna extraordinaria, ita decisum testatur *Mastril. decis. 246.*

82 Decimoseptimo, si ebrius committat homicidium, punitur pœna extraordinaria, & non pœna mortis, *Afflict. d. Const. Reg. terminum vitæ, num. 23. Cabal. de omni genere homicidij. num. 187. & seq. Hipp. de Marsi. d. l. 1. num. 63. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, & Iul. Clar. d. q. 60. ver. præterea quæro*, quod intellige, dūmodo ebrietas non sit procurata ad illum finem, vt homicida euitaret pœnam ordinariam homicidij, vel dummodo ebrietas sit magna, aliàs si ebrietas sit procurata, vel si sit leuis, & tūc homicida, punitur pœna mortis, ita *Cabal. resol. crim. casu 297. à num. 7. vsq. ad num. 17.*

83 Decimo octauo, si quis dormiens aliquem occidat, non punitur, *Cabal. de omni genere homicidj, num. 182. & seq. Hipp. de Marsi. d. l. 1. num. 64.* Intelligè si ipsi, talia euenire non soleant, aliàs si erat solitus dormiens occidere aliquem, si non clausit ostium, vel si non celauit arma, & dormiens aliquem occidat, punitur pœna extraordinaria, *Iul. Clar. d. quæst. 60. ver. quæro etiam, & Cabal. de omni genere homicidij, nu. 185. & seq.*

84 Decimo nono, si maritus occidat suam vxorem in flagranti deprehensam in adulterio, non punitur, *l. marito, ff. ad l. Iul. de adult. Constit. Reg. si maritus, & vide Iul. Clar. in §. homicidium, ver. sed quid dicendum, Caballum de omni genere homicidij, num. 23. & Hipp. de Marsi. d. l. 1. nu. 19.* sed non sic est è contrario si vxor occidat maritum reprehensum in adulterio, nam si ipsa vxor occidat maritum reprehensum in adulterio, punitur, *Riccius dec. 147. p. 3.* mouetur ex *tex. in l. 1. C. ad l. Iul. de adul.* vbi habetur, quod ius accusandi maritum inuentum in adulterio non competit vxori, ergo si vxor non potest suum maritum accusare de adulterio, à fortiori non potest eum occidere. Hinc est, quod si vxoratus habeat rem cum libera, nō punitur pœna adulterij, sed pœna stupri, *Cabal. resol. crim. casu 22.* & an liceat patri impunè occidere adulterum suæ filiæ, vide *Iul. Clar. d §. homicidium, versic. dixi etiam, & Hipp. de Marsi. d. l. 1. num. 20.* Et quod maritus possit impunè interficere suam vxorem deprehensam in adulterio, & pater filiam, si ipsas in flagranti occidant, aliàs si ex intervallo, puniantur pœna extraordinaria, tenet *Cabal. resolut. crimin. casu 300. à num. 1. vsque ad num. 45. vbi à d. num. 45. vsque ad num. 82.* latè tractat an maritus, & pater licito iure possint alteri demandare ad occidendam suā vxorem, vel filiam in adulterio deprehēsas, & an filius possit impunè matrem suam deprehensam in adulterio occidere, de quo dic, vt per *Caballum ibi, vbi num. 84.* dicit, quod si maritus causam præbeat vxori adulterandi, puta si ipse teneat concubinam, & tunc ipse maritus non potest suam vxorem interficere, & *num 89. & seq.* dicit ipse *Cabal.* ibi, quod pater non potest interficere filiam viduam se copulantem cum aliquo, sed sponsus occidēs sponsam, de futuro se copulantem cum aliquo, punitur, *Cabal. de omni genere homicidij, num. 26. vbi num. 27. cum plur. seq.* dicit, idem esse in concubinario, sic etiam si alij associati sint cum marito in occidendo vxorem deprehensam in adulterio, ipsi puniuntur, *Triuis. decis. 22. lib. 2. facit text. in l. si quis vxori, ff. de furtis,* & frater occidens sororem se copulantem cum aliquo, punitur pœna arbitraria, *D. Reg. Sanfelic. dec. 264.*

85 Vigesimo, si delictum sit antiquū, puta si sit elapsū decēmniū à die cōmissi delicti, tūc delinquens, nō punitur pœna mortis, *l. si diutino, ff. de pœnis,* & docēt *Iul. Clar. d. quæst. 60. ver. præterea, Affl. decis. 287. num. 2. & in Constitu. Reg. terminum vitæ, num. 36. Thes. decis. 76. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de temporis diuturnitate, & Guazzin. ad defensam Reorum, def. 2. cap. 3.* sed hoc procedit in delictis leuibus, secus in delictis grauibus, in quibus parū curatur, quod delictum sit antiquū ad imponēdam pœnam ordinariam, ita *Iul. Clar. dicta quæst. 60. ver. præterea,* & licet contra *Iul. Clarum* teneat *Farinaccius quæstion. 10. n. 88.* dicēs, quod etiā in delictis grauibus antiquitas delicti prosit delinquenti quoad pœnam ordinariam, tamen opinio ipsius *Iul. Clar.* est vera, vt tenet *Baiard.* ad eum *d. q. 60. ny. 112.*

Guaz-

Digitized by Google

Guazzin. d. cap. 3. num. 5. & 6. & Danza d. tit. de temporis diuturnitate cap. 1. ver. & ex his, vsque ad fin. sed in delictis grauibus diuturnitas temporis operatur ad obtinendam gratiam à Principe, vel pœnæ commutationem, & hoc prodest etiam illis, qui fuerunt in contumaciam condemnati, ita *Iul. Clar. d. ver. præterea.* & docent *DD. omnes sup. cit.*

86 Vigesimoprimo, si iuuenis sollicitatus vitio nefando occidat sollicitãtem, nõ punitur, *l. 1. §. 1. ver. itẽ Dinus, ff. ad l Cor. de Sic. Baiard. ad Iul. Clar. §. sodomia, num. 15. & Ricc. dec. 116. nu. 5. par. 2.*

87 Vigesimosecundo, nam quis existens in commitiua cum amico suo, cui facta fuit violentia, potest impunè socium defendere, dummodo hoc non faciat ex interuallo, ita *Cabal. resol. crim. casu 294. num. 441. & seq.*

88 Vigesimotertio, si quis occidat nocturnos depopulatores agrorum, & vinearum, non punitur, *l. 1. C. quando liceat vnicuique sine Iudice se vindic.* & docet *Cabal. de omni genere homicidij, nu. 56.*

89 Vigesimoquarto, latrones dicuntur diffidati, & banniti, & ab omnibus possunt impunè occidi, *Catalan. de indulto cap. 35. num. 106. & nn. seq.* & à fortiori fur nocturnus impunè potest occidi, *l. furem nocturnum, ff. ad l. Cornel. de Sicarijs,* & est *Const. Reg. terminum vitæ, ver. qui tamen* vbi hæc sunt formalia verba, *qui tamen agressorem, vel latronem in dubio vitæ discrimine constitutus, vel nocturnum furem cum clamore, quem aliter comprehendere non valebat occiderit, iuxta diuorum parentum nostrorum statuta, propterea nullam calumniam sustinere debebit,* vnde merito *Iul. Clar. d § homicidium, ver. vltima est defensio,* dicit, quod vt fur nocturnus possit impunè occidi, plura concurrere debent. Primo, quod istud fiat pro defensione sui ipsius, vel rerum suarum, aliàs non potest quis occidere furem si recedat sine rebus suis. Secundo requiritur, quod volẽs occidere furem nocturnum clamet. Tertio requiritur, quod eum non cognouerit, neque haberet testes, qui potuerint illum cognoscere, & contra eum deponere de furto. Quarto requiritur, quod eum capere non potuerit, & *Iul. Clar.* sequitur *Cabal. de omni genere homicidij, num. 20.* sic etiam fur diurnus, si telo se defendat, potest impunè occidi, *l. si, vt allegas, C. ad legem Cornel. de Sicarijs,* intellige, vt procedat quando quis dubitat an venerit ad furandum, vel ad occidendum, neq; potuit ei parcere absque propriæ vitæ periculo, nam in hoc casu potest illum impunè interficere, & idem est, quando reperitur à Domino asportare res suas, & cum illis aufugere, neque aliter dictæ res poterant recuperari, quia nolebat eas restituere, & telo resistebat, ita *Iul. Clar. d. ver. vltima est defensio, & Cabal. de omni genere homicidij, num. 21. & seq.* sic etiam disrubator publicarum viarum, potest impunè occidi à disrubato, *l. 1. C. quando liceat vnicuique sine Iudic. se vind.* & docet *Afflict. in d. Const. Reg. terminum vitæ, n. 34.*

90 Vigesimoquinto, raptor mulierũ potest à cõsanguineis mulieris raptæ impunè occidi, tempore, quo rapit raptam consanguineam, si ipse reperiatur in flagranti, *l. vnica, C. de raptu virginum, Farinac. quæst. 145.* Intellige si raptor reperiatur in loco remoto. ita *Danza de pugna DD. tom. 2. titul. de raptu cap. 2. num. 42. cum duobus numeris seq.*

91 Vigesimosexto, trãsfuga potest impunè interfici, sed postquam est captus, & existat in posse Curiæ, nõ potest interfici, vt dicam infra cap. 17. vbi dicam, idem esse in foriudicato, & in assassino.

92 Vigesimoseptimo, Hæreticus potest à quocumque impunè occidi, *Carerius pract. crim. tit. de hæreticis, versic. nunc de pœnis, num. 7. fol. mihi 277. à tergo.*

93 Vigesimo octauo, si duo capitales inimici se obuiam faciant in aliqua via publica, & vnus ipsorum impinguat in alterum, & eum aliquo leui verbo, aut facto prouocat, si ipse prouocatus interficiat prouocantem, nõ punitur pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria, *Cabal. de omni genere homicidii, num. 115. vsq; ad num 141.* Immo si quis casu obuiam habuerit inimicum suum, & ira commotus illum occidat, nõ dicitur homicidium animo deliberato commissum, nisi appareat, quod antea deliberasset illum interficere, quia tunc etiam, quod illum casu obuiam habuerit, & occiderit, dicitur animo deliberato, illum occidisse, *Iul. Clar. d. §. homicidium post ver. ex proposito, & Cabal de omni genere homicidii, num. 382. cum plur. seq.*

94 Vltimo, si quis volens interficere vnum, interficiat alium, iste talis non

Digitized by Google

punitur pœna mortis, sed punitur pœna extraordinaria, *Cabal. resol. crim. casu 31. à num. 18. vsque ad finem, & de omni genere homicidij, num. 238. & seq. Riccius dec. 371. par. 4.* & ita decisum testatur *Thes. dec. 243.* licet contrarium teneant *Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. dicunt etiam, Afflict. in Const. Reg. terminum vitæ, num. 39. & Anna ibi num. 172. & seq.* tamen prima opinio est vera, *Dãza de pugna DD. tom. 2. tit. de homicidio, cap. 3. num. 24.* sed hoc in Regno potest procedere in occidente alium pro alio cum alijs generibus armorum, quàm cum ictu scopictæ, nam in Regno quis punitur pœna mortis trahens ictum scopictæ, etiam non sequuto effectu, *Prag. 1. & Prag. 3. de ictu scopictæ.* & successiuè iste talis, qui traxit ictum scopictæ, & volēs interficere vnum, interficiat aliũ, in Regno nostro potest foriudicari, vt dicam infra cap. 10. sed de iure cõmuni quis non punitur de homicidio, nisi sequuta morte, *Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. vltima quæstio, & Afflict. dec. 21. num. 11.*

95 Sed dans venenũ alicui causa eum necandi, si venenatus, adhibitis remedijs, redat se sanum, venenans punitur pœna mortis, *Cabal. de omni genere homicidij à num. 593. vsque ad nu. 604.* sed quod dans venenum, si propter remedia venenatus non decedat, venenans debeat puniri pœna pecuniaria, dicit *Gramat. in Constit. Reg. mala noxia, n. 7.* sed idem *Gramat. dec. 2.* dicit, quod venenans fuit condemnatus ad inseruiendum personaliter ad tempus in diua domo Incurabilium, sed quod debeat puniri pœna mortis, tenet *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de veneno, cap. 1. num. 16. cum quinque numeris seq. & num. 30. & ad dec. Gramat.* respondet, & dicit, quod venenans erat quędam fatua, & ideo non fuit punita pœna mortis. Sed venenãs aliquem, vt puniatur pœna mortis, est necesse, vt constet, venenatum esse mortuum ex veneno, *Farinac. quæst. 2. num. 30. Mutæ dec. Sicilia 1. num. 6. & seq. Mari ad Gramat. dec. 33. num. 3. & 4. Cabal. resol. crim. casu 180. & Danza d. tit. de veneno, cap. 1. num. 14.* Immo si quis confiteatur, venenum alicui dedisse, & ex veneno recipientem mortuum fuisse, ex tali sola confessione confitens non potest ad mortem condemnari, *Cabal. d. casu 180. & de omni genere homicidij, num. 615.* Et portans venenum scienter de mãdato alterius, punitur pœna mortis, *Amend. ad Præs. de Franch. decis. 324. nu. 6. & Dãza d. tit. de veneno c. 1. n. 22. vbi n. 45.* dicit ipse *Danza* ibi, quod vendens venenum scienter ad necandum, punitur pœna mortis, alias si ignoranter, sequuta morte, tenetur pœna homicidij non dolosi, citat *Cabal. de omni genere homicidij, nu 552. & n. 561.*

96 Hæresis crimen committens, punitur pœna mortis, *Const. Regni in consutilem,* & docent *Boss. pract. crim. tit. de hæreticis, num. 16. & 37. Iul. Clar. pract. crim. §. hæresis, ver. sed quæro, quæ sit, & Mustatel. pract. crim. rub. de crimine læsæ Maiestatis diuinæ, num. 47.* Intellige si hæreticus noluit se penitere, & suum errorem corrigere, & hæresim abiurare, quia tunc per Inquisitores declaratur Hæreticus, & traditur Curię sæculari puniendus, appellatione remota, *cap. ad abolendam extra de hæreticis, cap. super eo de hæreticis in 6.* alias si vult se corrigere, & hæresim abiurare, non punitur pœna mortis, sed punitur ad perpetuos carceres, *cap. pen §. fin. extra de hæreticis,* & docet *Boss. d. tit. de hæreticis, num. 17.* sed pœna prædicta perpetui carceris, potest per Inquisitores commutari, *cap. vt commissi, §. & illorum de hæreticis in 6.* & docent *Boss. d. tit. de hæreticis, num. 17. Carerius pract. crim. tit. de hæreticis, ver. expedito, num. 7. & ver. modo, nu. 10. & Iul. Clar. d. §. hæresis, ver. sed quæro,* vbi etiam dicit, quod talis, qui vult se corrigere, nõ solum euitat pœnam mortis, sed etiam euitat confiscationem bonorum, *cap. vrgentis de hæreticis,* & post quantum tempus Inquisitores possint commutare pœnam perpetui carceris in aliam pœnam, omne in eorum arbitrium remittitur, *d. §. & illorum,* ibi *(cum videritis expedire)* & docet *Franc. Pegna ad Eymericum in direct. Inquisit. part 3. quæst. 59. ver. quæsitum scio,* & Inquisitores possunt imponere pœnas pecuniarias pœnitentibus de crimine hæresis, & illas applicare Tribunali Inquisitionis, vel alio pio loco, *Eymericus d. par. 3. q. 103. & Carerius d. tit. de hæreticis, ver. de cuius, num. 24.* nam dicta pœna perpetui carceris potest commutari, etiam in pœnam pecuniariam, *Boss. d. tit. de hæreticis, nu. 17. in fine.* Et quis potest se emendare, & hæresim abiurare etiam post sententiam, *Iul. Clar. d. §. hæresis, ver. sed*

vsque

Digitized by Google

vsque, Boss. d. tit. de hæreticis, num. 20. & Afflict. in d. Const. Regni inconsutilem, nu. 36. Sic etiam punitur hæreticus pœna mortis, quando est relapsus, puta si reincidat in abiuratam hęresim, nam in hoc casu, adhuc ipse traditur Curiæ sæculari puniendus, appellatione remota, dato, quod velit iterum abiurare, *Boss. d. tit. de hæreticis, num. 19.* & est *tex. in d. cap. ad abolendam, & in d. cap. super eo*, vbi etiam habetur, quod si ipse relapsus habeat contritionem, licet non euadat pœnam mortis, tamen ipsi non denegantur sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ; quod si contra aliquē magna, & vrgēs sit suspitio de hęresi, & in iudicio hæresim abiurauit, si postea cōmittat, & reincidat in ipsā hæresim, in hoc casu dicitur relapsus, licet ante abiurationem suam, hæresis crimen plenè probatum non fuerit contra ipsum, *Afflict. in d. Const. Regni in consutilem, nu. 57.* sed si leuis, & modica suspitio illa fuerit, licet ex hoc sit grauius puniēdus, tamen non debet puniri pœna in hæresim relapsorum, *cap. accusatus de hæreticis in 6.* quod si quis commisit hæresim in vno capitulo fidei, & abiurauit hæresim, si deindè committat hæresim in alio capitulo diuerso, in hoc casu dicitur relapsus, *d. cap. accusatus, §. eum vero*, & qui post abiuratam hæresim, de qua conuinctus fuerat, vel postea conuincitur, si hæreticos receptat, visitat, associat, vel si munera ipsis donat, vel fauorem ipsis impendat, dicitur relapsus, *cap accusatus, §. ille quoque de hæreticis in 6.* & Ciuitas propter crimen hæresis, potest comburi, *cap. si audieris, 23. q. 5.*

97 Crimen læsæ Maiestatis humanæ committens, punitur quoque pœna mortis, *l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. §. publica autem iudicia, inst. de publicis iudicijs, cap. Regni nuper, ver. & quia*, & docet *Boss. pract. crim. tit. de crimine læsæ Maiestatis, nu. 131.* quod amplia dato, quod quis tentauerit tantum committere dictum crimen, & non sit sequutus effectus, nam adhuc punitur pœna mortis, *d. l. quisquis*, & docent *Iul. Clar. pract. crimin. §. læsæ Maiestatis, num. 16. & Boss. pract. crim. tit. de crimine læsæ Maiestatis, num. 43. & seq.* & eadem pœna mortis, punitur receptans committentem crimen læsæ Maiestatis, *d. cap. Regni nuper, ver. addentes*, & propter crimen læsæ Maiestatis humanę vniuersitas supponitur aratro, *de Nigris in d. cap. Regni nuper, nu. 82.* intellige sequuta declaratione Principis, *Boss. d. tit. de crimine læsæ Maiestatis, num. 132.* & solus Princeps potest condemnare, vt Ciuitas subijciatur aratro, *de Nigris in d. cap. Regni nuper, num. 81. in fine.*

98 Assassinij crimen committens, punitur pœna mortis, *Iul. Clar. pract. crim. §. assassinium, ver. sed quæro*; Et hoc etiam si effectus non sit sequutus, si tamen assassinus deuenit ad actum proximum vulnerando occidendum, nam adhuc tàm ipse mandatarius, quàm mandans, punitur pœna mortis, *Prag. 1. de assassinio*, quod secus erat de iure communi, quo iure si non sit sequuta mors, mandans, & mandatarius nō puniuntur pœna mortis naturalis, vt ita pluries fuisse decisum, testatur *Gram. decis. 2. num. 25. Rouit. d. Prag. 1. n. 20. & 33. cum duobus seq. & num. 53. de Nigris super cap Reg. in præludio, num. 40. & seq. Thor. compend. decis. tom. 1. ver. assassinium, fol. 47. & Iul. Clar. d. §. assassinium, ver. scias etiam*; sed Petrus Cabal. *de omni genere homicidij à num. 501. cum plurib. seq* sustinet de iure communi, mandantem, & mandatarium puniri pœna mortis, etiam non sequuto effectu, si tamen deuentum sit ad actum proximum, Immo in Regno nostro mediatores in assassinio, puniuntur pœna mortis, *Prag. 2. de assassinio*, quod secus erat de iure communi ante *d. Prag. 2.* nam ante *d. Prag.* fuit decisum, mediatores in assassinio non puniri pœna mortis, & proinde contra eos esse supersedendum in sententia foriudicationis, vt refert *Reg. Rouit. in d. Pragm. 1. num. 49. & in decis. 15.* & docet *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de assassinio, cap. 2. nu. 3. cum plurib. num. seq. vbi n. 17.* dicit, quod mutuans pecuniam pro inueniendo assassinum, punitur vti principalis, citat *Reg. Rouit. d. Pragm. 1. num. 31. de assassinio*, Et quid si mandatum sit datum ad vulnerandum tantum, an sequuta morte, mandans teneatur pœna mortis, & dicatur assassinium? dixi in Tractatu de Foro compet. cap. 54.

99 Sodomiæ crimen committens, punitur pœna mortis, *l. cum vir nubet*, C. *ad leg. Iul. de adult. §. 1. Authentic. vt non luxurietur contra naturam*, & docent *Iul. Clar. pract. crim. §. sodomia, ver. sed quæro, & Cabal. resol. crim. casu 16. num. 34. vbi nu. 36.*

num.36. dicit, quòd in Statu Florentino ſodomita non punitur pœna mortis, ſed in Regno noſtro ſodomita punitur pœna mortis, *Prag.1. & 2. de ſodomia*, immo ſi totus mundus vteretur hoc vitio ſodomitico, adhuc talis communis vſus non excuſaret ſodomitã, *cap. flagitia. 27.q.1.* & docet *Reg.Rouit.rub.de ſodomia, num.6.* Et poſtquam ſodomita eſt ſuſpenſus, comburitur, *d.Prag.1. & Prag.2.de ſodomia*, & quando quis eſt condemnatus, vt flammis comburetur, prius debet ſuſpendi, & poſtea comburitur, *Couar. lib.2. variar. reſolut. cap.10.num.9. in fine, Iul.Clar.pract.crim.§.fin.quæſt.99. verſic. vnum tamen, & Chartar.de execut.ſentent. cap.fin. num.451. & ſeq.* ſed tentans habere acceſſum contra naturam, non punitur pœna ordinaria ſodomiæ, ſed punitur pœna extraordinaria, *Peguer. in quæſt. crim. cap.72. & Riccius deciſ.147. par.2. vbi num.5.* dicit, quod ſi quis penetrat virile intra vas, licet ibi non effundat ſemen, tamen punitur pœna ordinaria ſodomiæ, & idem tenent *Maſtril.dec.295. num.3. & Iul.Clar. d.§. ſodomia in fine*, ſed ipſemet *Riccius* ſibi contrarius in *dec.82.in fine.par.3.* dicit, quod vt quis puniatur pœna ſodomiæ, debet membrum intra vas contra naturam mittere, & intus coire, citat *Aloyſ. de Leo in d. leg. cum vir nubat, num.11. C. ad leg Iul. de adult.* & ſecundum iſtam vltimam opinionem tenet *Barboſ.de off.& poteſt.Epiſc. par.2. alleg.44.num.24.& Foller. in Conſtit.Reg.legum aſperitate.* Et quidam clericus, qui prouocauit puerum ad amorem cõtra naturam, fuit exiliatus, & ipſi factum præceptum, quod amplius non cõueniet cum dicto puero, *Ricc.dec.82. par.3.* Et quando puer per vim ſit cognitus contra naturam, non punitur, vt dicam infra cap.4. ex doctrina *Maſtrill.dec.295. nu.41.* ſecus ſi conſentijt, quia tunc ſi ſit maior decem, & octo annis, loquendo de iure Regni, ipſe quoque punitur pœna mortis, *d.l.cum vir nubat*, & deſumitur ex *d.Pragm.1.de ſodomia*, vbi habetur, quod quis habẽs rem cum muliere contra naturã, ambo puniuntur pœna mortis, & eſt de iure communi, vt teſtatur *Iul. Clar.d. §.ſodomia, ver. vidi quandoque*, & docet *Reg.Sanfelic.dec.57.num.12.* Et quidam, qui accomodauit domum ad committendum crimen nefandum, fuit exiliatus extra Prouinciam per ſeptemnium, *Riccius dec.79. par.3.*

100 Habens rem cum animali bruto, punitur pœna mortis, & tàm ipſe, quàm dictum animal ſuſpenduntur, *cap.mulier, 15.quæſt.1.Carerius.pract.crim. tit.de homicidio, ver. vltimo, n.110. fol.mihi. Iul.Clar.pract.crimin.§.fin.quæſt.99. num.8. & ibi Baiard.nu.10. idem Iul. Clar. §.fornicatio, ver cum animali bruto, Guazzin.ad defenſam Reorum, def.38.cap.5.nu.9. & Cabal.de omni genere homicidij, nu.181.*

101 Inceſtus pœna in aſcendentibus, & deſcendentibus eſt pœna mortis; vt docent *Boer.dec.318. Nouar.collect.ſuper Prag.2.nu.4.de iuriſd.ad inuicem non turb. Theſ.dec.100.& Cabal. reſol.crim.caſ.200. num.6.* Et ideo pater habens rem cum filia, punitur pœna mortis, *Boſſ. pract. crim. tit. de coitu damnat. num.7.* Et hoc etiam ſi ipſa filia ſit minor duodecim annis, *Cabal.reſol.crim. caſu 20. num.4. & Affl.in Conſt.Reg. ſi quis rapere, num.14 in*

102 *fine*. Et licet aliqui teneant, quod pro inceſtu cum ſtupro, imponatur pœna mortis, etiam ſi non ſumus in aſcendentibus, & deſcendentibus, ita *gloſ. in l.ſi adulterium cum inceſtu, ff. ad leg.Iul.de adult.* & docet *Iul.Clar. pract. crim.§.inceſtus, ver.ſed quæro, quæ ſit pœna*, tamen veritas eſt, quod imponitur pœna deportationis, vt eſt *text. in l ſi quis viduam, ff. de quæſt.* & docent *Theſ. dec.100.num.5. Cabal. d.caſu 100.nu.102. cum plurib ſeq. de Franch dec.378. & Maſtril.dec.218. in princ.* Et inceſtus committitur per eum, qui cognoſcit ſororem vxoris ſuæ, *l.pen.& l.fin.C.de inceſtis nupt.* & docet *Boſſ. pract crim.tit.de coitu damnato.num.73.* vbi dicit, quod ſi cognoſco affinem eius, cum qua rem habueram, licet per illicitum coitum ſit contracta affinitas, non tamen ſequitur pœna inceſtus iuris ciuilis, ſed cum ea prohibeor contrahere matrimonium, idem tenet *Theſ d.dec.100. num.7.* ſed quod iſte talis puniatur pœna inceſtus tenet *Amend. ad Præſid. de Francb. deciſ.240.num 24.vbi num.26. & num.29.* dicit, quod inceſtus in figura matrimonij factus, non punitur; ſed quod puniatur pœna contenta in *leg. qui contra legum, C.de inceſtis nuptiis*, dicit *Paul. Grilland. de pœnis omnifariam coitus, quæſt.3.nu.6 vbi in fine*, dicit, quod ſi quis habeat rem cum muliere cõſanguinea, ignorans illam ſibi eſſe cõſanguineam, adhuc punitur de inceſtu

Digitized by Google

ſtu ſi dicta mulier ſit honeſta, ſecus ſi meretrix; quia tunc non punitur propter ignorantiam, ſed excuſatur ſi ignoretur conſanguinitas, *Amend. vbi ſup. nu.27.*

103 Sed tunc inceſtus cum ſtupro inter tranſuerſales punitur citra pœnam mortis, quando committitur abſque vi, aliàs ſtuprans punitur pœna mortis, *Cabal.d.caſu 200.nu.36. vbi nu.26.33. & 34.* dicit, quod ſi inceſtus concurrat cum adulterio, maſculus punitur pœna mortis, *& n.45.cũ trib.n.ſeq.& n.51. cum alijs trib.num.ſeq* dicit, quod inceſtum committit, qui mulierem carnaliter cognoſcit, cum qua ob illicitum coitum matrimonium contrahere non poterat, vbi poſt *num.48.* dicit, quod per illicitum coitum contrahitur affinitas vſque ad ſecundum gradum vigore *Concilj Trident. ſeſſ.24. de reformat. matrim. cap.4.* Et ipſe *Cabal. ibi n 35.* dicit, quod pœna inceſtus tãto atrocior eſſe debet, quanto maior eſt proximitas, & coniunctio ſanguinis, inter illicitè coeuntes.

104 Habens rem cum moniali profeſſa punitur pœna mortis, *l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcopis, & Clericis, Boſſ.d.tit.de coitu damnato, nu.8.79. & 81. & ſeq. Iul. Clar. §. fornicatio, ver.cum moniali,* citat *tex.in § penult. Auth de Sanctis Epiſ.& Cabal.d.caſu 200.num.72.*

105 Sic etiam habens rem cum meretrice per vim, ſi ipſe ſit confeſſus, & conuinctus, & ipſa meretrix ſit conquæſta infra octo dies, iſte talis, qui per vim habuit rem cum meretrice, punitur in Regno noſtro pœna mortis, *Conſtit. Reg. omnes noſtri,* ſed de iure communi non punitur, *Iul.Clar.§.fornicatio in princ:ver.& hoc adeo.* ſed punitur pœna extraordinaria, *Cabal.reſolut. crim.caſu 179.* ſed habẽs rem cum meretrice abſque vi non punitur, *Iulius Clar.d.§.fornicatio,ver.hoc autem, Gramat. deciſ.fin.nu.6.& Cabal.d.caſu 179.in princ. num.1.* vbi dicit hoc procedere, dato, quod ipſa meretrix ſit nupta, nam adhuc habens rem cum ea non punitur, citat *Iul.Clar.§.adulterium,ver.quæro numquid,* & idem tenet *de Nigris in cap. Regni,vt ſine mortalis peccati,num.65. & Capic. dec.44.in fine,* vbi dicit, quod licet ipſe, qui habet rem cum meretrice nupta, non puniatur, tamen ipſa meretrix nupta punitur; ſed quod neque ipſa meretrix nupta habens rem cum aliquo puniatur, dicit *Cabal. reſol.crim.caſu 123.* ſed coitus Iudæi cũ Chriſtiana meretrice, vel è contra punitur pœna extraordinaria, *Boſſ. pract. crimin tit.de coitu damnato,num.21. Iul.Clar.d.§.fornicatio,ver.cum Iudæis, & Cabal.reſol crim.caſu 4.n.6. & ſeq.*

106 Stuprans virginem per vim punitur pœna mortis, *l.1 § fin.ff.de extraordinariis crim.* & docent *Boſſ. pract. crim. tit.de coitu damnato,nu.19.& 64. de Franch. dec.534.& Riccius dec.55. num.12. part.3.* Sed pro ſtupro voluntario eſt impoſita pœna publicationis dimidiæ partis bonorum ſtuprantis, ſi ſtuprans ſit nobilis, aliàs ſi ignobilis punitur pœna triremium, § *item lex Iulia, inſtit.de public. iudic.* & docent *Gramat. voto 4. Boß.d.num.19.de Franch.dec.333. Theſ decis3.num.1. Riccius d.dec 55. num.10. Viuius dec. 299.* & vide *Capibl. de Baronib. tom.2.cap 44.num.19.* ſed ſi quis ſtuprat virginem non viri potentem abſque vi, ſi ſit ignobilis damnatur ad triremes, ſi nobilis relegatur, aut in exilium mittitur, *l ſi quis aliquid,38.la 2.§. qui non dum,ff.de pœnis,* ſed ſi per vim quis ſtuprat virginem non viri potẽtem, & tunc aliqui tenent, quod etiã ſtuprator, puniatur pœna triremium ſi ſit ignobilis, vel relegationis ſi ſit nobilis, prout ita deciſum teſtantur *Gramat. dec.22.& Theſidec.148.* ſed *Iul. Clar.pract.crim.§.ſtuprũ, ver. fuit aliquãdo,* dicit, quod quidã, qui ſtupravit virginem quatuor annorum fuit cõdemnatus ad mortem, & alius, qui ſtupravit virginem quinque annorũ, fuit condemnatus per decemnium ad triremes, ſed ipſe *Iul Clar.* ibi in fine dicit, quod ipſe ſemper fuit in voto, quod vbi eſſet ſolus conatus ad deflorandum, non puniret Reum pœna mortis, ſed alia pœna citra mortem, puta triremium in perpetuum, vel per decemnium, ſi vero quis frangeret pudenda, & tunc puniret Reũ pœna mortis; ſed alij tenent, quod quando quis ſtuprat virginem non viri potentem per vim, & tunc ſtuprans, punitur pœna mortis, *Boß. pract.crim tit.de coitu damnato, num.67.& ſeq.Cabal.reſol.trim.caſu 20.* ita deciſum teſtatur *de Franch. dec.534.* Et quando quis ſtuprat virginem minorem ſeptẽnio, ſemper præſumitur, per vim illã cognitã fuiſſe, nã mulier in tali ætate non poteſt conſentire, *Boſſ.dict. tit.*

Digitized by Google

tit.de coitu damnato, num.68. Cabal. d.casu 20.nu.9.& D.Reg.Sanfel.dec.245. nu.8.

Et stuprans tenetur ducere in vxorem stupratam,& eam dotare, intelligesi pater, & ipsa stuprata consentiant in matrimonio, aliàs stuprans tenetur tantum eam dotare, *cap.1. & 2.de adulterijs, Iul. Clar. pract. crim.§.Stuprum,num.3.Thes.d.decis.3. num.2. & seq.* & vide *Danzam de pugna DD. to.2.tit.de stupro,cap.1.num.42.cum plurib. num.seq. & Cabal.resolut.crim.casu 196. post nu.12.* & vltra, quod stuprans virginem tenetur eam dotare, si noluit eam ducere in vxorem, tamẽ punitur etiam pœna extraordinaria, *Riccius dec.248. par.3.& Thes.d dec.3.nu.3.* vbi *ver.quinta est conclusio*,dicit,quod de consuetudine hodie nulla alia pœna stuprantibus irrogatur, quàm, vt vel ducant stupratam in vxorem, vel eam dotẽt, & idem tenent *Iul.Clar. d.§.Stuprum, ver.sed quæro,& Regens Sanfelic. dec.245. num.7.*& ipse *Thes.d.dec.3.post num.2.*dicit,quod dos taxatur arbitrio Iudicis, de quo vide *Danzã d. tit. de stupro d.c.1. num.39. & seq.* sed si stuprator sit pauper, ita vt non possit stupratam dotare, nec illam in vxorem ducere ob aliquod impedimentum,& tunc punitur pœna arbitraria,& ita seruari in Magna Curia Vicariæ testatur *D.Regens Sanfelic.d dec.245. nu 9.* & stuprans tenetur dare dotem stupratæ tempore nuptiarum,*Nouarius quæst.forensi 27. lib.1.vbi nu.6* dicit ipse *Nouarius*,quod dos à puella stuprata peti non potest, nisi sequutis nuptijs, & non antea, quod si ipsa moriatur innupta, dos ipsa nõ transmittitur ad hæredes stupratæ,citat *Castrensconsil.322.volum.1.& Capic.dec.204.num.1.*Immo si sit soluta dos ante nuptias,& nuptiæ deinde nõ sequantur,dos ipsa potest repeti,*Bald. Nouel.de dote,par.6. priuil.76. & seq. Nouarius d.quæst.27.num.7. & Riccius collect. 2710.* sed stuprans virginem non tenetur eam ducere in vxorem, vel eam dotare, si post defloration em cognoscatur ab alio, *Carrocius dec.58. Riccius dec.317. in fine.par.3.& in praxi par.3.resol.75.Nouarius d.quæst.forens.27. num.6.& Danza de pugna DD. tom.1. tit. de remissionibus causarum, cap.6. in fine,& tom.2.tit.de stupro d.cap.1.n.50.* sic etiam stuprans virginem personam vilem non tenetur eam dotare *Danza d. tit.de remissionib. causarum d.cap.6.nu.29.* prout etiam stuprans virginem vilis conditionis, quæ manet in taberna, non punitur,*l.quæ adulterium,§.fin.C.ad l.Iul de adulterijs.Add.ad Iul.Clar.d.§.stuprum, Thes. d.dec.3.post num.3. & Peguer. pract.crim.cap.43. post num.14.* sed committens stuprum cum vidua non punitur, *Iul.Clar.d.§.stuprum, ver.cæterum,* & *Mastril.dec.152.num.28.*sed vide *Gramat d.voto 4* & mulieri asserenti se stuprata esse violẽter nõ creditur, *Boer. dec.319 & Capibl.de Baronib.Prag.8. p.1. n.330.* quod si virgo stuprata distulat querelare stuprantem, stuprum præsumitur voluntarium, *Viuius dec. 53. Bazard. ad Iul.Clar. d.§.stuprum, num.40. Capibl.d.Prag.8.par.1.num.331. & Danza d.tit. de stupro d.cap.1. num.31.* sic etiam stuprum dicitur volũtarium, si puella per prius strinxerit manum cum stuprante, nam stringere manum indicat delectationem, *cap.1. de sponsa duornm.*& est signum consensus,*Angel. in leg. Ciuitas,num.17.ff.si certum petatur, Thes.dec.229.nu.4.ver.sic & alijs.* sic etiã si stuprata ingrauidetur, stuprũ præsumitur voluntarium, *Boer.decis.241. Petra ad Gramat.dec.22.num.4.vbi num.7.* dicit,quod potest probari meretricia vita mulieris in defensione Rei,& admittuntur, qui cum ipsa se copulauerunt, etiam quod sint singulares, immo dicit ipse Petra ibi, quod sufficit dictum vnius nobilis viri asserentis,se pecuniam dedisse ob copulam, citat *Gramat.cõs.58.*sed si aliqua sit stuprata per Tirannum,Regem,vel eius Dominum, stuprum præsumitur per vim,*Danza d.tit.de remissionib. causarum. cap.6.num.30.*vbi dicit,quod stuprata per vim connumeratur inter virgines, & licet sit corrupta corpore, tamen voluntate non est maculata, & ideo non perdit aureolam virginitatis, citat *Chatalanum de indulto cap.34. num.11.& seq.* & neque talis stuprata per vim efficitur infamis, *Viuius decis. 299.num.14.* & violentia dicitur illata, si mulier fuisset suasionibus, vel blãnis verbis inducta ad stuprandum, ita vt in tali casu stuprans teneatur de stupro violento, *Viuius d.dec.299.nu.8. Affl.in Const.Regni si quis non dicam rapere, Cabal.resolut.crim. casu 20. num.10. & casu 211. num.7. & Danza d. tit.de stupro, d.cap.1.num.5. & 6.* sed contrarium,& sic,non teneri de stupro violento,sed de voluntario,tenent *Capibl. d.Prag.8. par.1.*

Digitized by Google

par. 1. n. 332. tom. 1. & to. 2. d. cap. 44. post num. 17. & D. Reg. Sanfelic. dec. 245. nu. 7. nisi promissio fuisset dolosa ex causa dispensationis, vel similium, *Thes. decis. 218. num. 5. & 9. Cabal. d. casu 20. & Capibl. d. cap. 44. num. 18. & seq. tom. 2. & tom. 1. d. Prag. 8. par. 1. num. 332.* vbi dicit, quod licet constet, ostium stupratæ fuisse fractum, tamen non per hoc præsumitur violenta cognitio, citat *Baiardum ad Iul. Clar. d. §. Superum, nu. 36.* & idem tenet *Danza d. tit. de stupro, lib. cap. 1. num. 28. & seq.*

107 Officialis cognoscens mulierem intuitu officii punitur pœna mortis, *Io. Faber in §. item lex Iulia, num. 6. Instit. de public. iudic.* & idem est in custode carceris, *Guid. Pap. sing. 689. & in decis. 448. num. 3. & Iul. Clar. pract. crim. §. fornicatio, ver. cum carcerata,* quod amplia, dato, quod ipsa mulier sit meretrix, *Mastril. dec. 191. num. 19. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de officialib. in genere, cap. 5. num. 9. cum duob. num. seq.* sed *Mastril.* vbi supra dicit, quod quãdo non est cum violentia, punitur pœna extraordinaria, & quidam Officialis, qui accessit ad domum meretricis prætextu officij, & eam carnaliter cognouit absque vi, fuit priuatus officio imperpetuum, & condemnatus in exilium per quinquennium, vt refert *Mastril.* vbi supra in fine, sed quod custos carceris, & Officialis cognoscentes mulierem honestam carceratam puniantur pœna arbitraria, dicit *Cabal. resol. crim. casu 283. num. 5. cum trib. num. seq. vbi nu. 9. vsque ad fin.* dicit, idem esse, si ipsa mulier carcerata sit meretrix, sed Officialis cognoscens meretricem nõ intuitu officij, nõ punitur, ita *Sempr. Ascia determ. 92.* nam Officialis in foro fori potest habere concubinam in Ciuitate, quam regit *Paris de Puteo de sindicatu, ver. adulterium, cap. 1. num. 8. & 10.* & cognoscens carceratã, qua pœna puniatur? vide *Danzã de pugnã DD. tom. 2. tit. de visitatione carcerum, cap. 5. & Reg. Sanfel. dec. 249. n. 15.*

108 Adulterium committens punitur pœna mortis, *l. quamuis, la 2. C. ad l. Iul. de adulteriis, Cabal. resolut. crim. casu 200. num. 101. & num. seq.* sic decisum testatur *de Franch. dec. 240. num. 5. cum plurib. num. seq. & D. Reg. Sanfel. dec. 286.* sed in casu *Præs. de Franch.* vltra adulterium concurrebat incestus, & venenatio facta in personam mariti mulieris adulteræ, & ideo adulter fuit ibi punitus pœna mortis, sed quando non concurrunt supradicta, adulter punitur citra pœnam mortis, *Thom. Triuis. decis. 59. num. 7. lib. 2. D. Reg. Sanfelic. decis. 291. num. 25. & Iul. Clar. pract. crimin. §. adulterium, ver sed quæro, & ver. sed quid quid,* dicit, quod licet per *d. l. quamuis,* pro adulterio sit imposita pœna mortis contra adulterum, tamen hodie in omnibus ferè Prouincijs mutata est ista pœna mortis, & est imposita pœna pecuniaria, & ipse *Iul. Clar. d. §. adulterium, ver. sed pone,* dicit, quod si quis habuerit plures rem cum nupta, punitur pro vno adulterio, & accomodãs domum ad committendum adulterium, punitur vti adulter, *leg. 1. §. qui puero. ff. de extraordin. crim. l. si amicis, & l. qui domum ff. ad leg. Iul. de adult.* nam qui causam damni dat, ipse dare videtur, *l. qui occidit, §. in hoc, ff. ad legem Aquil. & l. nihil interest, ff ad leg. Cornel. de Sicarijs,* & ideo punitur vti adulter *D. Reg. Sanfelic. dec. 30. n. 3.*

109 Lenones puniuntur pœna mortis, *§ præconizamus, Auth. de lenonib. Pragm. 1. de lenonib.* & docet *Cabal. resolut. crim. casu 171. num. 4.* Immo complices, & fautores in lenocinio puniuntur eadem pœna, qua puniuntur lenones, *Cabal. d. casu 171. num. 5. Nouarius in collect. super d. Prag. 1. num. 10. de lenonib. Pascal. de viribus patriæ potest. p. 2. cap. 10. nu. 19.* sed qua pœna puniantur receptatores lenonum? vide *d. Prag. 1. de lenonib.* & minor ætas in crimine lenocinij non excusat à pœna lenocinij, *l. auxilium, §. fin. ff. de minorib. Nouar. d. Prag. 1. num. 7. vbi n. 9.* dicit, hoc procedere in minore doli capace, sed *Pascal. d. cap. 10. nu. 22.* dicit, in hoc maxime versari Iudicis arbitrium, quod extendi potest vsque ad mortem inclusiue in minore doli capace, sed præstans lenocinium ob paupertatem excusatur, *Viu. dec. 454. Nouarius super d. Pragm. 1. num. 11.* quod procedit etiam in matre, quæ à pœna mortis excusatur, si famis necessitate filiam carnaliter cognoici permisit, *Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. casu 534. nu. 12. & sequent. & Pascal. d. cap. 10. nu. 6.* sic etiam si quis præstat lenocinium, & effectus non sit secutus mitius punitur arbitrio Iudicis, *Folter. pract. crim. rub. item, quod fuit leno, num. 31. Cabal. d. casu 171. nu. 15. & Pascal. d. cap. 10. num. 11.* sed licet de iure leno puniatur

gur pœna mortis, tamen de consuetudine lenones non puniuntur pœna mortis, sed fustigantur cum mitra, & alia pœna extraordinaria puniuntur, *Pegnera dec. crim. 15. Reg. Rouit. d. Prag. 1. num. 2. Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 68. num. 24. Cabal. d. casu 171. num. 6. & seq. & casu 284. num. 2. & seq. & Pascal. d. cap. 10. num. 4. vbi num. 5.* dicit, quod nihilominus in hoc Regno Neapolitano per *d. Pragm. 1.* leno punitur pœna mortis, & quidam maritus leno suæ vxoris fuit punitus pœna vltimi supplicij, vt decisum refert *Riccius coll. 1795.* & de iure communi, licet ex consuetudine leno non puniatur pœna mortis, tamen si ille, qui committit lenocinium sit maritus, patèr, aut frater, tũc punitur pœna mortis, *Cabal. d. casu 171. num. 8. vbi num. 9.* dicit, quod in Alemania lenones vxorum fustigantur super asinum versa facie; & quidam leno suæ vxoris publicæ meretricis, fuit expulsus à Regno, vt refert *D. Regens Sanfelic. dec. 266.* sed lenones masculorum ad committendum vitium nefandum puniuntur pœna mortis, *Cabal. resol. crim. casu 284.*

110 Deosculantes mulieres per vim, licet de iure communi, non puniantur pœna mortis, sed puniantur pœna arbitraria, vt docent *Affl. in decis. 276. Gramat. cons. crim. 48. num. 1. & Cabal. resol. crim. casu 96. vbi num. 9.* dicit, quod deosculans masculum luxuriosè per vim adhuc punitur pœna arbitraria, tamen in Ciuitate Neapolitana deosculantes mulieres per vim puniũtur pœna mortis, *cap. Reg. vt sine mortalis peccati*, quod postea fuit ampliatum, vt *d. cap. Reg.* habeat locum in toto Regno Neapolitano, vt in *Prag. 1. de osculantib. mulieres*, & docet *de Franch. dec. 331. num. 6.* sed si quis deosculetur mulierem sub tractatu, & figura matrimonij, non punitur pœna mortis, *Gramat. d. cons. 48. Affl. d. dec. 276. Rouit. d. Prag. 1. num. 4. & Cabal. d. casu 96. num. 15.* Prout etiam si quis amplexus fuit mulierẽ causa eam deosculandi, si eam non potuit deosculari, non punitur pœna mortis, sed punitur pœna extrardinaria, ita *Peguer. in quæst. crim. cap. 7. & Rouit. d. Prag. 1. n. 1.*

111 Raptores mulierũ puniuntur quoque pœna mortis, *l. raptores, C. de Epis. & Cler. l. vnica, C. de raptu virg. Conſil. Reg. capitalem, & Conſt. Reg. ſi quis rapere, & docent Iul. Clar. pract. crim. §. raptus, ver. ſed quæro, & Theſ. dec. 217. num. 1.* Et raptus tunc dicitur, quando quis libidinis causa per vim asportat mulierem de loco ad locum, *Iul. Clar. d. §. raptus in princ. & Thom. Triuiſ. dec. 17. & dec. 40. lib. 2.* secus si non causa libidinis, quia tunc non punitur pœna raptus *de Nigris in cap. Reg. vt ſine mortalis peccati, num. 61.* Et raptor mulieris punitur pœna mortis, dato, quod non cognoscat carnaliter mulierem raptam, *Afflict. in d. Conſt. Reg. ſi quis rapere, num. 7. Catalan. de indultu, cap. 34. nu. 157. & ſeq. Boſſ. pract. crim. tit. de raptu mulierũ, num. 14.* sed quod raptor nõ puniatur pœna mortis, si raptam non coghouit carnaliter, tenent *Beer. dec. 316. Vinius commun. opin. ver. raptor honeſta, Capol. conſ. 57. Gramat. decis. 2. num. 29. Theſaur. dec. 217. num. 1. & Triuiſ. dec. 41. lib. 2.* sed *de Nigris in d. cap Regni. vt ſine mortalis peccati, num. 61.* dicit, primam opinionem de iure esse veriorem, sed secundam opinionem esse equiorem, & humaniorem, & *Iul. Clar. d. §. raptus, ver. ſed quid*, dicit, quod si raptor non cognouit raptam carnaliter, ex quo non potuit, id comode facere, & procedit prima opinio, aut non cognouit, quia non voluit, & ptocedit secũda opinio, & vide *Danzã de pugna DD. tom. 2. tit. de raptu cap. 2. num. 29. cum duobus ſeq.* Et raptores mulierum puniũtur pœna mortis, dato, quod mulier rapta à principio, vel ex post-facto consentijt in raptu, vel si blandis verbis fuit inducta ad raptum, *Iul. Clar. d. §. raptus, ver. adde, quod pœna, Affl. in Cõſtit. Reg. ſi quis rapere, num. 2. Regens Sanfelic. dec. 267. Capibl. de Baronib. tom. 2. c. 44. num. 20.* & vide *Danzam d. cap. 2. nu. 20.* sed quod indistincte raptor non puniatur pœna mortis, si raptus fuit factus muliere rapta consentiente, & hoc siue rapta sit in potestate alterius, siue non; tenent *Triuiſ. dec. 17. & deciſ. 40. lib. 2. & Theſ. dec. 217. vbi num. 8.* dicit, quod si mulier à principio non consentijt, si post raptum consentiat, raptor punitur pœna mortis. Immo rapiens meretricem, adhuc punitur pœna mortis, *Theſ. d. dec. 217. num. 2.* sed vt puniatur pœna mortis, est necesse, vt ipse raptor meretricis sit confessus, vel conuictus, *Affl. in Conſt. Regni omnes noſtri, nu. 8.* sed quod raptor meretricis non puniatur pœna mortis,

te-

tenent *glos.& DD.in d.l.vnica*, C. *de raptu virginum*, *de Nigris in cap. Reg.vt sine mortalis peccati,num.64.Trinis.dec.33. lib. 2.Mari ad Gramat. dec.107. num.10. Petra ad Gramat.decis.36. Mastril.decis.207. num.4. Hippol.de Marsi. d.l.vnica,num.26. Cephal. cons.140.lib.1. & Iul.Clar.d.§.raptus,ver.quæro numquid*, vbi dicit,quod raptor meretricis punitur pœna arbitraria,idem tenent *Mastril.decis.207. num.10.Cabal.resol.crim. casu* 179. *num.6. & Danza d.cap.2,num.33.& seq.* Immo si mulier honesta sit rapta in habitu meretricali, adhuc raptor non punitur pœna mortis, quia in habitu,quo quis reperitur præsumitur, *Riccius decis.296. num.12. par.2. & Danza d.cap.2. num.35.vbi num.36. & seq.* dubitat, an rapiens mulierem, quę per prius fuit meretrix,sed postea desinit à meretricando,puniri debeat pœna mortis,Et mulier reputatur inhonesta si ipsa olim fuit talis,licet inhonestè viuere desierit,*l.palam,§.non solũ,ff.de ritu nupt.* & docet *Cabal.resol.crim.casu* 124.*num.9.* sed quælibet mulier præsumitur honesta, *l. merito,ff. pro socio, Cabal. d.casu* 125.*num.5.*& licet per *d.l.vnicam,ver.etsi non sunt*;inter raptorem,& raptam nũquam possit contrahi matrimonium, tamen de iure Canonico potest contrahi,*cap.accedens de raptu*,& docet *Iul. Clar.d.§.raptus, ver.quæro modo*, *Cabal.resol.crim. casu* 196. *num.1.* sed matrimonium non potest contrahi inter raptorem,& raptam, durante tempore, quo rapta est in potestate raptoris, *Concil.Trid.sess.24.de reformat. matrimon. cap.6. Riccius dec.342.par.4.& Cabal.d.casu* 196.*num.3.* Et raptor, siue raptam, ducat in vxorem, siue non, semper eam tenetur dotare, *d. cap. 6. Concil. Trident.in fine.* Quod si sit sequutum matrimonium inter raptorem, & raptam, adhuc raptor punitur pœna mortis, *Afflict. in d.Const.Reg si quis rapere,num.13.& in Constitut.Reg.capitalem pœnam, num.6.* per illum *tex.* & docet *Iul.Clar.d.§.raptus,d.ver.quæro modo*, sed quod si sit sequutum matrimonium inter raptorem,& raptam,ex consensu parentum, raptor non puniatur pœna mortis, sed puniatur pœna extraordinaria, tenent *Cabal. d.casu* 196. *num.5. cum duobus numer. seq. & Peguer. quæst.crim.cap.42.vbi cap.seq.* habes quãdo raptores mulierũ puniantur pœna mortis naturalis; sed in Regno sẽper raptor punitur pœna mortis, dato,quod sit sequutum matrimonium inter eum,& raptam,vt in *d.Constitut. Regni capitalem.* Sed si ante raptum præcessissent sponsalia de futuro, & tractatus matrimonij inter rapientem, & raptam, & ipsa rapta consentisset raptui,sequuto matrimonio per verba de præsenti,raptus est impunibilis, *cap.pen. vbi DD.extra de raptu*, & docet *Cabal.d.casu* 196.*num.8.vbi num.9. & 10.* dicit ipse *Cabul.* quod de sponsalibus, & tractatu matrimonij factis ante raptum, statur dicto rapientis, & raptæ, citat *tex. in cap. pen. extra de raptu*, vbi ipse *Cabal. ibi num.12. & seq.* dicit, supradicta procedere à fortiori in stupro. Et complices,& fautores,& auxiliatores in raptu etiam puniuntur pœna mortis,*d.l.vnica,C.de raptu virginum, cap. Reg. vt sine mortalis peccati, ver.ipsius quoque,Const.Reg.capitalem,vbi Affl.nu.1. & in Const.Reg.si quis rapere, num* 16. Et mulier rapiens virum adhuc punitur pœna mortis, *Hipp. de Marsi. d.l.vnica, num.223. & Riccius dec.214.num.5.& seq. par.1.* Sed quod mulier rapiens virum puniatur citra pœnam mortis, dicit *Iul.Clar.d.§.raptus, vers. sed pone*, sequitur *Danza d.cap.2.num.14.& 16.* sed rapiens nouitium à religione pœna mortis punitur,*Baiard.ad Iul.Clar. d.§. raptus,num.32.& Danza d.cap.2. num.14.* nam si rapiatur puer causa libidinis, rapiens pœna mortis punitur, *Iulius Clar. d.§.raptus, vers.vnum tantum, & ibi Baiard.num.32.& Danza d.cap.2.num.14.* Et contra raptores mulierum in Regijs Audiẽtijs proceditur ad modum belli, quando raptus est factus extra vrbem,vt in *Pragm.10.§.48.ver.li ratti, de off.Iudicum.*

112 Mulieres inter se corrumpentes puniuntur pœna mortis, *l.fœdissimam, C.ad leg.Iuliam de adult.Boer.dec.316. circa finem, Iul.Clar. § fornicatio,versic.inter mulieres*, sequitur *Danza de pugna DD. tom.2.tit.de stupro, c.1. num.21.*

113 Percutientes imaginem Dei, vel eius Sanctorum, puniuntur pœna mortis, vt docet *Cabal. resol. crim. casu* 91.& ita decisum testatur *de Franch.decis.504.*

114 Extrahentes frumentum à Regno Neapolitano puniuntur pœna mortis,*Pragm.20.de extract.* Idem est contra extrahentes monetas à Regno, *Pragmatic. 16. & Pragmat.23. de extractionib.*

Digitized by Google

& Prag.6.§.7.de monetis. Idem est contra extrahentes à Regno argentum, vel aurum, *d.Prag.*16. & idem est contra extrahentes à Regno arma, nam ipsi quoque puniuntur pœna mortis, *Pragm.22. de extract.* & de materia extractionis dixi in Tractatu de Foro compet. cap.26.

115 Dans alapam Officiali intuitu officij, punitur pœna mortis naturalis, *Gramat.dec.36.num.4. Riccius dec.31.nu.4. & seq.par.1. & Baiard. ad Iul.Clar. §.fin. quæst.35.num.28.* Quod procedit etiam si quis det alapam Officiali, qui stat sindicatui, *laſ.in l.principalib. ff si certum petatur.* Sed si quis det alapam Officiali in loco priuato ob priuatum odiū, & non intuitu officij, iste talis non punitur pœna mortis, *de Leonardis pract.official.cap.9.num.13.* & vide *Bottellam conſ.* 24. Sed priuatus percutiens aliquem alapa manu aperta in facie, punitur pœna exilij, *Viuius dec.48.*

116 Perturbans diuina officia punitur quoque pœna mortis, *§.si quis cum sacra ministeria, Auth.de Sanct. Epiſc.* & docet *Reg.Ronit.in Prag.1.num.24.de pœnis.*

117 Famosum libellum faciens punitur etiam pœna mortis, *cap.si quis famoſum, 5.quæſt.1.l.1.C.de famoſo libello, de Franch.dec.533.* Intellige si in libello sit descriptum delictum, propter quod diffamatus veniat puniendus pœna mortis, aliàs imponitur pœna arbitraria, *Carauit.rito 311.num.24.* sed de consuetudine faciēs famosum libellum, non punitur pœna mortis, sed punitur pœna arbitraria, *Cabal.reſol.crim.caſu 235.num.36.cum duob.ſeq.*

118 Macriatas facientes tàm de die, quàm de nocte in Regno, puniuntur pœna mortis, *Pragm.2.verſ.per lo qual, de iniurijs,* sed de iure communi puniuntur pœna arbitraria, *Cabal.reſol.crim.caſu 71.*

119 Barones, & quicunque alij priuati in Regno mouentes publicè bellum, puniuntur pœna mortis, & eorum bona confiscantur, *Conſt. Reg.comes.*

120 Depopulatores agrorum, vinearū, vel arborum, puniuntur pœna mortis, *Cabal.reſol.crim.caſu 21.* & ab omnibus possunt impunè occidi, vt diximus supra hoc eodem cap. n.88.

121 Ignem dolosè immittens in aliquā domum pœna mortis punitur, *l.capitalium, § incendiarij, ff.de pœnis*; sed vt hoc locum habeat, est necesse, quod incēdium sit factum de nocte, *Conſt. Reg. ſuper inciſionib.* sed per aliam *Conſt. Reg. qui dolosè*, statutū est generaliter, quod Incendiarij domorum in Ciuitate capite puniantur; sed immittens ignē extra Ciuitatē punitur pœna triremiū si sit ignobilis, si vero nobilis, & tunc punitur pœna relegationis, *Capic. dec. 27.n.18. Rou.Prag.2.n.45. de iuriſ.ad inuicē non turb. Iul.Clar.pract.crimin.§.fin.q.68. ver. incendiarij, & Cabal.reſolcrim.caſ.22.* sed contra incendiarios tàm domorum, quàm fugitiorum, & tàm si incendium sit factum intus loca habitata, quàm extra, & contra incendiantes syluarum, segetum, vel victualium repostarum in areis, proceditur in Regijs Audientijs ad modum belli, dummodo incendium sit factum appensatè, & non casualiter, vt in *Prag.10.§.48. verſ.l'incendij, de off.iudic.*

122 Præstans auxilium turcæ, vel moro, vt aufugiāt à Regno, punitur pœna mortis, *Pragm.1. & 2.de nauis*, in qua *Prag.2.* dicitur etiam, quod nautæ in Regno non possunt relinquere barcas absque custodia in lictore maris cum remis, & alijs stilijs actis ad nauigādum sub pœna triremium per triēnium. & edocens ædificationem nauigiorum incognitorum turcis punitur pœna mortis, *l.fin.C.de pœnis.*

123 Fur de iure communi non punitur pœna mortis, sed punitur pœna extraordinaria, *l.pen. & l.fin.ff.de furtis, Iul.Clar.pract.crim.§.furtum, ver.ſed quæro.* Sed in Regno furans infra augustalem, punitur pœna fustigationis, *cap.Reg ad hoc*, quę pœna fustigationis, nunquam imponitur Clericis, *Riccius dec.103.par.2.* Et neque imponitur nobilibus, *l.capitalium, § non omnes, ff.de pœnis*; Sed furans vltra augustalem, infra tamen vnciam, ipsi amputatur manus, *d.cap.Reg.ad hoc*, quæ pœna amputationis manus non est in vsu, *Gizzarel.dec.12. num.7.* Sed loco amputationis manus succesſit pœna triremiū, *Maſtril.dec.168.num.2.* Sed furans vltra vnciam punitur pœna mortis, *d.cap. Reg.ad hoc*, vbi *de Nigris, num.61.* dicit, quod si sint plures, qui committunt furtum vltra vnciam, omnes possunt suspendi, etiam si quilibet ipsorum habuerit minus vnciæ, nam si plures simul aliquam rem furentur, omnes insolidum ad pœnam furti tenentur, *Cabal.reſol.crim. caſu 198.num.1. & 2.* sed

hoc

Digitized by Google

hoc procedit respectu pœnæ, sed quoad rei furatæ restitutionem faciēdam Domino, vel quoad interesse partis, licet omnes fures teneantur insolidū, tñ vno soluēte cæteri liberātur, *l. 1. C. de cond. furtiua, Thes. dec. 254. n. 3. & 4. Reg. Sanfel. dec. 44. n. 3. & 4. & Cabal. d. cas. 198. à n. 4. vsque ad num. 11. vbi num. 12.* dicit, quod si plures casu delinquant, & ignoretur, à quo commissum sit delictum, licet omnes in solidum teneantur ad pœnam; tamen vnica solutio liberat omnes. Sed tunc si furtum excedat vnciam, imponitur pœna mortis: si sit factum dictum furtum cum qualitatibus agrauantibus delictum; puta cum effractione, cum barbis, vel clauibus adulterinis, de nocte, vel si furtum sit magnum; ita *Gizzarel. d. dec. 13. num. 7.* vel si concurrat qualitas sacrilegij, *Reg. Sanfelic. dec. 35.* sed *Muscatel. pract. crim. tit. de furtis, num. 18.* tenet, quod pro furto excedente vnciam, fur punitur pœna triremium; Immo quis pro furto mille, & ducentorum aureorum, non fuit punitus pœna mortis, *Iul. Clar. §. furtum, ver. sed an pro vno furto*, vnde *Dauza de pugna DD. tom. 2. tit. de furtis, cap. 6. circa fin.* tenet contra *Gizzarel.* quod pro furto minimo excedente vnciam, licet concurrant qualitates agrauantes, fur non, puniatur pœna mortis. Et de iure cōmuni pro vno furto magno, & enormi imponitur pœna mortis, concurrentibus qualitatibus aggrauantibus, *Reg. Sanfelic. dec. 272. & Cabal. resol. crim. casu 18. vbi casu 19.* dicit, quod de iure communi committens tria furta punitur pœna mortis, si furta non sint leuia, & concurrant circumstantiæ aggrauantes; sed in Regno nostro per *d. cap. Reg. ad hoc*, quis committens plura furta licet minima punitur pœna mortis; & licet *d. cap.* loquatur de pluribus furtis; tamen intelligitur de tribus, *Sebast. de Neap. in d. cap. ad hoc, nu. 13. & de Nigris ibi num. 64.* & docet *Catalanus de indulto cap. 30. nu. 27. & seq.* Et merito committens tria furta, punitur pœna mortis, nam solitus delinquere acrius punitur, quàm non solitus, *l. capitalium, §. solent, ff. de pœnis.* Et quod cōmittens plura furta in Regno puniatur pœna mortis, dicit fuisse decisum *Gramat. dec. 48.* Immo committens tria furta debet suspendi, dato, quod de duobus primis habuisset gratiam; vel esset punitus, *de Nigris in d. cap. Reg. ad hoc, num. 68. Catalanus de indulto, cap. 30. num. 31. Iul. Clar. d. §. furtum, num. 13. & seq. & Reg. Sanfelic. dec. 39. num. 7.* sed si quis vnico actu furetur plures res, nō dicuntur plura furta: sed vnicum dicitur furtum; & pro vno furto debet puniri, *Bart. per illum tex. in l. eum qui, §. idem respondit, ff. de furtis, de Nigris d. cap. Reg. ad hoc, num. 69. & Dauza de pugna DD. tom. 2. tit. de furtis, cap. 5. num. 10. cum duob. num. seq.* Sed si quis faciat tria, vel plura furta in vna nocte, non reputatur vnum furtum, sed plura furta reputantur. *Boer. dec. 219. & Riccius collect. 282. circa med.* Quod si quis committat duo furta extra Regnum, & tertium in Regno, pro isto tertio furto, fur nō debet suspendi, *Iul. Clar. d. §. furtum, num. 11.* licet contrarium teneant, *de Nigris d. cap. Reg. ad hoc, num. 66. & Bald. pract. crim. tit. de iurisd. quæst. 4.*

124 Latro famosus punitur pœna mortis, *l. capitalium, §. grassatores, & §. famosos, ff. de pœnis, Iul. Clar. d. §. furtum, versic. scias tamen.* Sic etiam qui furantur in via publica, punitur pœna mortis, dummodo hoc faciat armata manu, & quod pluries furetur in via publica, *d. l. capitalium, §. grassatores, ff. de pœnis, Reg. Sanfelic. dec. 40.* Sed si quis committat vnicum furtum in via publica, & furtum sit magnum, adhuc ipse punitur pœna mortis, *Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 52. num. 3.* sed *Mascil. de indulto cap. 33. num. 2.* tenet, quod si furtum sit commissum cum violentia in via publica, quamuis minimum sit, tamen furans punitur pœna mortis; sequitur *Viscont. in suis conclus. ver. furtum, collum. 4. fol. 109. Mele ad Gizzarel. d. dec. 13. num. 23. & Dauza d. tit. de furtis, cap. 6. in fine*, sed quidam, qui cum ad aliud esset in via publica transeuntem furatus fuit, & disrubatum vulnerauit cū armis nō prohibitis, sed semel & modicam summam carolenorum viginti, fuit ad triremes in perpetuum cōdemnatus, *D. Reg. Sanfel. dec. 40.* Et furtum factum in mare, adhuc dicitur factum in via publica, *de Franch. decis. 142. & Capibl. d. cap. 52. num. 12.* Et sicut in Regijs Audientijs contra disrubatorem publicarum viarum proceditur ad modum belli, ita & contra furantes in mari, vt in *Prag. 10. §. 48. vers. nelli furti, & vers. li delitti de off. Iud.*

125 Sacrilegij crimen commissons. pu-

nitur

nitur etiam pœna mortis, *l. aut facta, §. locus, ff. de pœnis*, ita decisum testatur *D. Regens Sanfelic. dec. 243.* nam crimen sacrilegij est maius furto, *d. l. aut facta, §. locus, & l. sacrilegij, ff. de pœnis*, & docet *Boer. dec. 254. num. 8.* Sed tũc sacrilegus, punitur pœna mortis, quando furatur rem sacram de loco sacro, *Peguer. in suis quæst. crim. cap. 14. num. 16.* nam si furetur rem sacram à non sacro, tunc punitur pœna extraordinaria, & furripiens rem non sacram à loco sacro punitur pœna furti, *Peguer. d. cap. 14. nu. 25. & seq.* Et quidam Presbyter inquisitus de sacrilegio quarũdam rerum argentearum suæ Ecclesiæ, & Neapoli venditarũ, fuit per quinquennium condemnatus ad remigandum, *Ricc. dec. 293. par. 2.* Et quidam, qui furatus fuit pissidem, fuit condemnatus ad triremes per decemnium, *Ricc. dec. 27. par. 3.* Sed de iure Regni sacrilegus punitur pœna arbitraria, nisi fortè manifestè Templa Dei distructa, vel fracta sint violenter, aut dona, & vasa sacra nocte sublata sint, quia tunc punitur pœna mortis, *Const. Reg. multa leges*, & sacrilegus de iure Canonico est excommunicatus, *cap. attendendum est, 17. q. 4.*

126 Furantes tempore noctis in Ciuitate Neapolitana, & eius suburbijs (vulgo detti quelli, che cappeiano) puniuntur pœna mortis, dato, quod res sit minima, & non sit sequutus effectus, sed tantum tentauerint, & isti tales suspenduntur in loco delicti statim absque processu, si fuerint apprehensi in flagranti crimine, *Pragm. 1. de furtis*; quod si sint minores annis duodecim vsque ad annũ decimum octauum, pro prima vice fustigantur, pro secunda ipsis amputantur aures, & pro tertia suspenduntur, *Prag. 2. de furtis*, licet minores de iure communi pro furto non puniantur pœna ordinaria, sed pœna extraordinaria, *de Nigris d. cap. Reg. ad hoc, num. 100.* Et contra furantes in Ciuitate Neapolitana, & eius suburbijs, significata vigesima quarta hora, vulgo cappiando, vel furando domus cum fractura, vel scaliatione Magna Curia Vicariæ procedit vti delegata appellatione remota, vt in *Prag. 1. de delegat.* & delinquens de nocte acrius punitur, quàm qui furatur de die, *l. aut facta, §. tempus in fine, ff. de pœnis, glos. in l. si vt allegas, C. ad leg. Cornel. de Sicar. l. furem, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* & docent *Hipp. de Marsi. in rubr. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. num. 12. & Cabal. resol. crim. casu 21. num. 3. & nu. 4. & casu 97. num. 10.*

127 Testes deponentes falsum in causa ciuili, & eos istruentes puniuntur pœna amputationis manus, & exilij in perpetuum, *Prag. 4. de falsis*, sed reiterãtes deinde falsitatem puniuntur pœna mortis, *Prag. 3. de falsis.* Prout idem est in Notario reiterante falsitatem, qui etiam punitur pœna mortis, *de Franch. dec. 440.* Sed testes committentes semel tantum falsitatem in causa criminali, tàm si deponant falsum, pro, quàm contra inquisitum, puniũtur pœna mortis; sic etiam & consuleates, & istruentes eos puniuntur quoque pœna mortis, *d. Prag. 4 de falsis.* Quod amplia dato, quod Reus nõ veniat puniendus pœna capitali, nam adhuc testis, qui deposuit falsum cõtra dictum Reum, punitur pœna mortis. *Regens Rouit. d. Prag. 4. num. 1. de falsis.* Amplia etiam, dato, quod Reus ipse sit liberatus, nam adhuc testes deponentes falsum contra dictum Reum, puniuntur pœna mortis, *Guid. Pap. dec. 44. & Regens Rouit. d. Prag. 4. num. 1. de falsis*; sed de iure communi testis, si deponat falsum in causa criminali, nõ tamen capitali, non punitur pœna mortis, *l. 1. in princ. ff. ad leg. Cornel. de falsis*, & docet *Riccius coll. 2176. versic. quod procedit*, vbi etiam dicit ipse *Riccius*, quod testis deponens falsum in causa criminali, etiam capitali, pro Reo, & contra fiscum, non punitur pœna mortis; sed punitur mitiori pœna, idem tenet *Cabal. resolut. crimin. casu 165. num. 23. cum plurib. seq. & Hipp. de Marsi. in l. 1. §. præterea, num. 6. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* sed in Regno punitur pœna mortis, vt diximus, Quod limita, & primo in rustico cõmittente falsum, nam ipse non punitur pœna ordinaria falsi, *Reg. Rouit. d. Pragm. 4. num. 20. de falsis*, sed punitur pœna extraordinaria, *Sempronius Ascia determ. 156. & Nonar. coll. 89. num. 7.* Nisi ipse rusticus sit persona sagax, quia tunc non excusatur à pœna ordinaria, *glos. in l. Athleta, §. de rusticis, ff. de excusat. tutorum*, *Surdus dec. 237. num. 12.* Secundo limita, si testis commisit falsitatem nõ in facto principali, sed in circumstantijs negotij, quia tunc non punitur pœna ordinaria

Digitized by Google

ria falsi, sed punitur pœna extraordinaria, *Reg. Rouit. d. Prag. 4 n. 21. Gramat. decis. 43. de Nigris in cap. Reg. ad perueršum, num. 30. & Trinis. dec. 49. nu 46. lib. 2.* Et quando testis nō deposuit falsum in facto principali, nec circa qualitates substantiales; sed circa alia extrinseca, non punitur de falso, sed punitur pœna stellionatus, *Hipp. de Marsc. cōsil. 70. num. 11. & Iul. Clar. d. §. falsum, vers. sed quid si testis.* Tertio limita, nam si quis cōmittat falsum, si ipse nullum emolumentum consequutus sit, non punitur pœna ordinaria falsi; sed punitur pœna extraordinaria, *Nouar. coll. 92. num. 3.* Et è contrario si testis sit pecunia corruptus, licet dicat veritatē, tamen punitur de falso, *Vinius dec. 171. num. 4.* sed quod puniatur pœna extraordinaria falsi, tenet *Guazzin. ad defensam Reorum, def. 14. cap. 8. num. 3. & c. 12. num. 2.* nam testis non potest recipere munus à producente ante depositionem, secus post depositionē factam, quia tunc potest munus à producente recipere, *Hipp. de Marsc. in l. 1. num. 5. & 6. ff. ad le. Cornel. de falsis, & in sing. 190. & Trinis. dec. 49. num. 4. lib. 2.* Et falsitas statim dicitur probata, vt testis puniri possit de falso, quando est probatum, testem deposuisse pecunia corruptum, licet non sit probatum, ipsum testem commisisse falsum, *Felin. in cap. licet causam, num. 30. vers. secundus casus est, extra de testibus, & Regens Rouit. d. Prag. 4. num. 3. de falsis, & Nouar. d. coll. 92. num. 5.* sed *Iul. Clar. d. §. falsum, vers. quæro numquid*, dicit, quod ad hoc, vt testis dicatur falsus, sufficit probare, quod dixit falsum in sua depositione; & non est necesse probare, quod fuit corruptus, vbi vers. seq. dicit ipse *Iul. Clar.* quod qui accepit aliquid pro dicenda veritate punitur pœna extraordinaria; sed si dubitetur, eum falsum, vel verum dixisse; & tūc statim, quod probatur, aliquid accepisse, potest torqueri super falsitatem. Quarto, si testis deponat aliquid, quod in se verum sit; sed tamē ipsi sit incognitum; non tenetur vera pœna falsi, sed alia pœna arbitraria punitur, & idem est in eo, qui corrumpit, & inducit dictum testem ad sic deponendum, *Cabal. resol. crim. casu 38.* Quinto limita, nam si testis non iurauit, non punitur pœna ordinaria falsi; sed punitur pœna extraordinaria, *Marant. in suo speculo part. 6. actu 6. num. 21. & Guazzinus ad defensam reorum, defens. 14. cap. 8. num. 4.* Et quod testis non iuratus, deponens falsum, non puniatur pœna falsi: tenet *Petrus Garzia à Toleto in dicto. 30.* sed quod testis puniatur de falso, dato, quod ipse non iuranit; tenet *Ricc. coll. 2176. vers. sed quid si falsum, & Cabal. casu 69.* & hæc opinio *Riccij, & Cabal.* à fortiori potest procedere in causis criminalibus, in quibus deponens falsum, tenetur pœna falsi, dato, quod non iurauit, *Iul. Clar. d. §. falsum, vers. scis, & Trinis. dec. 55. num. 17. lib. 2. vbi nu. 15.* dicit, quod testis non iuratus, tacens veritatem in criminalibus, tenetur pœna extraordinaria falsi, & non pœna ordinaria. Sexto limita, nam si testis deponat falsum coram actuario, & non coram Iudice, non punitur pœna falsi, *Feller. pract. crim. rub. & si confitebuntur, num. 11. in tertia parte principali.* Septimo limita, nam deponens falsum, si eius depositio aliter sit nulla, non punitur pœna falsi ordinaria; sed punitur pœna falsi extraordinaria, *Nouar quæst. forensi 63. tom. 2.* Et de iure communi committens falsum in causa capitali contra Reum punitur pœna mortis, *l. 1. §. præterea, ff. ad l. Cornel. de Sicarijs, Cabal. resol. crim. casu 169. num. 4. vbi num. 7. & seq.* dicit, quod hoc sufficit si delictum, super quo falsum deposuit, sit capitale tantum, & non publicum; vbi *num. 12. cum plurib. seq.* dicit ipse *Cabal* ibi, quod vt iste testis, qui deposuit contra Reum in crimine capitali, puniatur pœna mortis, est necesse, vt ipse Reus sit cōdemnatus, & contra eum sit executa sententia. Et receptus vti principalis in se, & testis quoad alios, deponens falsum in causa criminali punitur pœna extraordinaria, *Reg. Sanselic. dec. 231.*

128 Notarius conficiens falsum instrumētum in Regno, punitur pœna mortis, *Const. Reg. Iudices*, & docet *Gramat. decis. 27. num. 1.* & ita decisum testatur *Capic. dec. 153. de Franch. dec. 444. & Riccius collect. 2176. vers. de Notario*; Immo conficiens instrumētum falsum, tanquam Notarius, cum verè nō sit Notarius, sed habeatur vti talis, adhuc iste talis punitur pœna imposita per statutum contra conficientes falsa instrumenta, *de Franch. d. dec. 444. & Cabal. resolut. crim. casu 89.* Sed quando instrumentum est aliter nullum; & tūc

No-

Digitized by Google

Notarius nõ punitur pœna falsi, *Gramat.d.dec.27.num.3. Afflict. dec.21.nu.12. & Riccius dec.135. par.1.* prout etiam testis deponens falsum super Inquisitionẽ nullã, nõ punitur, *Rou.d.Prag.4. n.19.de falsis*; sed Notarius pro contractu nullo ex defectu materiæ, potest puniri de falso, *Mastril.dec.250.in fine.*

129 Falsificans fidem Banci, & eam præsentans in Banco ad finem habendi nummos, dato, quod non sequatur numeratio, tamen punitur pœna mortis, *Prag.5.de falsis.* Et omnes authores, & fautores pro falsitate dictæ fidei puniuntur pœna mortis, & depositio principalis, sub cuius nomine est subscripta apoca, seu fides Banci, facit plenam probationem, *Prag.8. de falsis.* Quod etiam procedit cõtra falsificantes, & præsentantes apocas bãci, *Prag.9.de falsis.* Procedit etiam contra præsentantes fides veras banci, sed cum retrocessione falsa, nã hi tales ẽt puniuntur pœna mortis, *Pragm.10.de falsis*, sed omnes supradictæ Pragmaticæ non procedunt in Clericũ, *Riccius dec.70.par.1.*

130 Sigillum, vel scripturas Regias falsificantes, licet de iure communi non puniantur pœna mortis, *Afflict. dec.21. & Cabal.resol.crim. casu 206. nu.1.* tamen de iure Regni puniuntur pœna mortis, & eius bona publicantur, *Constit. Reg.qui literas, & 1.Reg. vt quæ ab Excellentia*, & docet *Afflict. dec.* 404. sed est necesse, vt quis falsificet vtrumque, scilicet sigillum, & scripturam, *d.Constit.Reg.qui literas*, & docet *Gramat. d. dec.27. num.9.* sic etiam falsificans scripturam Apostolicam, punitur pœna mortis, *Affl.d.dec.404. Cabal.d.casu 206. nu.3. & Gramat. d.dec.27. n.10.*

131 Falsificantes monetam puniuntur pœna mortis, *l.1.C.de falsa moneta, Const. Regni adulterinam, & cap.Regni, vt quæ ab Excellentia*; quod amplia contra tondẽtes monetas, nam ipsi quoque puniuntur pœna mortis, *Const.Regni, qui nummos, cap.Regni iam sæpè, & Prag.1.de monetis, Mastil.de indulto cap.27. num.14.* citat *tex. in l. quicumque, ff.de falsis*; sed quod de iure communi tondens, radens, vel aliter minuens, vel tingens, & coloransmonetas, puniatur pœna extraordinaria, dicit *Cabal. resol. crim. casu 191.* amplia etiã contra auxilium præstantes in faciendo falsam monetam, nam isti auxiliatores puniuntur pœna mortis, *Pragm.2.§.11.de monetis*, vnde accommodans domum sciẽter pro fabricanda falsa moneta punitur eadem pœna, qua punitur ipse cudẽs dictam falsam monetam, *d. l. 1. C. de falsa moneta*, & docet *Riccius dec. 163. par.3.* sed vxor præstans auxilium marito in tonsione, & diminutione monetæ punitur pœna extraordinaria, *Mastril.dec.246. Giurba cons.85. & D. Regens Saufelic.dec.276. nu.4.* amplia etiam contra facientes cugna absq; permissu Superioris, nam isti tales puniuntur pœna mortis, *d.Prag.2.§.15. de monetis*, & isti puniuntur etiam in modo procedendi, tanquam si essent veri falsi monetarij, *Prag.16.de monetis.* Quod si reperiatur magna quãtitas falsæ monetæ apud aliquem, qui est suspectus de tali crimine, si dictam falsam monetam expendat punitur etiam pœna mortis, si non ostendat à quo habuit dictam monetam falsam, *Constit. Regni adulterinam, cap. Regni, vt quæ ab Excellẽtia nostra*, & ita decisum testatur *de Franch. dec.401.* sed hodie per *Pragm.2. §.1.de armis*, est imposita pœna amissionis monetæ, & vnciarum aurei cẽtum, quos si quis soluere non possit, punitur pœna triremium per triennium, si sit ignobilis, vel relegationis, si sit nobilis, & docet *Regens Rouitus in Prag.1.nu.4. de monetis*; & de iure communi vide *Iul.Clar. pract.crim.§.falsum in fine, vers.expendens, & Cabal.resol.crim. casu 199.* vbi dicit, quod expendens monetam falsam punitur pœna extraordinaria falsi, si nummi sint alterius materiæ, quàm plumbei, vel stanei, alias punitur pœna ordinaria falsi, quod intellige, si quis scienter illam falsam monetam expendat, secus si ignoranter, quia tunc non punitur, *Cabal.d.casu 199.num.6. & 7. & num.25.* & quidam Clericus, qui impendebat falsam monetam, fuit cõdemnatus ad triremes per quinquennium per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, *Riccius dec.293.par.2.* sed falsificans, vel tondens monetam alterius Principis, quæ in Regno non expenditur, non punitur pœna mortis, secus si expendatur, *de Franch.dec.440. Cabal. resol.crim.casu 27. & Reg.Rouitus d.Pragmat.1. num.14. de monetis*; vt in simili, nam monetæ huius Regni, & monetæ Hispanæ non possunt fundi in Regno sub pœna triremium per triennium,

Digitized by Google

nium, *Prag.13.§.7.& Prag.14.§.1.2.4.& 6.de monetis*, & licet hoc non habeat locum in monetis alterius Regni, vt dicit *de Franch.decis.440. & Reg.Ronitus d.Prag.1.num.11.de monetis*, tamen si illa moneta alterius Principis sit recepta in Regno, neque potest fundi, vt docet *Reg Rouit.d.Prag.1.num.11.de monetis*: sic etiam tondens monetam, si deinde illam non expendat non punitur pœna mortis, *Reg.Rouit. d.Pragmat.1.nu.12.de monetis*; sic etiam si quis falsificat monetam æneam paruulã, non punitur pœna mortis, *Mastril. de indulto cap.27. num.12. Afflict. in Constit. Regni adulterinam,& in Constit.Regni,qui nummos; D.Reg.Sanfelic.decis.59 Ricc.decis.104.post num.2.par.1. & Cabal. d.casu 199.num.19 & seq.* Sic etiam, si quis falsificat monetam nõ animo illam expendendi, sed meretricem eludendi, non punitur pœna mortis, *Reg Rouit. d.Prag.1.num.13.de monetis*; sic etiam si falsa moneta non sit perfecta, puta si non sit impressa imago, tunc falsificans non punitur pœna mortis, sed mitiori, *Gramat. dec.74.de Franch decis. 440. Cabal. d.casu 27. & de Nigris in cap. Regni, vt quæ ab Excellentia num.10.* licet contrarium teneant *Nouarius in collectanea ad pragm.1.de abolit.nu.35. & Mastril.de indulto cap.27. num.13.* Et omnes inquisiti de falsa moneta tenentur à Regno extractare infrà quindecim dies, *prag.4.de monetis*, sed hodie infra sex dies, & includuntur etiam fabricantes cugna falsa, *prag.19.§.1.& 2. de monetis*.

132 Partum supponens punitur pœna mortis, *l.1.C.de falsis, l.qui fillsum, §.1.ff. de falsis*, & docet *Affl.in dec.21.n.8.*

133 Arbores alienas incidentes, licet de iure communi puniantur pœna arbitraria, vt in *toto tit.ff.arborum furtim Cæsarum*, tamen in Regno puniuntur pœna mortis, *Const.Reg. super incisionib.* & appellatione arborum veniunt vites, hederæ, & arundines, *l.2.& 3.ff.arborum furtim Cæsarum.*

134 Fornarij non possunt emere farinam intus Ciuitatem Neapolitanam, neque per triginta milliaria circum circa, sed illam emere tenentur à Regia Dohana, *prag.7.de annona*, & deinde dicti fornarij dictam farinam vendere non possunt, alias puniuntur pœna mortis, *pragm.2.de pistorib.* quod de consuetudine non seruatur.

135 Naues, & nauigia, quæ veniunt in Ciuitatẽ Neapolitanam, non possunt alleuiari, & in ipsis practicari, nisi prius sit data facultas ab officialibus sanitatis, alias contrafacientes puniũtur pœna mortis, *pragm.9. de salubritate aëris.*

136 Portantes scalas intus Ciuitatem Neapolitanã noctis tempore puniũtur pœna mortis, *prag.1.de scalis prohibitis*, & docent *Gramat.dec.36.de Franch. dec.333.nu.1. & Cabal. resol.crim.casu 97. num.2.vbi num.1. & 3.cum plurib. nu.seq.* dicit, quod apponens scalam in fenestra, vel pariete mulieris causa castitatis violandæ, punitur pœna arbitraria.

Capientes homines per vim, & illos asportãtes de loco ad locum causa extorquendi remissionem, puniũtur pœna mortis, *pragm.1.de capient.homines per vim, quæ hodie est 2. de exulib.*

137 Et in omnibus narratis casibus, in quibus est imposita pœna mortis naturalis, potest cõtra Reum absentem in eius contumaciam procedi ad sententiam foriudicationis, vt diximus supra in princ.huius cap.

138 Sed quæritur quid si quis sit foriudicatus pro aliquo delicto, & contra eum sit exequuta sententia foriudicationis, si postea appareat, per alium fuisse commissum dictum delictum, an ipse verus delinquens possit foriudicari? & dicas quod sic faciunt dicta per *Hipp.de Marsi.in l.1.num.14.ff.ad l.Cornel.de Sicarijs per Cabal. resol.crimin. casu 37. & per Guazzin. ad defensam reorum, defens.2.cap.8.num.15. vbi nu.16.* dicit, quod sententia contumacialis lata contra vnum, non nocet alteri.

SVMMARIVM.

1 *Delictum in genere probari debet, vt quis possit foriudicari, & latè de delicto in genere agitur.ibid.*

2 *Indicia ad torturam præcedere debent, & sufficiũt, vt quis possit foriudicari, & quid in Statu Ecclesiastico? num.4. sed in duob. casib. requiruntur plenariæ probationes, vt quis possit foriudicari, nu3.& n.105.*

3 *Citari quis non potest ad informandum pro delicto, pro quo procedi debet absque tortura, quando non adsunt plenariæ probationes, sed citari debet ad deponendum.*

4 *Sententia foriudicationis est nulla, & non est exequenda, quando est lata non præce-*

Digitized by Google

dentibus indicijs ad torturam.

7 Testes curia non debent repeti, parte audita, antequam proferatur sententia foriudicationis, quod amplia, vt ibid.

8 Indicia ad torturam non sunt à lege diffinita, sed omne in arbitrio Iudicis remissum est.

9 Testis vnus de visu, si sit omni exceptione maior, facit indicium ad torturam contra delinquentem, & num. 10. sed ad probandum actum remotum, vel proximum maleficio, requiruntur duo testes, vt faciat indicium ad torturam contra inquisitum, num. 11.

12 Fuga delinquentis post delictum secutum, an & quando faciat indicium ad torturam contra ipsum fugientem? vsque ad num. 17.

17 Comparens sponte, & ponès se carceratum, demonstrat habere indicium innocentiæ, & debet sub fideiussoribus relaxari, dato quod simus in delictis grauibus.

18 Torqueri possunt omnes existentes in domo, in qua quis fuit repertus occisus, si omnes ipsi sint mala fama, & vita, & non constat de occisore, & num. 20. & dominus domus potest torqueri si quis reperiatur occisus propè dictam domum, duobus concurrentibus, vt ibi num. 18. sic etiam potest torqueri, qui solus reperitur in loco commissi delicti, ibid. & nu. 19.

21 Asserens se prius inuenisse occisum, an contra eum faciat indicium ad torturam?

22 Delatio armorum facit indicium ad torturam contra deferentem arma, & idem est contra fugientem cum armis, si ibi reperiatur vulneratus, vel si ponès ipsum reperiantur arma sanguinolenta. ibid.

23 Aufugiens propè locum delicti, tempore delicti, potest torqueri, nisi sponte compareat.

24 Præparans arma, si deinde sequatur homicidium, potest torqueri.

25 Corrumpens testes potest torqueri pro causa principali.

26 Testi dicenti, falsum testimonium tulisse, & fuisse corruptum à producente, non creditur, & talis confessio non facit indicium ad torturam contra producentem.

27 Testes duo instrumentarij deponentes, instrumentum non fuisse confectum coram eis, faciunt indicium ad torturam tantum contra Notarium.

28 Falsitas probatur coniecturis, & præsumptionibus, & est difficilis probationis, & probatur per testes inhabiles.

29 Comparatio literarum facit indicium ad torturam, si reus sit mala fama, & solitus committere falsitates.

30 Receptans malefactorem post delictum, an possit ex hoc torqueri?

32 Iudex ex sua conscientia tantum, non præcedentibus aliis indicijs, non potest reum torquere.

33 Taciturnitas facit indicium ad torturam contra tacentem.

34 Vacillatio, & trepidatio, an faciat indicium ad torturam contra vacillantem, & trepidantem.

35 Fama publica an faciat indicium ad torturam, & nu. 36. & 37.

38 Inimicitia an faciat indicium ad torturam; & quomodo illud indicium impugnari possit num. 40. vsque ad nu. 42.

39 Inimicitia, quando dicatur capitalis, vel nõ capitalis, ad arbitrium Iudicis remittitur.

43 Minæ an faciant indicium ad torturam contra minantem?

44 Testis minans velle deponere falsum, si deposuit, & aliter non constat de falso, non potest torqueri super falsitate, sed tantum dictum ipsius non probat.

45 Contumacia facit indicium ad torturam contra ipsum contumacem, limita si ipse contumax sponte compareat, nu. 46. limita etiam si cõtumacia sit contracta coram Iudice laico contra Clericum, num. 48. limita etiam, vt n. 49.

50 Confessio extraiudicialis de delicto facit indicium ad torturam contra confitentem; amplia etiam si sit reuocata non docto de errore, num. 51. sed debet esse specialis, & non generalis, vt faciat indicium ad torturam, num. 52. & debet probari per duos testes, alias non facit indicium ad torturã d. n. 50. & n. 53.

54 Confessio delicti facta coram Iudice incõpetente facit indicium ad torturam aduersus cõfitentẽ coram Iudice competenti; amplia, dato, quod sit reuocata, non docto de errore, num. 56. limita, nisi talis confessio coram Iudice incompetenti facta, sit extorta per vim, & metum, num. 55. limita etiam si cum ipsa confessione non cõcurrant alia indicia, & admiscula, num. 57. & quid si confessio sit facta coram actuario absente Iudice? num. 58. & quid si sit facta coram Iudice, sed non Curia sedente? n. 59.

60 Testes dicentes, audiuisse à confitente in actu confessionis, tale crimen commisisse, non faciunt indicium ad torturam, quod si ponès aliquem reperiatur carta, in qua ipse scripsit peccata sua, propter hoc non potest puniri. ibid.

61 Arma alicuius reperta propè cadauer occisi faciunt

Digitized by Google

faciunt indicium contra dominum dictorum armorum, & quomodo elidatur hoc indicium. ibid.

62 Res furtiua si reperiatur penès aliquem, an contra eum faciat indicium ad torturam?

63 Conuersans in aliqua domo, vbi fuit factum furtum, si ipse sit malæ famæ, & vitæ potest torqueri, & idem est contra famulum aufugientem absque licentia domini. ibidem, & idē est contra eum, qui visus fuit exire à domo furata, nu. 64. & an idem sit contra dominum scala reperta in loco furti? & an forma pedis reperta in loco furti faciat indicium ad torturam; & an pro furto facto in canpona domestici possint torqueri? ibid. d. nu. 64.

65 Confessio occisi non facit indicium ad torturam contra nominatum ab ipso occiso.

66 Occisus si dicat non fuisse occisum à Titio, si contra Titium adsint indicia ad torturam, ipse Titius non potest torqueri, nisi adsint plenaria probationes, quia tunc potest puniri.

67 Confessio extraiudicialis accusatoris sufficit ad absoluendum reum.

68 Socij criminis dictum non facit indicium ad torturam contra consocium criminis, & ideo si quis sit foriudicatus ex dicto socij, sententia foriudicationis exequutioni non demandatur, num. 69. sed in criminibus exceptis dictum socij facit indicium ad torturam contra consocium, nu. 70. & 71. sed plura concurrere debent, num. 73. 74. & 75. & quid si socius criminis sit aliter inhabilis, an eius dictum faciat indicium contra consocium in criminibus exceptis, num. 72.

76 Dictum mandatarij, an faciat indicium ad torturam contra mandantem?

77 Dictum pueri stuprati an faciat indicium ad torturam contra stuprantem?

78 Dormire cum puero an faciat indicium cōtra dormientem in crimine sodomiæ?

79 Mulieri asserenti, se stupratam fuisse ab aliquo, an credatur, & an ex hoc dicto nominatus possit torqueri?

80 Socij criminis si deponant contra consocium faciunt indicium ad torturam contra ipsū nominatum, sed non sufficiunt ad condēnandum ipsum consocium nominatum, limita in pluribus casibus à num. 81. vsque ad num. 85.

86 Obijcere volens contra testem, quia est socius criminis, quomodo dicere debeat?

87 Visus cum armis propè locum delicti potest torqueri.

88 Conuersatio sola cum malis hominibus non facit indiciū ad torturā cōtra cōuersantē.

89 Pax, & transactio procurata per reum ab offenso, an faciāt indicium contra ipsum reum? & num. 90.

91 Sanguis si profluat à vulneribus occisi tempore, quo suspectus accedit ad eius cadauer, facit indicium contra ipsum suspectum.

92 Falsæ monetæ si reperiantur penès aliquem, an contra eum faciant indicium ad torturam? & quæ probationes requirantur, vt quis possit condemnari in crimine falsæ monetæ? num. 93. & quæ probationes faciant indicium ad torturam in dicto crimine? vide post num 93. & 94.

95 Testes domestici faciunt indicium ad torturam tantum, secus si sit vnus testis domesticus.

96 Indicia ad torturam debent esse luce clariora in sua specie indiciorum, & debent esse probabilia, & verisimilia, & non debent esse æquiuoca, & in dubio iudicādum est, indicia non esse sufficientia ad torturā, num. 97.

98 Indicia legitima etiam requiruntur ad torquendum reum in delictis occultis.

99 Testibus deponentibus, de nocte vidisse occisorem, non creditur, nisi dicant, quod lucebat Luna.

100 Testis si dicat, cognouisse delinquentem suæ voci, facit indicium ad torturam contra ipsum delinquentem.

101 Indicia remota plura esse debent, vt reus possit torqueri.

102 Indicia plura imperfecta, quorum vnumquodque per se non facit indicium ad torturam, an coniungantur ad faciendum indicium perfectum ad torturam?

103 Pœna ordinaria, numquam imponitur ex præsumptionibus.

CAP. IV.

Quæ probationes requirantur, vt quis possit foriudicari?

1 VT Reus absens in eius contumaciam possit foriudicari de aliquo graui delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, ante omnia debet constare de delicto in genere, alias non potest deueniri ad sententiam foriudicationis, *l. 1. §. item illud, ff. ad Senatus Consultum Sillanianum*, & docent *Cabal. resol. crim. casu 255. num. 1. Chartarius de exequutione sententiæ contumacialis capto bannito, cap. fin. num. 141. & seq. & Ambrosinus de processu*

Digitized by Google

informatiuo lib.5.cap.1.num.22. Vnde si quis sit foriudicatus pro homicidio certi hominis, qui existit viuus, foriudicatio non tenet, ita *Chartar. d. cap. fin.num 41.& Reg Rou.rub de sent foriud. num.9.* facit *tex.in l.inde Neratius,§.fin.& l seq & l.qui Stycchum, ff.ad leg.falcid.* vbi habetur, quod si quis confessus sit occidisse seruum, qui seruus si non sit occisus, hæc confessio non præiudicat confitenti, nam quando apparet de innocentia Rei, annihilatur eius cõfessio, quam fecit de delicto, *Hippol.de Marsi.in l.1.§.fin ff.de quæst & Chartar. d. cap fin. post num.40.* Et confitens occidisse hominem, si aliter de homine occiso non appareat, non potest ex tali confessione condẽnari, *Boss.pract. crim.tit.de delicto,num.15. Chartar. d.cap. fin.num.9.& Cabal.d.casu 255.num.2. vbi num.3.* dicit, idem esse in legitimè cõuicto. Sed confitens occidisse hominem, & eum proiecisse in mari, potest condemnari pena ordinaria, licèt aliter non constet de delicto in genere, *Regens Salernitanus dec.13.& Pascal.de viribus patriæ potest. part.3. cap.1. in fine in vlt.impressione,& Thor. compen.decis.to.2. ver. confessio, fol.98.* sed hoc procedit, quando cum ipsa confessione concurrunt alia adminicula circa corpus delicti, puta si fuit repertus sanguis propè littora maris, vel si fuerunt repertæ res occisi super occisorem; ita *Boss.d.tit.de delicto, num.15. de Angelis ad pract.crim.Foller.rub. capiat informationẽ, num.10. Cabal.d.casu 255.& Guazzin.ad defensam reorum,def 4.cap.3.nu.10.& seq. vbi num.12.* dicit, quod ex ficta confessione resultante ex contumacia Rei, non potest sequi condemnatio, nisi constet de delicto, etiam si adsit statutum, quod contumax habeatur pro confesso,& ipse *Guazzin. d.def.4.cap.4. per totum*, latè examinat, quando corpus delicti possit probari per famam publicam. Et non constito de delicto in genere omne, quod fit dicitur nullum, *Guazzin.d.def.4.cap.1.num.5.* Vnde si sit lata sententia condemnatoria, ipsa est nulla, non constito de corpore delicti, *Decianus lib.3.respons.96. n.22. vol.3.& Guazzin. d.def.4. cap.1. num.18. & cap.3.num.4.* Et neque contra absentem potest deueniri ad sententiam condemnatoriam, non constito de delicto in genere, etiam stante statuto, quod contumax habeatur pro cõfesso, *Foller pract.crim. in 4.par. 3.partis, rub. & si confitebuntur, num.15.& Guazzin.d.def.4.d.cap.1.num.19 vbi num.21.* dicit, quod si proferatur sententia condemnatoria, non constito de corpore delicti, ipsa sententia est nulla, dato, quod deinde constet de corpore delicti, citat *Boer.dec.259. & Baiard.ad Iul. Clar.§.fin.quæst.66. nu.9* quos sequitur *de Angelis ad Foller. d.rub. capiat informationem, num.12.* Et quod sententia lata contra absentem in eius contumaciam, non constito de corpore delicti, ipsa sententia sit nulla, dicit *Farinac.pract.crim.tit de inquisit.q.2. post nu.7. vers.amplia,seu potius.*

Et de delicto in genere, latè tractãt *Boss.d.tit.de delicto in princ.Blanc.pract.crimin.in princ. Guazzin. d.def.4 per tot.Iul. Clar.pract.crimin § fin.quæst.4. Farinac.d. quæst.2.* & nouissimè *Helisæus Danza de pugna DD.tom.2.tit.de corpore delicti.*

Et licet aliqui teneant, quod cõtra forascitos, nõ requiratur delictum in genere, quia isti solent abscondere cadauera eiiciendo in flumine, vel in mari, vt tenent *Franc. Cassonus in tract. de tormentis cap.2. num.4. Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst.3. speciali 62. num.2.& in speciali 93. nu.2. & Muscatel.pract.crim.in proœmio, nu.52.* tamen veritas est in contrarium, & sic, quod etiam contra forascitos requiratur delictũ in genere, ita *Guazzin.d.defens.4.cap.4. post num.5. Pascal d. p.3. d.cap.1. num.72. & de Angelis ad Foller.d.rub.capiat informationem post nu.10.* qui in specie reiiciunt opinionem *Io. Grand. vbi sup.* Sed si quis fuit visus cũ aliqua persona, quæ deinde non reperiatur, si concurrat fama, quod ipsa sit mortua, dicitur probatũ delictum in genere, *Reg Sãfelic.dec.28.*

Et vltra probationem corporis delicti in genere, requiritur etiam, vt sint probata indicia sufficiẽtia ad torturam, vt possit deueniri ad sententiã foriudicationis, ita *Iul.Clar. pract. crim. §.fin.quæst.44.ver.quæro numquid, Affl. in Constit.Reg pœnam eorum, num.47, Natta conf.594.num.14.vol.3. Ambrosinus de processu informatiuo lib.5. cap.1. num.2.& 5. Regens Rouit. rub, de sent. foriud. num.36. Marant.conf.110. num.7. Giurba conf.83. num.4. Baldaß de Angelis ad Gizzarel. decis.13.in fine, Nouar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 18. num.3.& seq. Carrerius pract. crim.tit.de appellatione, vers.sepsimus casus*

est.

Digitized by Google

est nu.21.fol.mihi 15. *Guttierez pract.quæst. cap.76.lib.1.& Vinius dec.*349. sed *Capol. cons.*40.*num.*28.*& seq.* dicit, quod licet delictum non probetur contra accusatum, vel inquisitum contumacem; tamen deuenitur ad sententiam condemnatoriam, dummodo de eius innocentia clarè non appareat; *Capol* sequitur *Cabal.resol.crim. casu* 256. *in fine, vbi num* 1. antea dixit, quod statutum communiter vigēs per Italiam, quod imputatus de maleficio contumax existens habeatur pro confesso, & cōuicto, & condemnetur in pœnam criminis; tale statutum intelligitur; dūmodo constet legitimè de delicto, sine quo nec imputatio, nec condemnatio sequi potest. Et contumax, licet ex formâ statuti debeat haberi pro confesso, tamen, vt valeat condemnatio de delicto contra accusatum, debet vltra contumaciam constare de delicto, alias non valet bannum, nec condemnatio, *Foller. pract.crimin.in 4.par.3.par.rub. & si confitebuntur, nu.*15. *& num.*25 *in fine, & Hipp.de Marsc.pract. crim.§.postquam, num.*48. *cum plurib. seq.* Vnde ex sola contumacia quis non potest foriudicari, *Chartar. de execut. sent. cap.*1. *post num.*5. *Mastril. decis.*296. *num.*20. *de Angelis ad Foller. rub. foriudicentur, num.*9. & est ratio, nam nemo condemnari potest, nisi sit testibus legitimè conuictus, vel ore proprio cōfessus, *l.qui sententiam, C. de pœnis, Chartar. de exec.sent.cap.*1. *num* 437. *& Cabal. resol.crim.casu* 200. *num.*110. Sed quia in Regno Reus perseuerans in contumacia per annum habetur pro confesso per *Const.Regni pœnam eorum*, sed habitus pro confesso vigore alicuius statuti potest condēnari propter istā fictam confessionem, & quemadmodum valet sententia lata ex expressa confessione, ita quoque valet lata ex ficta confessione, *Chartar.d cap.*1.*nu.*44. *vbi num.*48. dicit, quod ficta confessio dicitur liquidissima probatio, & idem tenet *Foller.d.rub. & si confitebuntur, nu.* 28. licet ipse *Foller.ibi n.*18. dicat, quod ficta confessio non probat vere delictum, & idem teneat *Chartar. d.cap.*1. *num.*425. tamen ex ficta confessione potest deueniri ad sententiam diffinitiuam condemnatoriam, *Chartar. d.cap.*1.*num.*226. *cum plurib.seq.* & licet *Affl.in d.Const. Regni pœnam eorum, n.*20. dicat, quod sufficiat tantum contumacia, & non requiratur alia probatio, vt quis possit foriudicari; tamen veritas est, quod requiruntur indicia ad torturam, vltra contumaciam, vt quis possit foriudicari; vt diximus. Sed validum est statutum disponens, quod ex sola contumacia aliter non constito de crimine possit quis ad mortem damnari, *Chartar.d.cap.*1.*num.* 27. alias, si non adsit tale statutum, cōtumacia sola loco probationum non succedit; vt bannum sequi possit, & sententia valeat *Chartar. de execut. sent. cap.fin.n.*24. Et quod contumax possit condemnari absque plenis probationibus, & de facto non seruari, quod constet de delicto in specie, dummodo præcedant legitima indicia, tenet *Chartar.d.cap.fin nu.*137. *& seq. & n.*142.

3 Sed quando quis committit delictum, propter quod possit statim foriudicari, vel si committat delictum, propter quod post citationem, elapsis quatuor diebus, dicatur foriudicatus; prout est in crimine recaptus, vt dicam infra cap.10. in hoc casu requirūtur plenariæ probationes, vt Reus possit foriudicari, ita *Capibl.de Baronib. tom.*2. *cap.*52. *nu.*15. *& de Angelis ad Foller.rub foriudicentur, num.*2. alias si non adsint plenariè probationes, inquisitus non potest citari cum breuiatione dierum quatuor; ita *Nouar. dec.Regiæ Audientiæ Apulcæ* 80. *& in collect. super* Prag.10.*nu.*4.*de exulib* sed *d.Prag.*10. *in princ.de exulib.* dicit, quod ad fūdandam citationem cū breuiatione dierum quatuor, sufficiunt indicia, quæ requiruntur, vt quis possit citari in alijs delictis; sed in alijs delictis requiruntur indicia ad torturam, vt quis possit citari ad informandum, *Pragm.* 37.§.1.*de offic. Magistri Iustit.* & docent *Riccius decis.*102. *par.*2. *& Iul.Clar.pract. crim.§.fin.quæst.* 20. *vers.ad formandam in prin.* ergo opinio *Capibl.* & aliorum non videtur tuta, sed *Nouar.in d.collect. super d.Prag.*10.*num.*4.*de exulib.* respondet ad *d.Prag.*10.*de exulib.*& dicit illam non seruari, & fuisse editam tempore, quo erat multitudo bannitorum.

4 Et in Statu Ecclesiastico per *Const. Pij Quinti*, non potest procedi ad sententiam condemnatoriam contra Reum absentem, nisi præcedant legitima indicia ad inquirendum, alias si sit lata dicta sententia, non præcedentibus dictis indicijs, ipsa non est exe-

Digitized by Google

exequenda, *Chartar. de exec. sent. cap. fin. post n. 22. 29. & 38. cum plur. seq. n. 66. cum plur. seq. & n. 81. cũ plur. seq. vbi à n. 95. vsque ad num. 133.* disputat, an capto bannito, ipse debeat citari, & eo audito, debeat discuti, si præcedant legitima indicia ad inquirendum, vel sufficiat, quod Iudex ex ipso per inspectionem processus se informet, de quo dic, vt per eum ibi.

5 Sed quando sumus in delictis, in quibus procedi debeat absque tortura, & tunc, vt quis possit citari ad informandum, requiruntur probationes plenariæ ad condemnãdum; alias debet citari ad deponendum, *Viuius dec. 121. num. 3.* Prout etiam, quando sumus in delictis, in quibus proceditur cum tortura, si non adsint indicia sufficientia ad torturam, Reus citantur ad deponendum, *Genuens. pract. Archiepis. Neap. cap. 33. post num. 4.* Et effecto contumace in citatione ad deponendum, ipse Reus citatur deinde ad informandũ, & ita practicatur.

6 Quod si non adsint indicia ad torturam, & sit processum ad sentẽtiam foriudicationis, dicta sentẽtia est nulla; & non est executioni demandanda, *Chartar. de execut. sentent. in præfatione, num. 114. & Farinac. pract. crim. tit. de Inquisitione, q. 11 num. 16. & 78.* nam probationes in criminalibus sunt de substantiá iudicij, & ideo sine probationibus sententia dicitur nulla, *Chartar. de execut. sent. cap. fin. num. 23. & Guazzin. ad defens. reor. defens. 35. c. 4. n. 2.*

7 Sed quæritur, an vt possit deueniri ad sententiã foriudicationis, sit necesse, vt testes examinati ad informationem curiæ repetantur, ipso Reo citato? & videtur dicẽdum, quod sic, nam licet curia possit in criminalibus recipere testes parte non citata ad informationem ipsius curiæ, vt deinde procedere possit ad capturam, vel ad citationẽ inquisiti; tñ nõ potest deinde procedere contra ipsum Reum ad torturam, vel ad condemnationem, nisi repetitis testibus, parte citata, *Iul. Clar. pract. crim. § fin. quæst. 11. ver. item quæro, & quæst. 45. ver. cæterum, & Cabal. resol. crim casu 269. num. 4. cum plurib. seq.* nam testificata non tenent, si testes sint recepti, parte non citata, *l. fin. vbi DD. C. de testibus. cap. 2. de testib.* & est *text. de iure Reg. in vitu 143. 145. & 147.* & docent Regens *Rouit. Prag. 9. num. 17. de ord. Iudic. & Thom. Triuis. dec. 53. num. 7. lib. 2.* Et testes recepti, parte non citata, etiam si essent mille, tamen non probant; & neque faciunt indicium ad torturam, *Riccius collect. 2145. & dec. 52. num. 1. & 2. par. 4. & Gramat. votò 30. n. 7. & seq.* Immo etiam in causis, in quibus proceditur ad modum belli, & ex delegatione, testes debent repeti, citata parte non obstante quouis stylo, & consuetudine in contrarium, *Pragmat. 10. §. 51. de offic. Iud.* & docet *D. Consil. Merlin. controuers. forens. cap. 42. in fine,* contra *Ioan. Grandum de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 90. in fine;* Et repetitio testium, citata parte, est facienda in causis criminalibus, dato, quod testes examinati essent omni exceptione maiores, *Riccius dec. 294. nu. 19. ver. in multis par. 4.* Nisi Reus det testes curiæ pro repetitis, quia tunc non repetuntur, *d. Pragm. 10. §. 51.* nam quando testes curiæ dantur pro repetitis per Reum, habetur equè, ac si per Iudicem repetitio facta fuisset, parte citata, *Capic. dec. 47.* Sed omnia supradicta procedunt, quando Reus citatus comparuit, secus si non comparuit; & sit effectus contumax; quia tunc potest in contumaciam condẽnari, non repetitis testibus curiæ, parte citata, vt docet *Iul. Clar. vbi supra, & Cabal. resol. crim. casu 269. num. 22.* & ita in Regno nostro practicatur, in quo per *Const. Regni pœnam eorum*, foriudicatus habetur pro confesso, sed in Regno, quando Reus est confessus potest ex confessione damnari non repetitis testibus, ipso Reo citato, vt in *d. Pragm. 10. §. 51.* & est de iure communi, vt docet *Riccius d. num. 19. d. ver. in multis.* Et quando, pendente contumacia Rei, testes decedunt, in hoc casu ipsi testes habentur pro repetitis, *d. Pragm. 10. §. 83.* Ergo datur intelligi, quod quando proceditur in contumaciam contra Reum, testes repeti non debent, ita in specie tenet *Chartar. de execut. sent. cap fin. num. 175.* Immo si lata sententia foriudicationis, foriudicatus sit ex gratia Principis admissus ad nouas defensiones, adhuc testes curiæ non repetuntur citato ipso Reo, sed ipsi testes probant, vt dicam infra cap. 25. sic etiam testes cõtra assassinũ possunt recipi etiam lite non contestata, & parte non citata, & probant *Cabal. de omni genere homicidij,*

Digitized by Google

micidij, num. 525. & de repetitione teſtium latè tractant *Guazzin. ad defenſam reorum, def.* 25. *per totum & Danza de pugna DD. tom.* 2. *tit. de teſtium repetitione.*

8 Sed videamus, quæ ſint iſtę probationes, quæ faciunt indicium ad torturam, & dicas, quod licet indicia ad torturam non ſint à lege diffinita, & omne in arbitrium Iudicis relinquatur, *Sebaſt. de Neap. in cap. Reg. ab illo inchoandum, num.* 39. *Hippol. de Marſ. pract. crim. §. diligenter, num.* 24. *Gramat. conſil. crim.* 14. *num.* 6. *Boſſ. prac. crim. tit. de indiciis, nu.* 30. *Iul. Clar. pract. crim. § fin. q.* 64. *ver. dixi quoque. Guazzin. ad defenſ. reorum def.* 30. *cap.* 4. *num.* 10. *& Cabal. reſol. crim. caſu* 200. *num.* 143. Tamen, vt Reus poſſit poni ad torturam, eſt neceſſe, vt indicia ſint talia, quod ſola confeſſio delinquentis deeſſe videatur, *l.* 1. *verſ. vt ſola confeſſio ff. de quæſt.* & docet *Guazzin. d. cap* 4 *nu.* 3. *ver. quæ indicia.* Et multa indicia à Doctoribus noſtris connumerantur, & nos hic non nulla ponemus, vt Iudex ſciat, quando adſint indicia ad torturam, vt poſſit deuenire ad ſententiam foriudicationis cõtra Reum abſentem in eius cõtumaciam. Et ideo.

9 Vnus teſtis de viſu facit indicium ad torturam, *gloſ. in l ſi quis,* C. *ad legem Iul. Maieſt.* & eſt *tex. de iure Reg. in rit.* 41. & docent *Riccius coll.* 133. *Carrer. pract. crimin. tit. de indicijs, verſ. quæ autem ſint, num.* 2. *fol. mihi* 47. Quod intellige ſi ipſe teſtis de viſu ſit omni exceptione maior, *Bart. in l.* 1. *§. ijdem Cornelio, & l. marius, ff. de quæſt.* & docent *Iul. Clarus pract. crim. §. fin. quæſt.* 22. *ver. vnum, Guazzin. ad defenſam reorum, def.* 30. *cap.* 30. *n.* 2. *Carrerius d. ver. quæ autem ſint, num.* 3. *Boſſ. d. tit. de indicijs, num.* 10. *& tit. de inquiſitione, num.* 65. *& Riccius deciſ.* 268. *par.* 2. *vbi num.* 2. dicit ipſe *Riccius*, quod ſi teſtis non ſit omni exceptione maior, dato, quod deponat cum tortura, adhuc non facit indicium ad torturam contra Reum; idem tenet *Carrerius d. ver. quæ autem ſint, num.* 5 Et ipſe *Riccius d. dec.* 268 *num.* 3. dicit, hoc etiam procedere in crimine læſæ Maieſtatis, & idem tenent *Boſſ. d. tit de indicijs, nu.* 11. *& Guazzin. d. cap.* 30. *poſt num.* 2. Et quod vnus teſtis de viſu, ſi non ſit omni exceptione maior, non faciat indiciũ ad torturã, tenent *Peguer. in ſuis quæſt. crim. cap* 17. *nu.* 1. *Iul. Clar. § fin. q.* 21. *verſ. vnus teſtis, & Gramat. conſ. crim.* 1. *nu.* 1.

10 Quod ſi vnus teſtis deponat de ipſo maleficio, & non ſit omni exceptione maior, ſi concurrant alia adminicula, facit indiciũ ad torturam, *Boſſ. d. tit. de indicijs, num.* 14. ſic etiam ſi ſint teſtes de viſu, & de fama publica, & teſtes de viſu repulſentur, ſed illi, qui de fama publica deponunt non repulſentur, in hoc caſu Reus poteſt torqueri, *Gramat. conſ. crim* 1. *num.* 6. *& dec.* 34. *nu.* 54. nam teſtes, qui reprobãtur, licet non probant, tamen faciunt indicium ad torturam, *Gramat. dec.* 11. *& Riccius coll.* 2120. *ver. ſecundo nota*, & teſtes inhabiles, licet non probant; tamen faciũt indicium ad torturam, *Bertazzol. in conſ.* 474. *nu.* 2. *& Thom. Triniſ dec.* 53. *num.* 13. *lib.* 2. niſi iſti teſtes repulſentur ex capite inimicitiæ, quia tunc neque faciunt indicium ad torturam contra Reum inculpatum, ita *de Nigris in cap. Reg. vulgaris, nu.* 32. *cum num. ſeq.*

11 Sed ad probandum aliquem actum remotum, vel proximum maleficio, non ſufficit vnus teſtis, ſed duo requiruntur, vt faciãt indicium ad torturã, contra inquiſitum, *Iul. Clar. d. § fin. quæſt.* 22. *verſ. viſum eſt, Boſſ. d. tit. de indicijs, num.* 5. *& nu.* 18. *Guazzin. d. defenſ.* 30. *cap.* 31. *Farinac. quæſt.* 37. *num.* 13. *& ſeq. & Cabal. reſol. crim. caſu* 200. *num.* 129. & hoc procedit etiam in crimine aſſaſſinij, vel læſæ Maieſtatis, *Farinac. d. quæſt.* 37. *num.* 14. *& num.* 17. *& Guazzinus d. def.* 30. *cap.* 31. *num.* 2. *ver. & hoc eſt verũ, vbi num.* 3. dicit, quod iſti duo teſtes deponentes de actu remoto, vel proximo maleficio, debent eſſe conteſtes de loco, tempore, & cauſa, vbi *ver. & etiam*, dicit ipſe *Guazzin.* ibi, quod iſti duo teſtes debẽt eſſe omni exceptione maiores, & idem tenent *Farinac. d. quæſt.* 37. *num.* 18. *& Boſſ. d. tit. de indicijs, num.* 15.

12 Fuga delinquentis poſt delictum ſequutum facit indiciũ ad torturam contra ipſum fugientem, ita *Cynus in l. diuus, ff. de cuſtod. reorum, Iaſ. in l. admonendi. num.* 158. *ff. de iureiur. Foller. pract. crimin. rubr. item, quod ſororem venenauit, num.* 10. *Hippol. de Marſ. pract. crim. §. diligenter, num.* 41. *Borrel. conſ.* 45. *num.* 6. & latè *Carrerius pract. crim. tit. de indicijs, & tortura, ver. tertium, fol mihi* 52. Quod intellige ſi fuga præcedat inquiſitionẽ, ſeu informationem, *Hipp. de Marſ. ſingul.* 124. *& ſing.* 497. *& Boſſ. d. tit. de indicijs,*

Digitized by Google

eijs,num.49 alias si quis fugiat,& se absentet post captam informationem, talis fuga non est sufficiens ad torturam, Bar. *in l.1. ff.de bonis eorum,qui ante sent.mortem sibi conscinerunt*, Borrel.d.consil.45.num.43. Blanc.*de quæst.num.*181.Ripa *in l.admonendi, num.* 168. Riccius coll. 2120. *ver.quinto nota*, Tartag. *pract. crim. cap.*11.*num.*9.*&* Iul.Clar. *d.quæst.*21.*ver. fuga,circa med.* vbi dicit,hoc procedere in causis capitalibus, nam in non capitalibus si cum fuga concurrat fama publica semper facit indicium ad torturam,siue sit ante,siue post accusationem; Sed in capitalibus causis, quando fuga sequitur post accusationem,numquam facit indicium ad torturam citat *Io.de Amicis cons.*37.*n* 5: *&cons.*131.*num.*3. & idem tenet in *consil.*7.*ver.primo,quod licet*, vbi *ver.secundo, quod siue simus*,dicit,quod quãdo Reus fugit propter inimicitiam post commissum aliquod delictum, siue simus in delictis capitalibus, siue in non capitalibus; si fugit propter inimicitiã, & timorem partis aduersæ,ne ab ea offendatur: siue occidatur, tunc talis fuga non facit indicium ad torturam.Immo plus dicit ipse Io. *de Amicis d. cons*7. quod fuga nullam præsumptionem facit, quando aliqua iusta causa pro ea potest opinari.citat Cynum *in leg.in bonæ fidei,quæst.*5.*C.de rebus creditis*; ponens exemplum in scholare committente delictum in Ciuitate Studij, & aufugiente ad suam Patriam,nã præsumitur, quod iuit causa videndi amicos,& parentes.Immo si quis habeat suspicionem,quod cõtra eum inquiritur, si post istam suspicionem aufugiat; fuga non facit indicium ad torturã; Peguer. *in quæst. crim.cap.*17 *post num.*32. vbi dicit secus si cum fuga concurrant aliquæ suspiciones,quia tunc fuga facit indicium ad torturam,dato,quod sit facta post accusationem,vbi *num.*35. dicit ipse Peguer. ibi, quod quando fuga potest colorari non facit indicium ad torturam,puta si aufugiens probauit, se absentasse causa negotiandi,vel quia timebat mortem, vel aliter, vbi *num.* 36.dicit ipse Peguer. ibi, quod si non potest probari ista coloratio, statur iuramento aufugientis,citat Cynum *in l.fin. C. de requirendis reis, & Hippol. de Marsi.in pract.crim.§.diligenter, num.*43.

13 Sed quando cum fuga facta post inquisitionem concurrit contumacia Rei,tunc ipsa fuga facit indicium ad torturam, Peguer.*d.cap.*17. *num.*37. Iul. Clarus,§.*fin quæst.*64. & ita decisum testatur Mastril.*dec.*296. *n.*7.

14 Sic etiam quando cum ipsa fuga concurrit fama publica, ipsa fuga facit indicium ad torturam contra Reum fugientem, §.*si quis autem, coll.* 9.*Auth.de Sanctis Bpisc.* §.*si vero,collect.*5. *Auth.de exhib.Reis*, & docent *Bart. in l. fin.C.de quæst.& Peguer.d.cap.*17.*n.*20.

15 Immo fuga vnius socij criminis facit indicium ad torturã contra alium consocium criminis carceratum, ita *Gramat.cons.crim.*14. *num.*4.

16 Sed aduertas,quod indicium,quod resultat ex fuga inquisiti, purgatur per spontaneam comparitionem ipsius inquisiti,*Riccius dec.*174.*par.*4.*Mastril.dec.*269. *Nouarius dec. Reg.Audientiæ Apuleo* 64.Io *de Amicis d.cons.*7. *ver.tertio quia,& cons.*84.*num.*8. *Borrel. cons.*45. *nu.* 49.*&* Iul.Clar.§ *fin.d.q.*21.*ver.fuga in fin.*

17 Et quis persistens in sua libertate, si spõtè ponat se carceratum,magnam demonstrat innocentiam,& per spõtaneam comparitionem demonstrat habere indicium innocentiæ pro se; Capol.*cons.*31. *Hipp.de Marsi. pract. crim.* §.*diligenter,num.*204. *Gramat.cons.crim.*6. *num.*4.*&* Carrerius *pract.crim. tit.de indicijs,ver.viso igitur,num.*29.*fol.mihi* 69.*vbi num.*26 dicit, quod spontè comparẽs, etiam si pro crimine, pro quo inquiritur veniat imponenda pœna corporis afflictiua, relaxari debet fideiussoribus,citat *Afflict.in Const. Reg. humanitate,& in Const.Reg.clementia,& Gramat. cons.*29.*&cons.*61. Et quis præsumitur innocẽs si citatus compareat, & semper in iudicio sui copiam faciat,se defendendo ab imputationibus; *Cabal. resol.crim.casu.*288.*num.*46. *cum duob.numeris seq.*

18 Occisus si quis reperiatur in aliqua domo,vbi erant plures malæ famæ,& vitæ omnes possunt torqueri, alias si vnus tantum sit malæ famæ, & tunc ipse solus torquetur,quando nõ constat de occisore,*Boss.d.tit.de indicijs, num.*50.vbi *num.seq.*dicit, quod si quis reperiatur occisus propè domum alicuius,contra dominum domus facit indicium ad torturam,si dominus domus sit malæ famæ,& vitæ,& concurrat aliquod aliud adminiculum; idem tenent *Cabal. resol.crim. casu* 230. *nu.*34.

Digitized by Google

num.34.& 50. Tartag. pract. crim.cap.11. num.23. Paris de Puteo de Sindic. ver.torpus,cap.3.num.14.& Carrer. pract.crim.d. tit.de indicijs, ver.decimumtertium, num.1. cum plurib.seq.fol.mibi 60.à tergo. Idem est in eo, qui solus reperitur in loco perpetrati criminis,nam contra eum est indicium ad torturam, ita *Vinius dec.282. num.24.*

19 Sic etiam,si quis reperiatur in loco delicti, & vbi quis iacet occisus,contra ipsum inuentum in loco delicti est indicium ad torturam, *Bartol. in l.fur manifestus,ff.de furtis,* & dicitur indicium proximum, & propinquum, *Bart.in l.fin.ff.de quæstion. Blanc. de quæst. num.295.& Foller. pract. crim.rub.deutur capitula, quod suffocauit vxorem, num.12.* Immo si quis sit inuentus propè locum delicti, contra eum est indicium ad torturam, *Paris de Puteo de sindicat. ver.tortura lo primo,cap.2.n.1.*

20 Et quando aliquis reperitur occisus in aliqua domo, vbi plures sunt homines, & nescitur à quo fuit occisus, possunt omnes torqueri inchoãdo ab eis,qui sunt malæ famæ, conditionis,& vitæ.*Gramat.conf.crim.5.nu.2. & seq. & Carrer. d. ver. decimumtertium, num.6.12.& 14.* Prout etiam torqueri debent omnes homicidio interuenientes, vbi ignoratur, qui lathale vulnus intulit, sed prius torqueri debet ille, qui est, malæ vitæ,conditionis,& famæ, *Cabal.resol.crimin.casu 192. num.13.*

21 Quod si quis dicat primo inuenisse occisum contra eum est indicium ad torturam, *Paris de Puteo de sindicat. ver.tortura lo 2.cap 1 num.4. & Carrerius d.tit.de indicijs,ver.decimumquintum nu.2. fol.mibi 61.à tergo,* quod ego intelligo, concurrentibus alijs adminiculis cõtra ipsum primum inuentorem, & quod non constet de alio percussore.

22 Delatio armorum facit indicium ad torturam contra deferentem arma, *Vinius dec.282.num.4. vbi num 5.* dicit, quod cõtra fugientem,ense enudato, est indicium ad torturam, si ibi reperiatur vulneratus, vbi *num 6.* dicit ipse *Vinius,* quod si penès aliquẽ reperiatur gladius sanguinolentus, vel si ipse aufugiat cum gladio sanguinolento,contra eum est indicium ad torturam, idẽ tenet *Blanc.de quæst. n.192.& Carrer.d.tit.de indicijs,ver.vigesimumprimum,fol.mibi 62.à ter.*

23 Sic etiam si quis sit visus aufugere propè locum delicti tempore delicti, contra eum est indicium ad torturam,*Vinius d.dec.282.n.7.vbi nu.9.& 10.* dicit ipse *Vinius*, quod talis fuga purgatur per spontaneam comparitionem ipsius Rei, & *num.11.* dicit ipse *Vinius* ibi,quod egrediẽs palidus cum gladio sanguinolento à loco,vbi quis vulneratus reperitur, contra ipsum est indicium ad torturam.

24 Sic etiam si quis præparat arma, & deinde sequatur homicidium,contra præparantem hoc facit indicium ad torturam,*Carrerius,vbi supra d.tit.de indicijs,ver.vigesimumquartum,Vinius decis. 282.num.13.& seq. Blanc.de quæst. nu.78. & Borrell.cons.45.num.3.vbi num.19.* dicit hoc procedere, quando quis præparat arma sine causa, alias secus.

25 Sic etiam contra corrumpentem testem est indicium ad torturam in delicto principali, puta si constat, testem esse corruptum ab inquisito, vt se examinaret in sui fauorem, nam talis corruptio facit indicium contra inquisitum de aliquo delicto, *Viu.dec. 282.num.27.vbi nu.28.* dicit, quod creditur vni testi contra corrumpẽtem; sed *Guazzin. ad defensam reorum, def.14. cap.12.num.14.* dicit,quod pecunia data testi,vt testimonium perhibeat,nõ facit indicium ad torturam ad delictum principale contra dantem, dũmodo non sequatur aliqua subornatio,vel falsitas.

26 Sed testi dicenti,falsum testimoniũ tulisse, & fuisse corruptum à producente,non creditur, & talis confessio non facit indicium ad torturam contra producentem, *de Nigris cap.Regni frequens, num.85. Vinius dec. 171. num.6.* licet *Boss.pract.crim.tit.de indicijs,nu.156.* dicat,seruari contrarium in practica, & licet *Bal.in cap.1.num.7. si de inuest.inter dominum,& vassallum,& Gramat.consil.crim.1.num.12.& seq.* teneant, quod testis pecunia corruptus plenè probat contra corrumpentem, tamen hoc non procedit, nisi aliundè constet de corruptela,ita *Guazzin.ad defensam reorum,def.14 cap.12.nu.13.* Et Nuncio dicẽti, se falsam fecisse relationẽ, ipsi non creditur in præiudicium tertij,ita *Guazzin. ad defensam reorum, defens.10.cap.6.n.1.*

27 Quod si duo testes instrumentarij deponant, non interuenisse instru-

Digitized by Google

mento, & instrumentum non esse celebratum coram ipsis, hæc depositio non est sufficiens probatio ad condēnandum Notarium de falso, sed tantum contra Notarium eorum depositio facit indicium ad torturam, *Cabal.resolut.crim.casu* 183. *& Mastril.decis.* 170. *vbi num.*7.8. *&* 15. dicit, quod ex dictis dictorum duorum testium instrumentum redditur falsum. Quod si vltra dictos duos testes concurrāt confessio extraiudicialis Notarij, & alia adminicula, si ipse Notarius sit tortus, & non confessus potest extra-
28 ordinariè puniri, *Mastril.d.dec.*170. Et falsitas probatur coniecturis, & præsumptionibus; Et in crimine falsi facilius deuenitur ad torturam, quàm in cæteris delictis, *Baiard.ad Iul.Clar.*§. *falsum, nu.*10. nam falsitas est delictum difficilis probationis, & probatur per testes inhabiles, *Hipp. de Marsc.*27. *num.*8. *& Mastril.dec.*244. *nu.*5.

29. Et scias, quod cōparatio literarum non facit plenam probationem in criminalibus contra Reum, sed tantum facit indicium ad torturam, *Cabal.resol.crim. casu* 251 *num.*13. *& seq. & Thom.Triuis.dec.*52. *lib.* 2. Quod intellige si Reus sit malæ famæ, & solitus committere falsitates, *Tartaglia pract. crim.cap.*11. *nu.*28.

30 Receptans malefactorem scienter post delictum, si inter eos non adsit parentela, contra receptantem est indicium ad torturam, *Carrer. pract. crim.tit. de indicijs, ver.decimumsextum, nu.* 1. *fol.mihi* 61. *à tergo*, vbi ipse *Carrer. ibi nu.*2. dicit, idem esse contra defendentem inculpatum, vel eum associantem, visitantem, vel ei dantem munera.

31 Alloquutio secreta ad aures alicuius, qui paulò post commisit homicidium, facit presumptionem mandati, si præcedat inimicitia sola ex parte loquentis ad aures, aliàs si ambo erāt inimici, & tunc præsumitur cōsilium *Carrer. vbi sup. ver vigesimum, fol* 62. *nu.*1.

32 Iudicis sola visio, quia ipse Iudex vidit committi maleficium, non facit indicium ad torturam, *Carrer. d.tit. de indicijs, ver. trigesimum fol. mihi* 64. nam Iudex ex sua conscientia non potest Reum torquere; *Boß. d. tit. de indiciis, num.*141. *Iul.Clar.*§ *fin. quæst.*8. *ver. & licet Farinac. cons.*83. *num.*3. *& Guazzin. ad defensam reorum, def.*30. *cap.*29. & est ratio, ham Iudex debet iudicare secundum allegata, & approbata, *l. illicitas,* §. *veritas, ff de officio Proconsulis, cap. Pastoralis,* §. *quia vero, de off. deleg.*

33 Taciturnitas facit indicium ad torturam contra tacentem, puta si amicus describat amico, quod fama sit in Ciuitate, per ipsum esse commissum delictum, & ipse, accepta litera, & ea lecta, taceat, & nihil dicat, nec se excusat, nec scribat contra, nam talis taciturnitas facit indicium. Idem est si quis in præsentia testium reprehendat aliquem de aliquo delicto, & ille taceat, & non se excuset, ita *Hippol. de Marsc. pract. crimin.* §. *diligenter, ver. quæro etiam de notabili dubio, & Carrer. d. tit. de indiciis, ver. vigesimum octauum, nu.*1. *&* 2. *fol. mihi* 64.

34 Vacillatio inquisiti facit indicium ad torturam contra ipsum Reum vacillantem, ita *Vinius decis.*282. *num.*29. *Gramat. cons. crim.*5. *num.*5. *& cons. crimin.* 17. *num.*9. & maximè si inquisitus pluries variat *Vinius d. nu.*29. Quod intellige si variat circa substantialia negotij; *Cabal. resol. crim. casu* 200. *num.*135. & quod concurrat aliquod aliud adminiculum, *Iul. Clar.* §. *fin. quæst.*21. *versic. mendacium, Carrerius d. tit. de indiciis, ver. quintum, n.*1. *&* 4. *fol. mihi* 54. *Foller. pract. crim. rub. Item, quod sororem venenauit, nu.* 9. *&* 29. *& Cabal. d. casu* 200. *num.*136. Et quod si inquisitus in suo examine trepidat, & variat possit torqueri, dicit *Boss. d. tit. de indiciis, nu.*38. Quod ego admitto, cōcurrente aliquo adminiculo, secundum opinionem *Iul. Clar. d. ver. mendacium, & Cabal. d. casu* 200. *num.*136. Prout mendacium, sine alio adminiculo, non facit indicium ad torturam contra mendacem, *Thes. dec.* 24. *num.*2. Prout etiam nec sola titubatio, & trepidatio Rei facit indicium ad torturam contra ipsum Reum, *Tartag. pract. crim. cap.*11. *num.*21. *&* Carrerius *pract. crimin. d. tit. de indiciis, ver. sextum, n.*2. *fol. mihi* 54.

35 Fama publica sola de per se non facit indicium ad torturam contra Reum, sed alia adminicula concurrere debent, quia ipsa fama publica de facili potest oriri, & ideo sola de per se non facit indicium ad torturam, *Peguer. in quæst. crim. cap.*17. *num.*12. *Carauit ritu* 41. *num.*8. *cum num. seq. Hipp. de Marsc. in pract. crim.* §. *diligenter, num.*18. *Foller. pract. crim. rub. dentur capitula, quod*

suffo-

Digitized by Google

ſuffocauit vxorem, num.28. circa med. Fer-
ratius cautela 57. num.1. Iul.Clar. d.§.fin.
quæſt.21.in princ. Maſtrit.dec.295.num.12.
Thom.Triuiſ.deciſ.50. num.9. & ſeq.lib.2.
Tartag.practi.crim.cap.11.num.16. Cabal.d.
caſu 200.nu.134.& Borrel. conſ.45.nu.45.
Et ideo teſtes de auditu non faciunt indicium ad torturam, *cap.licet ex quadam de teſtibus;* Sed ſi cum fama publica concurrat diffamatio inquiſiti, & ſic quod ipſe inquiſitus ſit malæ famæ, conditionis, & vitæ, & quod ſit ſolitus delinquere, & tunc fama publica facit indicium ad torturam, *Boſſ. d.tit.de indiciis,nu.65.& tit.de inquiſitione, nu.29.* Quod intellige ſi concurrat diffamatio inquiſiti in eodem genere mali, quia tunc vnita cum fama publica facit indicium ad torturam, *Tartag.d.cap.11. d.nu.16.* Secus ſi concurrat mala fama in alio genere delictorum, quàm in delicto, de quo inquiritur, & probetur bona fama inquiſiti circa materiam, de qua tractatur, quia tũc non facit indicium ad torturam, *Iul. Clar. d.q.21. circa princ. & Peguer. d. cap. 17. nu.13.* vbi dicit, quod bona fama probata in genere non tollit malam famam probatam in ſpecie delicti, de quo inquiritur, & ipſe *Peguer.* ibi *n.14.* dicit, quod Reus poteſt cõtra malam famam probare, quod per triennium proximum benè vixiſſet, & fuiſſet bonæ vocis, & famæ, quia tunc illa mala fama contra eum probata nihil ei nocet, ſed videtur purgata, idem tenet *Iul.Clar. d.quæſt.21. circa principiũ, Guazzin.ad defenſ.reor.def.28.cap.1. n.20. Foller. practi.crimin rub.item,quod ſororem venenauit,nu.28.& Tartag.d.cap.11.n.16.* nam licet malus ſemper præſumatur malus in eodem genere mali, *cap. ſemel malus de reg.iur.in 6.* tamen ſi malus egerit pœnitentiam, dicitur nouus homo, *cap. ferrum 50.diſt.* & tunc malus non dicitur malus, ſi vixerit benè per triennium, *Riccius dec.158. par.2.de Nigris in cap.Reg ſi iuſtè, num.75.* Sed ſi non cõcurrat ipſa fama publica, non per hoc, quod quis ſit malæ famæ, vitæ, & conditionis, & quod ſit ſolitus delinquere, propter hoc poſſit torqueri, nam hoc ſolum non facit indicium ad torturam, *Iul.Clar.§.fin.quæſt. 64.verſed pone, Riccius dec.47.par.3.* contra *Boſſ. practi.crimin.tit.de inquiſitione,n.29.* Prout etiam conuerſatio cum malis hominibus, neque ſola de per ſe facit indicium ad torturam contra conuerſantem cum malis hominibus, *Riccius dec.164.par.3.* & dicã infra n.88.

36 Sed fama vehemens ſola de per ſe facit indicium ad torturam, *Hippol.de Marſ. practi.crimin.§.diligenter,nu.20.Gramat.dec.34.nu.52. Foller. practi. crim. rub. dentur capitula,quod ſuffocauit vxorẽ,n.28. circa med.& Boſſ.d.tit.de indiciis,nu.65.* Et quæ ſit fama vehemens, in arbitrium Iudicis remittitur, *Gramat. d.deciſ.34. & dec.42.& Peguer.d.cap.17.nu.16.& 17:* Sed quod fama vehemens ſola de per ſe non faciat indicium ad torturam, ſed qualitercumque adminiculata ſufficiat ad Reum torquendum, dicit *Cabal.reſol.crim.caſu 84.nu.14.*

37 Sed ſunt, qui dicunt, quod quando fama habuit ortum ab honeſtis perſonis faciat indicium ad torturam, prout tenet *Thom. Triuiſ. dec.50. nu.12. lib.2.* Sed veritas eſt in contrarium, & ſic, vt fama publica ſola de per ſe non faciat indicium ad torturam, vt ſupra diximus, verum ad probandam famam publicam teſtes debent dicere, quod ipſa fama publica habuit ortum ab honeſtis perſonis, & fide dignis omni exceptione maioribus, & non ab inimicis, & odioſis, vel conſanguineis occiſi, *Io. de Amicis conſ.7. ver.ad primũ, & conſ.127. ver. facio tertiã concluſionem,de Nigris cap.Regni 87.n.20.* citat *cap.qualiter, & quando, vbi DD.extra de accuſat.* & docent *Borrell. conſ.45. nu.54.cum plurib.ſeq.& Foller. practi.crim. d.rub.dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem,nu.35.* Sed ſi agatur de re turpi, in tali caſu non eſt curandum, & neque eſt contemnenda fama, quæ habuit ortũ à turpibus perſonis, puta ſi agatur de re commiſſa in lupanari, nam poteſt oriri à meretricibus, & lenonibus, *Peguer.d.cap.17.num.18.& Iul. Clar. d.§.fin. quæſt.6. verſed quid in fine,* ſed ſi fama publica habuit originem ab offenſo, & tunc nihil nocet contra offenſorem, *Cabal.d.caſu 200. nu.132.* Et teſtes examinandi de fama publica debent dicere, audiuiſſe à pluribus, & aliquos ex his nominare debent, etiã ſi de hoc non ſint interrogati, *Bart.in l.de minore,§.plurimum,nu.23. ff.de quæſt. Iul.Clar.d.quæſt.6. ver.amplius etiam, cum ver.ſeq.& Borrell.d.conſ.45. nu.53.* & debent dicere, hoc audiuiſſe à maiori parte populi illius loci, in quo delictum eſt commiſſum, *Bar.in d.§.plurimum,*

num, nu.19. Foller.d.rub.dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem, nu.28. Io. de Amicis d.conſ.7.ver.item oportet,quod dicant,& Borrell.d.conſ.45.num.50. ſed *Bald. in cap. literas,num.2. de præſumpt.* tenet, quod ſufficit, ſi teſtes dicant, ita publicè audiuiſſe,& opinionem *Baldi* ſeruari, teſtatur *Peguer.d.cap.17.poſt nu.25.& Iul. Clar. d.quæſt.6.ver.debent etiam*, & ſufficiunt duo teſtes deponentes, ſe publicè audiuiſſe, vt dicatur probata fama publica, *Maſtril.d.dec.295.nu.13.* nam ad probandam famam publicam ſufficiunt duo teſtes, *Iul. Clar. d.quæſt.6. ver.ſciendum eſt*, ſed iſti teſtes deponentes de fama publica debent eſſe omni exceptione maiores, *Borrel. d.conſ 45. nu.60* citat *Menoch.conſ.149.n.41. vol.2.* Et teſtes deponentes de fama publica debent exprimere cauſam aliquam, propter quã fama illa ortum habuit, puta ex inimicitia, vel minis, vel alia ſimili, *Bart. d. §. plurimum, Io.de Amicis d.conſ.7. ver. ad primum, & ver.item oportet,& in conſ.127. Foller. d.rub. dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem, nu.28. Iul. Clar.d.quæſt.6. ver.illud tamen, Borrell. d. conſ.45.nu.58. & Peguer. d.cap.17. nu.26.* vbi dicit, quod requiritur etiam, vt fama publica præcedat accuſationẽ, vel inquiſitionem, alias ſi ſubſequatur poſt accuſationem, vel inquiſitionem, de ea non eſt curandum, *Foller.d.nu.28. Io.de Amicis d.conſ.7. & 127. Borrel.d.conſ.45. num.59. & Cabal. d.caſu 100.num.133.* Vnde dum requirantur tot requiſita, merito *Gramat.conſ.crim. 42.num.8.* dicit, quod nunquam vidit proceſſum, in quo fama publica eſſet bene probata, & hoc, non quod capientes informationem neſciant capere informationem, ſed quod non poſſunt haberi omnia requiſita, quæ concurrere debent in fundãdo ipſam famam publicam.

38 Inimicitia licet capitalis ſola de per ſe non facit indicium ad torturam, *Hippol.de Marſ.præct.crimin. § diligenter, nu.69. Gramat.conſ.crim.3.num.16. & voto 30.nu.20.& voto 34. num.7. &* Borrell. *d.conſ.45.num.5.& 51. cum plurib. ſeq. & conſ.48.nu.53.& conſ.97.nu.26.* licet *Iul. Clar.d § fin.d.quæſt.21.ver.inimicitia in fine*, dicat, vidiſſe aliquos torqueri propter ſolam inimicitiam, tamen communis opinio eſt, quod inimicitia, licet capitalis, ſola de per ſe non facit indicium ad torturam, vt de communi teſtatur, *Vinius commun. opin.lib.2. opin.143. Carrer.d.tit.de indicijs, ver.quartum indicium, num.4. fol.mihi 52, Tartag. præct.crim.cap.11. nu.13. &* Boß.*d.tit.de indicijs,nu.47.vbi num.ſeq.* dicit ipſe Boſſ. quod hoc indicium inimicitiæ obſtat Reo, quando ſumus in his, quæ fiunt in alterius iniuriam, vt eſt homicidium, vulnera, & ſimilia, non autem in his, quæ fiunt ad commodum facientis, vt eſt rapina, furtũ, raptus, falſum, & ſimilia, citat Bar. *in l.repeti, §.1. ff.de quæſt.& in l.licitatio, §.qui illicitè, ff. de publ.* Et in quantum ipſe *Iul.Clar.* dicit, vidiſſe plures torqueri ex ſola inimicitia capitali, loquitur in delictis clam commiſſis, & quando nullus alius imputatur, de qua doctrina etiã dubito, licet *Tartag.d.cap.11.num.13.* ſequatur doctrinam *Iul.Clar.* tamen doctrinam *Iulii Clari*, dicit, eſſe periculoſam, ſi alia non concurrant, *Theſ. dec. 24.poſt nu.7. ver.quamuis*, qui loquitur in cauſa incendij; ſed quando cum ipſa inimicitia capitali concurrunt alia adminicula, & tunc ipſa facit indiciũ ad torturã, *Boſſ.d.tit.de indiciis,d.n.47.& Peguer.d.cap.17.nu.8.* puta ſi cum inimicitia capitali concurrat fama publica bene probata, quia tunc facit indiciũ ad torturam, *Angel. in l.fin. ff de quæſt. Peguer.d.cap.17.nu.21.& Theſ.d.deciſ.24. num.7.*

39 Et quando inimicitia dicatur capitalis, vel non capitalis, omne in arbitrium Iudicis remittitur, *Iul.Clar.dicta quæſt.21.ver.inimicitia, & quæſt.24. verſ. item quæro, Gramat.dec.34 nu.28.& Graſ. de excep.except.24.nu.27.* Et inimicitia, quæ prouenit ex cauſa ciuili omniũ, vel maioris partis bonorum, dicitur capitalis, *Gramat.dec.28. nu.5. & Vinius dec.450. nu.7.*

40 Et in fauorem Rei debet articulari, quod offenſus habeat alios inimicos potentiores, quia tunc impugnatur indicium, quod prouenit ex inimicitia, *Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.18. cap.1.nu.8.Theſ.d.dec.24.poſt nu.7. & Borrell.d.conſ.48.nu.54.* nam quando concurrunt duæ inimicitiæ, & vna eſt potentior altera, minus potens ſuccumbit potentiori, *l.excipiuntur, ff. ad Senat.Conſ.Sillan.Boer.dec.31. in fine, Farinac.quæſt.49.nu.114.& ſeq. & Danza de pugna DD. tom.2. tit. de homicidio, cap.4. num.25.*

41 Sic etiam debet articulari, & probari

Digitized by Google

bari in fauorem Rei, quod licet inter ipsum Reum, & offensum erat inimicitia, tamen reconciliati fuerunt, & quod erant amici, *Borrell. conf. 97. n. 24. & seq.* Et testes Rei deponentes de amicitia præferuntur testibus curiæ deponẽtibus de inimicitia, l. *de Amicis d. conf. 7. ver ità super septima.* Et quod recõciliatio, vel alia inimicitia, quam offensus habet cum alio, & quod recessus à lite, quæ erat inter Reum, & offensum purgant indicium inimicitiæ, dicit *Foller. pract. crim. rub. recipiantur defensiones, nu. 2.*

42 Deduci, & probari etiam potest, quod inquisitus contra inimicum interfectum elegit viam iuris, & iustitiæ, instituendo querelam ad illum puniendum de offensa sibi facta, quia tunc super homicidiũ sequutũ tollitur præsumptio contra carceratum ratione inimicitiæ, *Guazzin. ad defens. reor. def. 28. cap. 1. num. 9. vbi num. 10.* dicit, quod potest etiam deduci, & probari, quod post offensionem, & inimicitiã, Reus incriminatus de offensa facta suo inimico confessus fuit sua peccata Sacerdoti, ac Sanctissimam Eucharistiam sumpserit, quia tunc præsumitur deinde remisisse iniuriam in perpetuum, & successiuè purgatur indicium inimicitiæ, citat *Farinac. quæst. 49. num. 113. & Baiardum ad Clar. d. quæst. 21. nu. 116. in fine*, & idem tenet *Borrell. consil 48. num. 55.* Et ipse *Guazzin. d. cap. 1. nu. 11.* dicit, quod potest etiam articulari, & probari, quod inter Reum, & mortuum, seu offensum fuit præstita cautio de non offendendo, quia tunc eliditur indicium inimicitiæ, citat *Farinac. d. quæst. 49. num. 21.* vbi ipse *Guazzin. ibi num. 16.* dicit, quod si inter interfectum, & Reum sit sequuta pax, vel reconciliatio, ex hoc tollitur indicium inimicitiæ, & idem tenet ipse *Guazzin. in tract. de pace, par. 1. quæst. 9 n. 2.* & ipse *Guazzin. tàm in d cap. 1. n. 17. quàm in d. quæst. 9. nu. 8.* dicit, quod tollitur illa difficultas de amico reconciliato de recenti, vt quod post mille reconciliationes non sit confidendum de amico, vt per *Iul. Clar. pract. crim. quæst. 24. num. 6.* nam si sit probatum, quod post dictam reconciliationem interuenerint inter eos actus amicabiles, puta, quia visi fuerunt insimul conuersari, comedendo, bibendo, ridendo, & alia similia faciendo solita fieri inter amicos, tunc omninò cessat opinio *Iul. Clar.* cum dicatur omninò extinctus propter hoc effectus primæ inimicitiæ.

43 Minæ si præcedãt, & deinde sequatur homicidium, istæ minæ faciunt indicium ad torturam contra minantem, *Hipp. de Marsi. pract. crim. 5. diligenter, nu. 85. & seq. & Borrell. d. conf. 45. nu. 1.* Quod intellige, si minæ sint prolatæ per virum potentem, & malæ famæ in eodem genere mali, qui de facili potest minas exequi, & sit solitus minas exequi, quia tunc minæ precedentes faciunt indicium ad torturam contra minantem, quando non constat de alio percussore, alias est secus *Blanc. de quæst. nu. 183. Boss. d. tit. de indiciis, nu. 44.* & licet *Iul. Clar. d. quæst. 21. ver. mina in fine*, dicat, quod in Statu Mediolanẽsi nõ semper admittuntur huiusmodi defensiones, nam probatis minis, & causa minarum, ille Senatus mandat sæpè numero, Reos tormentis subijci; tamen supradicta opinio cum illa distinctione, quod requiratur, vt minans sit solitus, minas exequi, est communis, vt dicit *Peguer. d. cap. 17. nu. 11. Foller. pract. crim. rubr. item, quod sororem venenauit, n. 23. Tariag. pract. crim. cap. 11. nu 13. Borrell. conf. 45. nu. 10. cum pluri. seq. Carrer. pract. crim. tit. de indiciis, ver. duodecimum, nu. 1. fol. mihi 59. & Gorgo, & Dauzi de pugna DD. tom. 2. tit. de homicidio cap. 4. num. 28.* alias contra minantem, minæ non faciunt indicium ad torturam, *Thes. dec. 24. nu. 9.* vbi omnes citati DD. dicunt, requiri etiam, vt ipsæ minæ faciãt indicium ad torturam contra minantem, vt ipsæ minæ sint specialiter prolatæ, & sic vt quis minatus sit, velle occidere aliquem, quia in hoc casu, si deinde sequatur homicidium istæ minæ facient indicium ad torturam contra minantem, secus si minæ sint generaliter prolatæ, puta si quis dicat (te ne faro pentire) & deinde sequatur mors, vel si quis minatur, facere homicidium in personam Cai, & deinde ipsi Caio sit factum aliquod damnum in bonis, puta furtum, quia tunc istæ minæ nõ faciunt indicium ad torturam contra minantem, ita citati *DD.* & præcipuè *Thes. d. dec. 24 nu. 9. & Foller. d. nu. 23. vbi nu. 26.* dicit, quod si minæ sint prolatæ sub conditione, puta si quis dicat, velle aliquem occidere, si eum inueniat

ludere,

Digitized by Google

ludere, nam si non sit probata illa conditio ludendi, si minatus sit occisus, istæ minæ non faciunt indicium ad torturam cõtra minantem; & minæ probantur per testes singulares, *Foller.d.rub. item quod sororem venenauit, nu.25. Gramat.dec.5.nu.14. & Vincent.de Anna sing.520. & ibi Filius in Additionibus.*

44 Sed scias, quod si testis, antequam testimonium fecisset, minatus sit, velle deponere falsum contra aliquem, si non habuisset ab eo aliquam rem, si postea deponat, non per hoc ipse potest torqueri, si sit incriminatus de falso propter suam depositionem, *Alex.cons.79.vol.2.col.2. Boss.d.tit.de indiciis, nu.45.* vbi dicit, quod talis testis est tantum suspectus, & ei non creditur, citat *tex.in l.iubemus, C. de probationibus.*

45 Contumacia facit indicium ad torturam contra contumacem, *Bald.in l.1.col.11.C.de hared.inst. Hippol.de Marsi. pract.crim.§.diligenter, nu.136. & in tract. de bannitis, ver.contumacia, num.146. Boss. d.tit.de indicijs, nu.134. Gramat. cons.crim. 12.num.21. & dec.34. num.50. Iul.Clar. §. fin.quæst.64.ver.sed numquid, & Viu. decis. 282.num.17.* Quod intellige si contumacia ritè, & rectè præcessit, alias nõ facit indicium ad torturam, *Borrell. cons.97.num.6. Foller.pract.crim.3.par.tertia partis, rubr. & si confitebuntur, num.10.* vbi multas alias ponit fallentias *n.17. cum plurib.seq. & nu.30.* limitat ipse *Foller.* ibi, si Iudex ante citationem dedit causam fugæ, puta si insequutus fuit Reũ armata manu, quia tunc si Reus citetur, & sit contumax, talis contumacia non facit indicium ad torturam contra contumacem.

46 Et tale indicium ad torturã, quod resultat ex contumacia, purgatur, si deinde Reus sponte compareat, *Riccius dec.174.par.4.* licet contrarium videatur affirmare, *Carrerius d.tit.de indicijs, ver.circa quartum, num.25. fol.mihi 88.* vbi dicit, quod si quis in contumaciam sit positus in banno, si deinde compareat, & purget contumaciam, iste talis potest torqueri absque indicijs, citat *Bald. in l.1. C.de hared. inst. & Hipp.de Marsi.in l.1.in princ. & in l.penul. in fine, ff. de quæst. & sing.117.* late *Charter.de execut.sent.cap.14.nu.452. cum plur. seq.* Sed ipse Reus sponte comparens, debet allegare causam impedimenti ad excusandam contumaciam suam, & quælibet causa excusat, *Boss.d.tit.de indicijs, nu.135.*

47 Sed de isto indicio, quod resultat ex contumacia in Regno non habetur ratio; nam in Regno est statutum per *Pragm.37.§.1, de off. Magist. Iustit.* vt quis non possit citari ad informandum, nisi contra Reum sint sufficiẽtia indicia ad torturam, & docet *Riccius dec.102.par.2.* & diximus supra in princ. huius cap. vnde si in Regno, vt quis possit citari ad informãdum, requirãtur indicia ad torturam: parum curatur de ipsa contumacia; sed dicas, quod ipsa contumacia facit, vt Iudex sit prõtior ad ponẽdum Reum in tortura, nam ipsa contumacia deindè confirmat indicia præcedentia, & aggrauat dicta indicia, vndè ego solitus fui practicare, quod quando quis commisit delictũ cum armis igneis, & non adsint pleniora indicia, quæ requiruntur, quando debet expectari annus in sententia foriudicationis, citaui ipsum Reum ad informandum tantum, salua prouisione facienda quoad citationem ad capitula, & postea, effecto contumace ipso Reo, qui deliquit cũ armis igneis, eum citaui ad capitula cum breuiatione dierum quindecim iuxta formam *Pragmat.2.de ictu scopetæ*, quam practicam desumo ex dictis per *Ambrosinum de proceff. informat. lib.5. cap.1. nu.8. cum quib.seq.* nam ista contumacia in citatione ad informandum facit, vt sint pleniora indicia, vt possit deinde procedi ad sentẽtiam foriudicationis cum dicta breuiatione dierum quindecim. Et quod etiam in Regno sit consideranda contumacia, constat ex dictis per *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst.64. ver. sed numquid in fine*, qui dicit, quod potest esse, quod deinde Reus in defensionibus purgat indicia contra eum existentia, & potest ex ipsa sola contumacia torqueri.

48 Quod si Clericus sit incriminatus coram Iudice laico, & citatus non compareat, & sit reputatus cõtumax, si deinde sit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, talis contumacia non facit indiciũ ad torturam contra ipsum Clericum in iudicio ecclesiastico, *Riccius dec.136.p.4.*

49 Et quando constat, quod Reus cõtumax, data opera, fugatus fuerit, ita quod citatus non comparuit, non qui-

Digitized by Google

quidem timore delicti, & pœnæ, sed quia alias fugere coactus fuerit, nam cum iustam causam habuerit non reuertendi, contumax dici non debet; quod si in contumaciam sit condemnatus, sententia non valet, & non debet exequi, *Petrus Anchar. consil. 409.* sequitur *Chartar. de execut. sentent. cap. fin. num. 253. & seq.*

30 Cõfessio extraiudicialis Rei inquisiti facit semiplenam probationem, si sit probata per duos testes, *Vinius com. opin. lib. 1. opin. 49. Affl. dec. 112. 337. & 375. & Thes. dec. 109.* Secus si sit probata per vnum testem, quia tunc neque semiplenè, probat *Alex. consil. 132. volum. 5. Foller. pract. crim. 2. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, nu. 1. vbi nu. seq.* dicit, quod illi duo testes ad probandam confessionem extraiudicialem debent esse contestes de loco, & tempore; idem tenent *Riccius dec. 35. par. 1. & Peguer. d. cap. 17. num. 3.* Et vnus testis deponens de confessione extraiudiciali non facit indicium ad torturam contra Reum inquisitum, *Thom. Trinis. dec. 49. nu. 59. & dec. 53. num. 1. lib. 2. de Amicis cons. 7. & Blanc. de quæstionib. num. 206.* Secus si ipsa confessio extraiudicialis facta per Reum inquisitum sit probata per duos testes contestes de loco, & tempore, quia tunc ipsa in criminalibus facit indiciũ ad torturã, *glos. & Bart. in l. capite quinto, ff. ad legem Iul. de adult. Bellamer. dec. 721. Boss. d. tit. de indicijs, num. 43. Tartag. pract. crim cap 11. n. 14. Carrer. d. tit. de indicijs, ver. septimum, nu. 1. fol. mihi 55. Cabal. resol. crim. casu 81. num. 1. & 2. & Paris de Puteo de syndic. ver. tortura cap. 3. nu. 1.* vbi dicit, quod tunc confessio extraiudicialis facit indiciũ ad torturam, quando est iuncta cum verisimili causa ratione loci, & temporis, nam tunc confessio extraiudicialis facit indicium ad torturã, & hoc siue sit facta parte præsente, siue absente, *Paris de Puteo d. cap. 3. post num. 3. Vinius dec. 149. Peguer. d. cap. 17. nu. 3. Foller. pract. crim. 2. par tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, nu. 22. Iul. Clar. § fin. q. 21. ver. confessio extraiudicialis, Boss. pract. crimin. tit. de confessis, num. 37. Guazzin. ad defensam reorum, defens. 32. cap. 34. num. 1. & Carrer. d. ver. septimum, nu. 3. vbi nu. 11.* dicit, quod confessio extraiudicialis non facit indicium ad torturã contra Clericum, & *num. 19.* dicit, quod si cõfessio extraiudicialis sit facta calore iracundiæ non facit indicium ad torturam.

31 Sed sunt aliqui, qui dicunt, quod ista cõfessio extraiudicialis potest reuocari per Reum, & reuocata non facit indiciũ ad torturam; ita *Bal. in l. vnica, C. de confessis,* vbi ipse *Bald.* dicit, quod talis confessio extraiudicialis potest reuocari, etiam non docto de errore, *Bald.* sequũtur *Hipp. de Marsi. in pract. crim. §. examinanda, nu. 32. & in sing. 310. Foller. d. 2. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, nu. 20. Thomas Ferratius, cautela 27. & Carrerius d. tit. de indicijs, ver. septimum, nu. 7. fol. mihi 55.* Sed quod non possit reuocari, nisi docto de errore, alias si simpliciter reuocetur, non docto de errore facit indiciũ ad torturam, tenent *Peguer. d. cap. 17. nu. 4. in fine, Iul. Clar. §. fin. quæst. 21. ver. confessio extraiudicialis in fine, Boss. d. tit. de confessis, n. 55. & Cabal. d. casu 81. n. 3.*

32 Sed, vt ista confessio extraiudicialis faciat indiciũ ad torturã, requiritur, vt sit specialis, & sic vt dicat Reus, à se interfectũ esse talem hominem, & nõ debet esse generalis, & sic si Reus ipse dicat à se interfectum esse hominẽ, & nõ dicat quem hominẽ, *Peguer. d. cap. 17. num. 3.* Et confessio extraiudicialis debet esse certa, & clara, alias nõ facit indicium ad torturam, si sit obscura, *Foller. d. rub. & si confitebuntur, nu. 21. & Io. de Amicis d. cons. 7. ver. ad tertium.*

33 Et duo testes deponentes de ipsa confessione extraiudiciali debent esse contestes, vt diximus, alias si sint singulares, & tunc non faciũt indiciũ ad torturam, *Bald. in l. si quis ex argentariis, §. 1. ff. de edendo, & Hipp. de Marsi. pract. crim. §. diligenter, n. 149.*

34 Et scias, quod si confessio sit facta coram Iudice incompetẽti, licet plenè non probat coram Iudice competenti, *cap. at si clerici de iudiciis, Bart. in l. vnica, num. 19. C. de confessis, Riccius collec. 445. & Capiblan. de baronib. tom. 2. cap. 52. num. 11.* tamen talis confessio facta corã Iudice incompetẽti facit semiplenam probationem coram Iudice cõpetenti, *Vinius com. opin. par. 1. opin. 48.* Et ideo in criminalibus talis confessio facta corã Iudice incompetenti facit indicium ad torturam coram Iudice competenti, *Boss. d. tit. de indiciis, nu. 43. & tit. de confessis, nu. 54. Tartag. pract. crim. d. cap. 11. num. 10. Capiblanc. d. cap. 52. nu. 11. Reg. Sanselic. decis. 244. num. 3. in fine*

&

Digitized by Google

& Iul.Clar.d.quæst.21.versic.sed hic quæro, vbi *ver. hanc tamen*, dicit, hoc etiam procedere, si ipsa confessio sit facta coram Iudice omninò incompetenti; puta si clericus confessus fuit, perpetrasse delictum coram Iudice laico, quia tunc talis confessio facit indicium ad torturam coram Iudice Ecclesiastico, citat *Boss. d.tit.de confessis, nu.56.* reiecta opinione *Blanci de quæst. num. 215.* contrarium tenentis, idem tenent *Tartag. d. cap.11. num.10. & Genuens.pract.Arch.Neap.cap.6.nu.3.* sed secundum opinionem *Blanci*, tenet *Carrer.d.ver septimum, n.13. & 20.*

55 Quod si talis confessio facta coram Iudice incompetenti sit extorta per vim, & metum tormentorum, talis confessio non facit indicium ad torturam coram Iudice competenti, *Iul. Clar. d. quæst. 21. ver. hanc tamen in fine*, Boer. *dec.90. num.3. & Tartag. d. cap.11. num.10.*

56 Et licet aliqui teneant, quod confessio facta coram Iudice incompetenti possit reuocari, etiam nõ docto de errore coram Iudice competenti, & reuocata non faciat indicium ad torturam, vt tenent *Bald.in l.vnica pen. col.C.de confessis, Iason.in l.Magistratus, col.2. ff.de iurisd.omn.Iud. Hipp. de Mars. pract. crim.§.examinanda, num.32. & Grassus de effect.cleric.eff.1.nu.244* qui loquitur de confessione facta à Clerico coram Iudice laico; tamen in contrarium est veritas, & sic vt confessio facta coram Iudice incompetenti non possit reuocari coram Iudice competenti, nõ docto de errore, & reuocata facit indicium ad torturam coram Iudice competenti, vt tenent *Boss. d.tit.de confessis, nu.55. Iul.Clar.d.quæst.21. versic.sed quid, Tartag.d.cap.11.nu.10.* & ita de cõsuetudine seruari testatur *Carauit.ritu 235.nu.16. & seq.*

57 Sed aduertas, quod sola confessio facta coram Iudice incompetenti nõ facit indicium ad torturam corã Iudice competenti, nisi concurrant alia indicia, & adminicula, *Boerius decis.90. nu.8. & Guazzin. ad defensam reor.defens. 32.cap.26.nu.10.*

58 Sic etiam si quis cõfiteatur coram Actuario, absente Iudice, talis confessio non nocet Reo, vt possit condemnari, *l.voluit, §.quod ait prætor, ff.de interrog. act.* & est *tex.de iure Regni in ritu 79.* & docet *glos.in l.vnica, C.de confessis, Afflict.dec.245.post num.8. & Hipp.de Mars. pract.crim.§.postquam, num.17.* sed tamen facit indicium ad torturam, nisi sit reuocata, *Foller. pract.crimin.3.part.tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num.8.* Sed quod confessio facta coram Actuario, absẽte Iudice, faciat indicium ad torturam, dato, qnod reuocata sit, tenet *Guazzin. ad defens.reorum, defens.32. cap.27. nu.3.*

59 Sic etiam confessio facta coram Iudice competenti non in forma iudicij, & sic non curia sedente, facit indicium ad torturam, *Tartag d.cap.11. nu.11.* nam confessio facta, non curia sedente, non est sufficiens ad cõdemnandum, sed tantum facit indicium ad torturam, *Foller. par.1. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num.7. & 60. Boer. dec.90.num.8. Iul.Clar.d.quæst.21. ver.sed hic cadit pulchra quæstio, & quæst.55.vers. item potest*, & ita decisum testatur *Riccius dec.318. par.4.*

60 Sed si testes dicant, audiuisse, quando aliquis in actu confessionis confessus fuit, fecisse tale crimen, in hoc casu nullum præiudicium facit pœnitenti, *Mascard. de probat. conclus.377. num.4.vol.1. Guazzin.ad defens. reorum, def.32.cap.28.num.2.* nam confessio facta coram Sacerdote in actu pœnitẽtiæ non nocet confitenti in iudicio temporali, *Carauit. ritu 3. num.4.in fine, & Guazzin.d.cap.28.num.1.* Immo si penès aliquem reperiatur carta, in qua descripsit peccata sua, propter hoc non potest puniri, *Riccius dec.172.p.1.*

61 Arma alicuius, si reperiantur propè cadauer occisi, faciunt indicium ad torturam contra dominum dictorum armorum, *Farinac.pract.crim q.52. num.74. Danza de pugna DD. tom.1. tit.de remissionib.causarum, cap.3.nu.14. & Carrer.d.tit.de indiciis, ver.trigesimum sextum, fol.mihi 65.* vbi in fine dicit, quod hoc indicium eliditur, si probetur, dominum dictorum armorum perdidisse, vel alteri accommodasse dicta arma.

62 Res furtiua si reperiatur penès aliquem malæ famæ, & vitæ in committendo furta, contra eũ facit indicium ad torturam, *Gramat.conf.crim.14. n.1.* nisi ipse ostendat, à quo dictam rem habuit, quia tunc, hoc ostenso, contra eum non facit indicium ad torturam, *Tartag.pract.crim.cap.11. num.31. Guazzin.ad defensam reor. def.17.cap.2. Blanc. de quæst. num.416. Boss. d. tit. de indiciis, nu.55.*

Digitized by Google

num.55.& Iul.Clar.d.quæst.21. verſ.ſi res. Sed ſi ille, penès quem res furtiua reperitur, ſit bonæ famæ, & vitæ contra eum non facit indicium ad torturam etiam ſi non oſtendat, à quo rem habuit, *Gizzarel.dec.89.* Sic etiam ſi ille, penès quem res furtiua reperitur, ſit ſolitus, dictas res emere, contra eum non facit indicium ad torturam, dato, quod non oſtendat, à quo rem habuit, *l.inciuile, vbi DD.C.de furtis, Riccius dec.50.par.1.* Et exercentes mercaturã emendi, & vendendi non poſſunt emere bona mobilia intus Ciuitatẽ Neapolitanam, niſi prius ſciant nomen, cognomen, & patriam venditoris, & vbi habitat, quod ſi deinde reperiatur, quod res empta ſit furtiua, & non reperiatur venditor, ipſe emptor reputatur, tanquam ſi emiſſet rem furtiuam ſcienter; & emens dicta bona non poteſt illa reuendere, vel reficere infra decem dies à die emptionis, ſed illa tenere debet in publico ſub pœna decem annorum triremium ſi ſit homo, & decem annorum exilij, & fuſtigationis ſi ſit fœmina, *Prag.11.de empt & vendit.* Et neque emens dicta bona poteſt illa extrahere à Ciuitate Neapolitana infra decem dies à die emptionis ſub pœna trium annorum triremium, *dicta Prag.11.§.5.de empt & vendit.*

63 Sic etiam ſi furtum ſit factum in aliqua domo, vbi quis verſatur, ſi verſans ſit malæ famæ, & vitæ, contra eum eſt indicium ad torturam, *Tartag. pract.crim.cap.11.nu.29. Boſſ.d.tit. de indicijs,nu.52.vbi in duob.num.ſeq.* dicit, quod ſi famulus aufugiat abſque licentia domini, talis fuga contra ipſum famulum facit indicium ad torturam pro furto facto in domo domini, & ipſe *Boß.ibi num.88.* dicit, quod indicium furti eliditur, quando ille, cui factum eſt furtum, dicit, factum eſſe ipſo volente.

64 Sic etiam ſi quis viſus fuit exhire à domo furata cum fardello ſub pallio, & quid eſſe ignorabatur, ſi talis ſit malæ famæ, contra ipſum eſt indicium ad torturam, *Blanc.de quæſtionib. num.418.* Idem eſt ſi reperiatur ſcala alicuius ſub fœneſtris domus, vbi cõmiſſum eſt furtum, contra dominum ſcalæ hoc facit indicium ad torturã, *Tartag.d.cap.11.nu.32.* ſed contrarium tenet *Paris de Puteo de ſindic. ver. tortus, cap.1.num.17.* ſed vide *Blanc.de quæſtion. num.428. vbi num.426.* dicit, quod forma pedis furantis in terra humida facit indicium ad torturam ſi concurrant alia. Quod ſi furtum ſit factum in caupona, an domeſtici poſſint torqueri? vide *Danzam de pugna DD tom.1.tit.de Clericis, & familia Clericorum, cap.2.in princ. vſq. ad n.10.*

65 Confeſſio occiſi nõ facit indicium ad torturam cõtra occiſorem nominatum ab ipſo occiſo, *l.ſi quis graui, §. ſi quis moriens, vbi DD. ff.ad Senat Conſul. Sillan. Vinius dec.168. Riccius coll.2120. ver.nono, Peguer. d.cap.17. num.5. & ſeq. Sempron. Aſcia determinat.144. de Nigris in cap.Reg frequens, num.74. Iul.Clar. d. quæſt.21. ver.aſſertio vulnerati, Tartag. d. cap.11.num.17. Afflict in Conſt.Reg.terminum vitæ, num.46. & Boſſ.pract.crim. tit.de inquiſitione, nu.48.* Et hoc procedit, dato, quod quis fateatur, eſſe vulneratũ ab aliquo in articulo mortis, & cum iuramento, nam adhuc talis confeſſio occiſi non facit indiciũ ad torturam contra nominatum, *Gramat. deciſ.42. Foller.pract.crimin. rub. item quod ſororem venenauit, num.27. & Cabal. reſolut. crim. caſu 200.num.124.* niſi concurrant alia indicia, *de Nigris, vbi ſup. num.76. & ſeq. & Maſtril.dec.232.* Vnde non eſt tuta opinio illorum aſſerentium, per confeſſionem vulnerati in articulo mortis, & cum iuramento factam, poſſe nominatum torqueri, prout tenent *Angel. & Ludouicus Romanus in d.§.ſi quis moriens,* & licet opinionẽ *Angeli, & Ludouici Romani* dicãt aliqui, procedere ſi vulneratus ſit in recto ſenſu tempore, quo confitetur eſſe vulneratum à tali, alias non facit indicium ad torturam contra nominatum, *Hippol. de Marſ. pract.crimin. §.diligenter, num.123. cum plurib.ſeq.* tamen prima opinio eſt vera, & ſic confeſsionem vulnerati ſolam non facere indicium ad torturam contra nominatum, prout tenet *Carrerius d.tit.de indicijs, verſ. decimum per totũ fol mihi 58.à tergo,* vbi ipſe *Carrer.ibi num.4* dicit, quod in crimine raptus dictum raptæ facit indicium cõtra raptorem; ſed ſi vulneratus perſeuerat in nominando aliquem vſque ad mortem, & tunc iſta nominatio facit indicium ad torturam contra nominatum, *Cabal.d.caſu 200. n.125.*

66 Sed ſi contra inquiſitum adſint indicia ad torturam, & occiſus dicat nõ

Digitized by Google

esse occisum ab inquisito, in tali casu, ista confessio occisi prodest inquisito, ita vt torqueri non possit, *l. diuus, ff. ad Senat. Cons. Sillan. Foller. pract. crim. in tertia parte principali, rub. & si confitebuntur, num. 78. Carrer. d, ver. decimum, num. 5. & vers. viso igitur, num. 28. fol. mihi 70. Iul. Clar. §. fin. quæst. 52. ver. potest etiam, Affl. in Const. Reg. terminum vitæ, num. 46. in fine, Boss. d. tit. de indicijs, num. 84. & de Nigris, vbi supra num. 78.* vbi limitat, si inquisitus esset plenariè cõuictus, quia tunc talis confessio occisi non prodest occisori, sed ipse põt puniri, *Affl. d nu. 46. & Carrer. d. ver. viso igitur, nu. 28. vbi nu. 27.* dicit, quod si accusator diù stetit ad accusandum aliquem, impedimento non extante, talis tarditas accusandi inducit suspicionem calũniæ, & indicium est pro Reo, quod calumniosè accusatus fuit, citat *Bald. cons. 37. vol. 3. & Hipp. de Marsi. pract. crim. § diligenter, ver. vlterius dico.*

67 Et confessio extraiudicialis accusatoris est sufficiens ad absoluendum Reum, *Foller. pract. crim. in 2. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, n. 35.*

68 Dictum socij criminis non facit indicium ad torturam contra consociũ criminis, *l. 1. §. Diuus Antonius, vbi DD. ff. de quæst. Bertazzol. cons. 25. n. 18. Thom. Triuis. dec. 50. num. 14. lib. 2 Borrel. cons. 48. num. 6. Carrerius d. tit. de indicijs, vers. octauum nu. 1. fol. mihi 56. & Iul. Clar. d. quæst. 21. ver. successiuè quæro,* quod procedit, dato, quod consocius deponat cum tortura, *Gramat. cons. crim. 21. num. 6. & Borrell. d. cons. 48. num. 7.* Et hoc dato, quod consocius sit malæ famæ, & vitæ, nam adhuc confessio cõsocij non facit indicium ad torturam contra consocium, *Gramat. d. cons. 21. & in dec. 185. & de Nigris in cap. Regni frequens, num. 55.*

69 Quod si sit processum ad sententiã foriudicationis ex dicto socij criminis, talis sententia non meretur exequutionem, ex dictis per *Chartar. de exec. sent. cap. fin. nu 73. vsque ad nu. 70.*

70 Sed quod diximus, dictum socij criminis non facere indicium ad torturam contra consocium criminis, fallit in criminibus exceptis, de quibus per *glosam in l. fin. C. de accusat. & per Io. Ant. de Nigris in cap. Reg. frequens, num. 157. & per Peguer. in suis quæst. criminalibus cap. 5. à num. 13. vsque ad num. 20.* vbi ponit exemplum in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ, in crimine latrocinij, in crimine cospirationis contra Principem, in crimine falsæ monetæ, vt in *l. 1. C. de falsa moneta*, est etiam exemplum in crimine assassinij, idem est in crimine disrubationis publicarum viarum, vt docẽt *DD.* vbi supra, idem est in crimine furti facti noctis tempore, in quo socius criminis potest interrogari de socio criminis, *Peguer. in dictis quæst. crimin. cap. 37.* Idem est in crimine sodomiæ, nam istud crimen inter crimina exceptuata connumeratur, vt docet *Cabal. resol. crim. casu 84. num. 4.*

71 Et in istis criminibus exceptuatis confessio consocij facit indicium ad torturam contra consocium, *glos. & DD. in d. l. fin. C. de accusat. Thom. Triuisan. dec. 49. nu. 56. lib. 2. & Reg. Rouit. in Prag. 1. n. 10. de persec. malef.*

72 Hoc tamen intellige, nisi ipse socius, qui deponit contra consocium, esset aliter inhabilis, vel infamis ex alia causa, quia tunc non facit indicium ad torturam contra cõsocium, etiam in criminibus exceptuatis, *Gramat. voto 24. & cons. crim. 61. nu. 3. & cons. crim. 71. num. 61. & de Nigris d. cap. Reg. frequens, nu. 56.* Sed in contrarium est veritas, & sic licet consocius, qui deponit contra consocium, sit aliter inhabilis ex alia causa, tamen adhuc facit indicium ad torturam contra cõsocium criminis, si sumus in delictis exceptuatis; nam si secus esset, delicta remanerent impunita, cum pauci sint socij criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, ita in specie dicit decisum, *Riccius decis. 149. par. 3.* citat *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 24. num. 128. in fin.*

73 Requiritur etiam, vt socius deponat cum tortura, vt eius dictum faciat indicium ad torturam contra consocium in delictis exceptuatis, *de Nigris d. cap Reg. frequens, num. 58. Boss. d. tit. de indicijs, nu. 151. Iul. Clar. d. quæst. 21. ver. scias etiam, & Cabal. resol. crim. cas. 84. num. 11. cum duobus seq. casu 185. num. 5. & casu 200. num. 128.* vbi dicit, quod quando principalis non est torquendus, neque debet torqueri consocius ad finem conualidandi eius confessionem contra dictum principalem consocium.

74 Requiritur etiam, vt socius deponat cum iuramento, *Hippol de Marsil. pract. crim. §. diligenter, num. 62.* Carrerius

d. ver.

Digitized by Google

d. ver. octauum, num. 12. Cabal. d. casu 185. num. 3. & seq. Iul. Clar. d. quæst. 21. ver. quæro numquid, Reg. Rouit. prag. 5. num. 3. de recept. malefact. & de Nigris d. cap. Reg frequens. num. 59. vbi nu. 61. dicit, quod depositio socij debet recipi parte citata, vel ea præsente, vt ipsa faciat indicium ad torturam contra consocium, *Iul. Clar. d. quæst. 21. d. ver. quæro numquid in fine.*

75 Et in tantum dictum socij criminis facit indicium ad torturam contra consocium in criminibus exceptuatis, in quantum cum illo dicto socij concurrant aliquæ coniecturæ, alias non facit indicium ad torturam contra consocium, *de Nigris d. cap. Reg. frequens, num. 57. Iul. Clar. d. q. 21. vers. sed quid in criminalibus,* citat *Boer. decis. 319. num. 1. Gramat. voto 6. num. 7. & d. cons. 61. num. 1. & decis. 56. Petrus Garzia à Toleto dicto 40. Cabal. d. casu 200. num. 127. Borrell. cons. 48. num. 12. Boss. d. tit. de indiciis, num. 66. & num. 149. Tartag. pract. crimin. d. cap. 11. num. 18. & Carrerius d. ver. octauum, num. 10. vbi nu. 12. & seq.* dicit, quod in delictis, quæ sunt difficilis probationis, dictum consocij criminis facit indicium ad torturam, dato, quod non concurrant alia indicia, dummodo consocius deponat cum tortura, & inculpatus sit malæ famæ, & vitæ, & ita potest procedere opinio *Caball. d. casu 84. num. 5. cum plurib. seq.* in quantum asserit simpliciter, dictum consocij criminis in exceptuatis, facere indicium ad torturam contra consocium, etiam si non concurrant aliæ coniecturæ.

76 Hinc est, quod dictum mandatarij, & sic assassini non facit indicium ad torturam contra mandãtem, nisi alia concurrant adminicula, *Iul. Clar. dicta quæst. 21. ver. & ex hac conclusione, Tartag. d. cap. 11. n. 19. Monticell. pract. crim. reg. 5. num. 5. Gramat. cons. crim. 21. Carrer. d. tit. de indiciis, vers. nonum, num. 1. fol. mihi 58. à ter. Cabal. de omni genere homicidii n. 539. & 542. de Nigris in cap. Regni frequens, nu. 64. cum plurib. seq. & Riccius dec. 200. par. 3.* vbi dicit, quod si deponat socius cum tortura facit indicium ad torturam contra consocium, & vide *Boss. d. tit. de indiciis, nu. 154.* Sed in quodam casu vltra dictũ mandatarij concurrebat contumacia mandantis, sed non rectè concepta, concurrebat absentatio consocij mandantis nominati à mandatario, & concurrebat fama publica, licet non bene fundata, & tamen contra mandantem fuit processum citra torturam, vt testatur *Borrell. cons. 97.* & exculpatio mandatarij asserentis, quod fecit ratione propriæ inimicitiæ, & odij, & non vt adimpleret mandatum, talis exculpatio excusat mandantem, stantibus tamen aliquibus præsumptionibus pro mandante, licet essent indicia contra mandãtem, alias si non concurrant dictę præsumptiones, non excusat, ita *Carrer. d. ver. nonum, num. 4. vbi num. 2.* dicit, quod vnus testis, qui deponit de mandato, solus facit indicium ad torturam cõtra mandantem, & exculpatio socij criminis prodest exculpato, si dicat, talem non fuisse participem in delicto, *Bald. in cap. 1. §. iniuria de pace tenenda, Gramat. voto 3. & 11. & Carrer. d. ver. octauum, num. 29.* Et licet testibus post depositionem solemniter factam deponentibus, se falsum tulisse testimonium, non credatur, *cap. sicut, & ibi glos. extra de testib. Hipp. de Marsi. pract. crimin. §. restat modo, num. 3.* & licet si testis in articulo mortis fateatur, se falsum testimonium tulisse, ipsi non credatur in ista secunda depositione, *Foller. practica crim. in tertia parte principali, rub. & si confitebuntur, num. 91.* & licet si testis dicat extra iudicium, se falsum dixisse in iudicio, non per hoc tollatur eius depositio facta in iudicio, *Marant. in suo speculo par. 6. act. 8. num. 11.* tamen si Reus confessus sit, perpetrasse delictum ad instantiam alicuius, si postea dum ducatur ad mortem in patibulo publicè confiteatur, falsum dixisse, in hoc casu ei creditur, & talis reuocatio prodest mandanti, *Gramatica cons. crimin. 71. num 68.* & ita decisum testãtur *Mastril. dec. 195. & Reg. Sanfelic. dec. 238.* licet contrarium teneat *Hipp. de Marsi in pract. crim. §. restat*, tamen prima opinio est vera, & maximè si appareant aliqua signa, quod inquisitus ex odio à principio inculpasset nominatum, ita *Gramat. voto 3. num. 15. & seq. & voto 11. num. 18. & in dec. 56. nu. 10.* sed opinio *Hipp. de Marsi* potest procedere, quando inquisitus loquutus fuit cũ nominato, vel nominatus esset aliter conuictus, quia tunc talis reuocatio parum prodest, ita *de Nigris in cap. Reg. frequens, nu. 82. & seq.* de quo vide *Foller. pract. crim. 3. par. tertiæ partis,*

Digitized by Google

rub. & si confitebuntur, num. 101. qui facit supradictam distinctionem in conciliando opinionem *Hippolyt. de Marsi. & Gramatici*. Sed in causa hæresis testis falsum deponens, licet periurus sit, tamen fauore fidei probat, dicens cõtrarium, si tamen ex indicijs constet, secundum dictum non corruptionẽ, sed veritatem continere, *cap. accusatus, §. licet de hæreticis in* 6. Sed si testis dixerit aliquid extra iudicium, & deinde dicat contrarium in iudicio, in hoc casu, quod dixit in iudicio valet, & quod dixit extra iudicium non valet, *glos. & Bald. num.* 2. *in l. nullum, C. de testib.* sed *Bart. in d. l. nullum*, dicit, quod iste testis punitur de periurio, & vide *Iul. Clar. pract. crim. §. falsum, versic. testis circa med. & Foller. pract. crim. rubr. item, quod cõmisit falsitatem nu.* 74. qui dicũt, quod iste testis non punitur; Et quod secũdum dictum per testẽ in iudicio præualeat primo dicto per ipsum testem extra iudicium, tenet *Thom. Ferrat. cautela* 13, vbi hoc limitat, nisi primum dictum extra iudicium sit factum cũ iuramẽto, quia tunc illud præualet secundo dicto in iudicio; sed *Foller. d. num.* 74. *in fine*, dicit, quod si testis cum iuramẽto aliquod factum asserat extra iudicium, si deinde dicat contrarium in iudicio, iste testis non punitur, verũ ipse *Foller. ibi n.* 75. dicit, quod dictum testis extra iudiciũ habet vim confessionis contra ipsum testem, quod scit, vel ignorat veritatẽ, de qua postea in iudicio deponit, & ex illa confessione potest contra eum procedi.

77 Hinc etiam est, quod licet *Boss. d. tit. de indicijs, num.* 160 teneat, quod solũm dictum pueri stuprati factum in tortura faciat indicium ad torturam cõtra sodomitã, tamen veritas est, quod solum dictum patientis non facit indicium ad torturam contra agentem in crimine sodomiæ, nisi concurrant aliæ coniecturæ, *Riccius coll.* 525. *& dec.* 85. *par.* 2. alias non creditur puero asserenti, se esse carnaliter cognitum à tali, *Canalcan. decis.* 109. *& Nouar. in coll. super rub. de sodomia, nu.* 12. sed cum alijs adminiculis facit indicium ad torturam contra agentem, idem *Riccius in praxi fori Ecclesiastici par.* 3. *resol.* 63. *Trinis. dec.* 14. *lib.* 2. *Foller. Prag.* 1. *num.* 57. *de sodomia, Peguer. in quæst. crimin. cap.* 76. *Vinius dec.* 157. *Mastril. dec.* 295. *& Genuens. pract. Archiep. Neap. cap.* 80. *num.* 2. Immo hoc procedit etiã si dictum passi non sit factum in tortura, si per vim passus sit, nam adhuc facit indicium ad torturam contra agentem, si concurrant aliæ coniecturæ, *Mastril. d. dec.* 295. *n.* 15. Secus si voluntariè passus sit, quia tunc requiritur tortura, *Mastril. d. nu.* 15. *vbi num.* 16. dicit, quod si passus, sit minor, qui non possit torqueri, tunc ferula cædi debet subtortura, & ipse *Mastril. ibi num* 35. dicit, quod si probetur dormitio cum puero, & commotio, & quod vnus erat supra alium contra naturam, in hoc casu dicitur probatum delictum sodomiæ, quod ego non affirmo, nam poterat esse, quod agens coiret extra vas, & in dubio nemo est condemnandus, sed ego ponerem Reum in tortura, nisi adsit delictum in genere benè probatũ, & adsit cõfessio pueri, fuisse commissam sodomiam, quia tunc procedit opinio *Mastril.* Et quando puer per vim est cognitus, ipse non punitur, *l. fœdissimam, vbi glos. & DD. C. ad leg. Iul. de adult. Mastril. d. dec.* 295. *num.* 41. Et tale crimen sodomiæ est difficilis probationis, & ideo proceditur per coniecturas, & admittuntur testes inhabiles, exceptis tamen inimicis, *Riccius dec.* 29. *num.* 2. *&* 4. *par.* 3. Sed in crimine attentationis sodomiæ dictum attentati non facit indicium ad torturam contra attentantem, *Ricc. coll.* 525.

78 Et aduertas, quod si quis dormiat cum puero, & concurrat mala fama dormientium, dico agentis, & patientis, hoc facit indicium ad torturam, *Riccius dec* 39. *par.* 2. alias secus, nisi cõcurrat dictum passi, quia tunc facit indicium ad torturam contra agentem, *Mastril. dec.* 295. *nu.* 30. *& seq. & Foller. pract. crimin. rubric. capiat informat. nu.* 13.

79 Hinc etiam est, quod non creditur mulieri asserenti, se stupratam esse ab aliquo, *Boer. dec.* 299. *Gramat. cons. crimin.* 45. *Vinius decis.* 247. *& Cabal. d. casu* 200. *nu.* 113. Sed si cum confessione ipsius mulieris facta in tortura concurrant aliæ coniecturæ, hoc facit indicium ad torturam, *Boss. d. tit. de indicijs, n.* 160. *Riccius dec.* 236. *par.* 2. puta si sit probata practica inter eos, colloquia, vel basia, vel tactus, *Franc. Marcus dec.* 893. *par.* 1. *Riccius coll.* 2122. *ver. copula autem*; vel si adsit confessio consocij, vel adsit

Digitized by Google

ſit fama publica, *de Nigris d. cap. Regni frequens, num. 75.* Et per ſolam dormitionem cum muliere eſt indicium, ad torturam contra dormientem, *Maſtril. dec. 295. num. 32. cum ſeq.* & eſt *tex. in cap. literas extra de probat.* Hoc tamen fallit in fratre, qui ſi viſus fuit, dormire cum eius ſorore, & dicta ſoror efficiatur prægnans, in hoc caſu non præſumitur prægnans à fratre, & contra eum non eſt indicium ad torturam, *Riccius dec. 48. par. 2.* Sed ſi ſtuprata aſſerat, tempore, quo fuit cognita à Titio, fuiſſe virginē, & Titius aſſerat cōtrarium, cui ſit credēdum? latè diſputat *Danza de pugna. D.D. tom. 2. tit. de ſtupro cap. 1. n. 11. cum plurib. ſeq.*

Et ſcias, quod indicium ad torturā, quod reſultat ex dicto ſocij criminis in delictis exceptuatis, eliditur per bonam famam conſocij nominati, *Gramat. dec. 28. num. 18. & conſ. crimin. 71. num. 63. & de Nigris cap. Regni frequens, num. 57. circa finem,* nam ex qualitate bonæ vitæ probata tollitur quæcunque præſumptio in contrarium exiſtens, ita *Gramat. voto 36. num. 13. & Bertazzol. conſ. 208. num. 18.* & fama bona probata facit ceſſare præſumptionem doli, *Capol. conſ. 31. præſumpt. 9. Triuiſ. dec. 50. num. 18. & ſeq. lib. 2. vbi nu. 20.* dicit, quod fama bona probata purgat etiam indicia ad torturam, citat *Angel. in l. miles, C. de quæſtion. & Decium conſ. 175. circa finem,* & idem tenet *Boſſ. pract. crim. tit. de inquiſitione, num. 34.* Sed tunc probatio bonæ famæ tollit indicium ad torturam, quando dictum indiciū prouenit ex mala fama probata ex proceſſu informatiuo, ſecus ſi indicium ad torturam proueniat ex alijs, ita *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. q. 60. ver. frequens etiam, & Cabal. reſolut. crim. caſu 84. num. 15.* ſed idem *Cabal. caſu 200. num. 146.* dicit, quod bona fama probata tollit indicia etiam præuenientia vltra malam famā probatam contra Reum.

80 Sed ſi duo ſocij criminis deponant contra conſocium, faciunt indicium ad torturam contra ipſum cōſocium nominatum, *Iul Clar. d. §. fin. quæſt. 21. ver. ſed pone, & Tartag. pract. crimin. d. cap. 21. num. 19.* nam confeſsio ſociorum criminis non eſt ſufficiens probatio ad condemnandum alium conſociū, *l. fin. C. de accuſat. cap. veniens, vbi gloſ. extra de teſtibus.* Sic etiam, licet ſocius in crimine hæreſis admittatur in teſtem contra conſocium in fidei fauorem, *cap in fidei fauorem de hæreticis in 6.* dummodo deponat cum tortura, *Riccius dec. 298. part. 3.* tamen dicta ſociorum in crimine hæreſis faciunt tūi indiciū ad torturā contra conſocium criminis, & non probant plenariè, *cap. filij, vbi notatur de hæreticis in 6. Riccius deciſ. 109. & dec. 291. part. 2. & Triuiſ. deciſ. 28. lib. 2.* Et quod plures ſocij criminis nō faciant plenam fidem contra conſocium criminis, vt ipſe poſſit condemnari, ſed tantum faciāt indicium ad torturam contra conſocium nominatum dicūt, *Boer. dec. 319. nu. 4. Peguer. in quæſt. crim. cap. 5. num. 37. & Cabal. reſolut. crim. caſu 185. num. 1. vbi num. 2.* dicit, quod ſi cum depoſitione plurium ſociorum concurrant alia adminicula, vel indicia, tunc conſocius nominatus poteſt condemnari pœna ordinaria, citat *Peguer. d. cap. 5. n. 38.*

81 Sed ſi tres ſocij diſrubatores publicarum viarum confiteantur in tortura, alium eſſe conſocium, confeſſio iſta ſufficit ad condemnandum illum conſocium nominatum, *cap. Reg. frequens, Reg. Sanfelic dec. 37.* niſi adſit tortura huius conſocij in medio, & non ſit confeſſus, quia tunc non ſufficit, *de Franch. dec. 577.* Vel niſi ipſe conſocius nominatus ſit bonæ famæ, & vitæ, *cap. Reg. Conſtitutionem diuæ memoriæ,* & docent *Muſcatell. pract. crim. tit. de furtis, rubr. de priuilegijs dictorum delictorum, nu. 26. cum pluribus numeris ſeq. & Gizzarell. dec. 78.*

82 Sic etiam depoſitio triū ſociorum in tortura facta, quod ipſi cum alijs commiſerunt de nocte furtum intus Ciuitatem Neapolitanam contra itinerantes per vias dictæ Ciuitatis, vel contra alios tàm de die, quàm de nocte cum fractura, vel ſcaliatione, talis depoſitio ſufficit ad condemnādum cōſocios nominatos, dato, quod ipſæ depoſitiones eſſent ſingulares, *Pragm. 3. de furtis, & de Franch. dec. 570.* vbi dicit, diſpoſitionem dictæ Pragmaticæ habere locum, etiam ſi non concurrat fractura; ponit exemplum in furibus, qui de nocte diſrubauerūt, inuenta ianua aperta.

83 Sic etiam depoſitio triū ſociorum criminis deponentium, ipſos cum alijs poſuiſſe ignem in aliqua poſſeſſione, ex quo dominus poſſeſſionis

no-

Digitized by Google

noluit ipsis mittere pecuniam petitã, si talis depositio sit facta in tormentis, & licet depositiones ipsæ sint singulares, tamen sufficiunt ad consocium nominatum condemnandum pœna ordinaria, *Pragm.13.§.2.de exulibus.*

84 Idem est in confessione trium sociorum asserentium, occidisse animalia, ex quo dominus dictorum animalium noluit pecuniam petitam mittere, nam adhuc talis confessio, si sit facta in tortura, licet sit singularis, tamen est sufficiens ad condemnandum consocios nominatos, *Pragm.14. §.4. de exulib.*

85 Sic etiam si duo banniti confiteantur in tortura, se fuisse receptatos à Titio, hæc depositio est sufficiẽs probatio ad condemnandum dictum Titium receptatorem, vt dicam infra hac eadem practica foriudicatoria cap.18.

86 Et vnum finaliter aduertas, quod quando quis vult obijcere contra testem, quia est socius criminis, non debet dicere, quod est socius criminis, nam ex hoc videretur, fateri delictũ, sed debet dicere, quod ipse testis facit se socium, & ideo non probat, ita *Iul. Clar.d.q.21. ver.in hoc autem.*

87 Visus si quis fuit armatus propè locum, vbi fuit commissum homicidium, cum armis, cum quibus fuit commissum dictum homicidiũ, hoc contra dictum visum cum dictis armis facit indicium ad torturam, *Blãc. de quæst.nu.301.& Borrell. cons.45.num.4. 26. & 27.*

88 Conuersatio quoque cum malis hominibus facit indicium ad torturam, *Borrell.d.cons.45.num.7.* sed veritas est, quod sola conuersatio cum malis hominibus nõ facit indicium ad torturam, *Riccius dec.164.par.3.& Carrerius d.tit.de indicijs, ver.vigesimumquintum, fol. mihi 63.*

89 Pax, seu transactio procurata per Reum ab offenso, contra dictum Reũ facit indicium ad torturam, ita *Blanc. de quæst. num.306. Carrerius d.pract.crim. d.tit.de indicijs, ver vndecimũ, fol.mihi 59. Hipp.de Marsi.pract.crim. §.diligenter, nu. 177. Boss.pract.crim.tit.de pace, num.23.& Iul.Clar.d.quæst.21.ver.pax,* vbi dat cautelam, vt remissio fiat per offensum, absente offensore, quia tunc talis remissio non facit præiudicium ipsi offensori, citat *Gramat.voto 39.circa finem,* sed tunc valet remissio facta absenti, quando Notarius stipulans acceptat remissionem pro absente. *Boss.d.tit.de pace n.20* & transigens se pro crimine videtur, fateri delictum, quod limita, vt per *Cepollam cautela 188.* sed petens indultum nõ videtur, fateri delictũ. *Catalanus de indulto quæst.8.*

90 Quod si quis sit conuictus, promisisse cẽtum Titio, ne ipsum accusaret de morte patris, aut alterius sui consanguinei, ex hoc resultat contrà ipsum promittẽtem inditium ad torturam, *Carrerius d.tit.de indicijs ver.trigesimumprimum n.1. fol mihi 64.a tergo,* vbi *n.2* dicit, hoc procedere, si hoc sit promissum ab ipso principali, secus si pater, aut alia persona coniuncta hoc promiserũt, vbi *n.3* dicit ibi ipse *Carrerius,* quod si constat, aliquem petijsse veniam, & remissionem à parte, talis petitio veniæ, & remissionis non facit inditium, si venia sit petita extra iudiciũ, secus si in iudicio, & *n.4.* quærit ipse *Carrer.* ibi, quid si sit tractata pax, vel transactio, & non sit concluſa, an hoc faciat inditium ad torturã? & distinguit, quod aut erat tractata transactio in casu, quo poterat transigi, & non facit indicium, aut in casu, in quo non poterat, iuxta tradita in *l.transigere C.de transact.* & tunc facit indicium, citat *Blancum de quæst.nu.307.* Et quod paciscens cum accusatore, videatur fateri delictum, & habeatur pro confesso, & conuicto, & Iudex ex eodem processu possit eum condemnare, est *tex. in l.2. C.de abolit.* & docet de *Nigris in cap.Regn.ad consultationem n.24.* vbi hoc limitat quatuor modis; primo si concordia sit facta iussu Iudicis *l.furti §.qui iussu ff.de infam.* & docet *Cepoll.d.cautela 188.* Secundo limitat, si concordia fiat gratis, quia tunc reus non videtur confiteri delictum, *l.in Fisci ff.de iure Fisci, & d.l.furti §.pactus, & Cepol.d.cautela 188.* Tertio fallit, si reus in concordia expresè negat delictum, sed dicat, quod talem concordiam faciat ad euitandum dispendia litis, *Cepolla d. cautela 188.* Quarto fallit, quando reus non interuenit in concordia, quia tunc non habetur pro confesso, *de Nigris* vbi supra, & de hoc vide *Guazzin. ad defensam reorum def.32. cap.15. per totum illum cap.*

91 Suspectus si accedat ad cadauer occisi,

Digitized by Google

cisi,& ex vulneribus profluat sāguis, in hoc casu contra suspectum potest procedi ad torturam. *Boer.dec.166.n.1, Blanch.de quæst.n.408. Carrerius d.tit.de indicijs ver.vigesimumseptimum n.2.fol.mihi 63. à tergo, & Menoch de arbit.iud. casu 270.n.16.* sed in hoc sit cautus Iudex,vt quando faciat accedere suspectum ad cadauer occisi, vt cadauer illud stetisset per aliquod tēporis spatiū immotum,& si profluat sanguis,faciat reaccedere suspectum,nam si iterum profluat sanguis,in hoc casu Iudex tutè potest ponere suspectum ad torturā, & ita aduertit *Thes.dec.173.in fine*,& de hoc vide *Sese dec.Arag.111.*

92 Pecuniæ falsæ si tantum reperiantur penès aliquem malæ famæ, & vitæ,& illas non expendat,& non ostendat à quo illas habuit,contra eum faciūt inditium ad inquirendum,sed si alias fuit inquisitus de tonsione, vel fabricatione falsæ monetæ,& tunc faciunt contra eū indicium ad torturā. *prag.2.§.3. de monetis*, & quando quis alias fuit inquisitus de falsa moneta, vel eius tonsione, si penès ipsum reperiantur stilia apta ad monetas fabricandum,vel tondendum,vel si reperiantur reliquiæ tonsæ à monetis, hoc sufficit ad ipsum condemnādum pęna mortis *d.pragm.2.§.12.de monetis*, sed si alias non fuit inquisitus,& tunc contra eum est indicium ad torturā. *Riccius dec.43.par.1. Boss.pract.crim.tit.de falsa moneta nu.7.* nisi instrumenta ipsa pro fabricanda moneta non sint perfecta, quia tunc si reperiantur penès aliquem,contra eum non faciūt indicium ad torturam, vt decisum refert idem *Riccius dec. 325. part.3.*

93 Et aduertas, quod si adsit vnus testis de visu, & mala fama falsificantis, vel tondentis monetas, vel si cum mala fama concurrant indicia vrgentia, in hoc casu inquisitus potest ad mortem condemnari,*d.prag.2.§.13.de monetis*, sic etiam vnus testis de visu, & fama publica est sufficiens ad condemnandum tondentem, vel falsificantem monetam. *cap.Regn. Iam sæpè*, sed de iure communi vnus testis de visu facit indicium ad torturam contra falsificantem monetam. *Hipp.de Marsc.cons.74.nu.1.& seq. Catalanus de indulto cap.28.n.66.*vbi *n.68.*dicit,quod si reperta fuerint instrumenta cudendi monetam falsam in domo alicuius, hoc facit indicium ad torturam contra dominum dictæ domus;citat de *Franch.dec.440.nu.1.*

Et expēdēs falsā monetā excusatur si doceat,à quo illā habuit, alias si nō doceat,cōtra se est indiciū ad torturā, si ipse expendens sit malæ vocis, conditionis & famæ,ita *Cabal resolut.crim. casu 199.à n.9.vsq; ad n.12.* & non obstat *dec.401.Præs.de Franch.*nam ibi concurrebat depositio duorum cōsociorum deponentium,illum,super quem fuit reperta magna quantitas falsæ monetæ, & per eum expensa, fuisse falsum monetarum fabricatorem ; & ideo merito ibi fuit punitus pęna mortis, vti legitimè conuictus, ex quo etiam non ostendebat Authorem à quo habuit illam falsam monetam, & erat malæ conditionis,& famæ.

94 Aduertas etiam,quod si quis artificiat argentum absq; licentia, & contra ipsum sit mala fama falsificandi monetas, contra eum est indicium ad torturam, quoad eruendam veritatem,si artificiabat argentum prædictum causa faciendi monetas falsas,vt in *prag.11.§.3.de monetis.*

95 Et vnus testis domesticus non facit indicium ad torturam,nisi concurrat aliqua alia præsumptio,sed duo testes domestici faciunt indicium ad torturam, sed non sufficiunt ad condemnandum *Boss d.tit.de indicijs nu.165. cum duob.nu.seq.* nisi essemus in delictis occultis, in quibus duo testes inhabiles bene coniunguntur,ita vt reus possit condemnari ordinaria pęna *Riccius dec.196.part.1.*

96 Et sicut probationes in criminalibus, in condemnando reum, debent esse luce meridiana clariores,*l.fin.C.de probat.* ita indicia ad torturam debent esse luce clariora in sua specie indiciorum,*Bal.cons.269.nn.6.vol.2.Cravett. cons.6.n.12.Farinacius quæst.37.n.5.Feller. pract.crim. rub.de tut capitula, quod suffocauit vxorem nu.22. Guazzin.ad defensam reorum def.30. cap.4.nn.3. ver.quæ indicia, Menoch.de præsumpt.quæst.89.n.3.lib.1.& de arbit.iud.casu 270.n.5.& seq.* vbi ipse *Menoch.*dicit,quod indicia debent esse probabilia, & verisimilia, & indicia non debent esse æquiuoca, & quæ multipliciter possint interpretari. *Farinac.d.quæst.37.n.8. Menoc.tract.ad defens. in prin.n.40.& seq. Ambros.de processu informat.lib.4.cap.1.n.16.& seq. Guazzin. d.def.*

Digitized by Google

d.def.30.d.cap.4. nu.3. ver.quæ indicia, & quod, vt Reus possit torqueri, indicia debeant esse sufficientia, certa, probabilia, & verisimilia, vt Iudex sit quasi certus, est *tex.in l.miles, §. oportet, C.de quæst.* & docent *Triuis. decis.* 50. *num.8. part.2.Boß.d.tit.de indicijs, num.17. & Foller.pract.crim.in 2.par.tertiæ partis, rub.& si confitebuntur, num.6.* sed quod indicia non debeant esse luce meridiana clariora, dicunt *Reg. de Ponte dec.16.nu.21. & Reg.Rouit.dec.63. n.1.*

97 Et in dubio potius est iudicādum, vt indicium non sit sufficiens ad torturam, quàm aliter. *Boss.d.tit.de indicijs, nu.72.& Cabal.d.casu 200.nu.145.* Quod si concurrant indicia pro delicto, & innocentia ex parte Rei, præferuntur probata pro innocentia, *Boer.dec.165. & Nouar.coll.163.num.22.* Et contra indicia, si aliquid vrgeat in cōtrarium, & cōtra indicia ad torturam sint aliæ coniecturæ, non est deueniendum ad torturam, *Gramat.voto 30.num.30.Thes. dec.24.num.13.Danza de pugna DD. to.2. tit.de armatione per campaneam, cap.3. nu. 74.in fine, & Gizzarell.dec.89.n.3.*

98 Et licet delicta nocturna probentur per coniecturas, *l.filium eum diffinimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, l.si vicinus, C.de nuptijs, l.consensu, §.à barbaris, ff de re militari. Foller.pract.crim.rub. dentur capitula, quod suffocauit vxorem, & Cabal.resol.crim.casu 288.num.73.* vbi dicit, quod delictū nocturnū est difficilis probationis: Et licet in ipsis delictis nocturnis facilius deueniatur ad torturam, & non requirantur indicia euidentiora, vt requirantur in delictis diurnis, vt *Viuius dec.169. Gramat. cons.crim.34. Carrerius d.tit.de indicijs, ver. circa quartum, num.19 fol.mihi 87. à tergo, & Boss.d.tit.de indicijs, nu.171. cum num. seq. & num.174.* Et licet in delictis occultis facilius deueniri possit ad torturam, quàm in delictis, quæ palàm committuntur, *Iul.Clar. §.fin.quæst.64. ver.& ideo, Boss. d.tit.de indicijs, num.200. & Petrus Garzia à Toleto in dicto 26.* Tamen Iudex debet cauere, ne sub prætextu, quod delictum sit difficilis probationis deueniat ad torturam sine legitimis indicijs, *Bursat.cons.166.n.33. vol.2. Farinac.d.quæst.37. nu.30. Guazzin. d.def.30.cap.4.num.9. & cap.42.num.6. & Carrerius d.tit.de indicijs, d.ver.circa quartum, d.n.19. & Cabal. resol.crim. casu 140. & 141.*

99 Et quando delictum est commissum de nocte, si testes dicant, vidisse occisorem, eis non creditur, nisi dicant, quod lucebat Luna, *Boss. d.tit.de indiciis, num.171. & seq. Riccius decis.63. par.2. Hippol.de Marsi. de bannitis, ver. nocturno tempore, num.15. & Cæpol. cautela 231.* vel nisi dicāt, quod occisor portabat lumen, *Iul.Clar.d.quæst.21.versic. sed quid in fine, & Tartag. pract.crim. cap.*

100 *11.num.26.* Quod si vnus testis deponat, cognouisse delinquentem suæ voci, hoc facit indiciū ad torturam, *Iul. Clar. d.ver. sed quid, Tartag.d.cap.11. nu.27. & Viuius dec.69.* vbi dicit, quod duo testes impuberes in occultis probant, & sequitur *Ricc coll.2120.*

101 Et scias, quod licet vnum indicium proximum sufficiat ad torturam, tamen secus est, si adsit vnum indicium remotum, nam illud non sufficit ad ponendum Reum in tortura, sed requiruntur plura indicia remota, *Bar.in l.fin.num.6. ff de quæst. Boss. d.tit.de indiciis, num.71. Blanc. de quæst. num.151. & Farinac.d.q.37.num.43* & licet *Iulius Clar. d.q.64. ver.sed quæro*, dicat, quod sufficiat vnum indicium, siue proximum sit, siue remotum, tamen prima opinio est communis, & sic, quod requirūtur, vel vnum indicium proximum, vel plura remota, *Guazzin. d. def.30.cap.4 num.12. & cap.30.* Quod si velis adhærere opinioni *Iulii Clari*, quod sufficiat vnū indicium remotum ad torquendum Reum, tamen debent concurrere cum illo vnico indicio remoto aliqua adminicula, *Guazzin.d.def.30.cap.30. num.7. & Farinac.d.quæst.37 nu.45.* Quæ adminicula debent esse plura, *Gramat.dec.28 nu.16. & 21. & Farinac.quæst.43. num.157.* Vel saltim debent esse talia, vt Iudex ex qualitate personæ, vel facti arbitretur, talia adminicula sufficere ad corroborādum indicium principale remotum, *Mascard.de probat. concluf.1311. num.53. Peguer.in quæst.crimin.cap.5.n.33. & Farinac.d.quæst.43.num.162.* Et quod duo indicia remota ad minus requirantur ad torturam irrogandam Reo, dicit *Cabal. resolut.crim. casu 200. num.130.*

102 Quod si concurrant plura indicia imperfecta, quorum vnumquodque de per se non faciat indicium ad torturam, ista indicia ita imperfecta non coniunguntur ad faciendum indiciū per-

Digitized by Google

perfectum ad torturam, *Boss. d. tit. de indiciis, num. 20. Guazzin. d. def. 30. cap. 32. Gramat. conf. crim. 3. post num. 5. & nu. 18. Io. de Amicis conf. 7.* latè *Carrerius d. tit. de indiciis, ver. quæ autem à num. 4. vsque ad num. 10. fol. mihi 45. à tergo*, licet aliqui teneant, quod vnum indicium fiat ex pluribus præsumptionibus imperfectis, prout tenent *Brunus de indiciis, & tortura par. 1. quæst. 2. num. 5. & 6. Vinius decis. 200. & dec. 282. num. 21. Nouar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 25. & Riccius collect. 2120. ver. & ad ampliationem*. Et ideo mihi non videtur tuta opinio *Cabal. resol. crim. casu 193.* asserẽtis, quod si adsint tria indicia remota, & vnũquodque sit probatum per vnum testem, licet ipsi testes singulares non sint omni exceptione maiores, sed sint minus idonei, & aliquem patiantur defectum, tamen faciunt indiciũ ad torturam: nam prima opinio est vera, & sic quod ista indicia imperfecta non coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam, prout etiam ipsemet *Cabal.* sibi contrarius tenet in *casu 200. num. 137. cum duob. seq.* asserens, quod quando singula indicia de per se sunt in suo genere perfecta, licet ad torquendum non sufficientia, tunc simul collecta sufficiunt ad torquendum Reum, secus autem quando singula indicia sunt imperfecta in genere suo, quia tunc non possunt coniũgi, & simul vniri ad faciẽdum vnum indicium perfectum sufficiens ad torturam, prout etiam licet *Peguer. in quæst. crim. cap. 17. num. 38. cum plurib. seq.* dicat, quod plures probationes imperfectæ cumulentur ad dandam pœnam ordinariam, & licet *Paris de Puteo de sindicatu, ver. tortura, cap 1. num. 7.* dicat, quod ex multis indicijs resultat plena probatio, etiam ad condemnationem capitalem. Et licet etiam aliqui teneant, quod & si testes non sint valde boni, tamen quod deficit in fide suppletur in numero, & sic numerus testium supplet defectum ipsorũ, *Roman. conf. 475. Hippol. de Marsc. conf. 68. & Petrus Garzia à Toleto in dicto 107.* vbi dicit, hoc non procedere in testibus vilibus, & ribaldibus: tamen in contrarium est veritas, nam in condemnando Reum ad pœnam ordinariam requiruntur probationes legitimę, & sic vt Reus sit testibus conuictus, vel ore proprio confessus, *l. qui sententiam, C. de pœnis*, & dixi supra in princ. huius cap. & probationes in criminalibus, debent esse lucę meridiana clariores, *l. fin. C. de probat. Boer. dec. 164. nu. 1. Magon. dec. Lucens. 39. num. 8. & Cabal. resolut. crim. casu 288. num. 1.* Et ideo probationes plures imperfectæ non coniunguntur ad dandam pœnam ordinariam, vt de communi testatur *Præs. de Franch. dec. 538. num. 16.* vbi citat *Iulium Clar. §. fin. quæst. 67. in fin.*

103 Et quando quis condemnatur ex præsumptionibus, nunquam ei imponitur pœna ordinaria, sed alia mitior pœna imponitur, *Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, nu. 59. & Cabal. resol. crim. casu 230. num. 46. & casu 288. num. 11.*

104 Et ex supra traditis tu Iudex poteris videre, quando adsunt indicia ad torturam, vt procedere poteris ad sẽtentiam foriudicationis cõtra Reum absentem in eius contumacia, nam vt diximus supra in principio huius cap. requirũtur indicia ad torturam, vt quis possit foriudicari, pro delicto, pro quo venit imponẽda pœna mortis naturalis.

105 Sed vnum tãtum finaliter aduerte, quod quãdo quis fuit visus armatus cum armis igneis in commitiua quatuor bannitorum, iste talis punitur pœna mortis, & potest foriudicari, & breuiatur tempus foriudicationis infra quatuor dies; sed iste talis, vt possit foriudicari, de hoc debet esse legitimè conuictus, & non sufficiunt indicia ad torturam, vt dicam infra in hac eadem pract. cap. 10. n. 16.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, antequam citet Reum ad informandum, debet videre, & studere informationem captam, & eam pluries legere, & videre videnda.*

2 *Citari potest Reus ad informandum, & ad capitula, si in informatione adsint indicia ad torturam, & agatur de delicto, de quo veniat imponenda pœna mortis.*

3 *Citatio si non precedat, quis non potest dici contumax, & num. 4. & neque potest foriudicari, num. 9. & citatio requiritur in criminalibus, num. 5. & est de iure naturali. num. 6. Immo est de iure diuino, n. 7. & per statutum tolli non potest, n. 8.*

10 *Citatio fieri debet cum inserto tenore inquisitionis.*

Digitized by Google

11 *Citatio ad capitula est præambulum sententiæ foriudicationis, & debet fieri solemniter.*

12 *Iudicium incipit à citatione.*

13 *Citatio debet continere nomen Iudicis, & inquisiti, & causam pro qua Reus citatur, tempus in quo citatus tenetur comparere, & debet esse peremptoria, & debet habere datam diei, mensis, & anni.*

14 *Citatio debet subscribi à Iudice, & Actuario.*

15 *Locus, vbi Reus comparere debet, apponendus est in citatione Iudicis delegati, secus in citatione Iudicis ordinarij.*

16 *Tenor delegationis totus debet inseri in citatione Iudicis delegati.*

17 *Contumacia, & totus processus est nullus, quando prima citatio est nulla, & nu.19.*

18 *Nullitas proueniens ex defectu citationis, non dicitur sublata à statuto excludente omnes nullitates.*

20 *Citatio in Regno potest expediri die feriato, sed debet notificari die iuridico.*

21 *Tempus, in quo Reus comparere debeat, prafigendum est in citatione secundum distantiam loci, alias si incongruum sit præfixũ, citatio est nulla, & nu.22.*

23 *Citatio nulla conualidatur, si cõpareat Reus citatus, secus si compareant eius agnati, & cognati.*

24 *Forma citationum ad informandum, & ad capitula, & earum relationum plures ponuntur vsque ad num.34.*

35 *Delinquentes cum armis igneis, vltra pœnam corporalem puniuntur pœna ducatorum mille, quod procedit etiam in Curijs Baronalibus.*

36 *Magna Curia Vicaria, & Regiæ Audientiæ Prouinciales pro delictis factis cum armis igneis, prohibita asportatione, vel fabricatione dictorum armorum procedũt vti delegatæ Suæ Excellentiæ, appellatione remota, & cum præheminentijs Magnæ Curiæ.*

37 *Citatio ad capitula non vitiatur, si in ea sit narrata qualitas aggrauans delictum, quæ non est probata in processu.*

38 *Citatio requiritur, dato, quod statutum disponat, quod quis habeatur pro foriudicato statim commisso aliquo delicto.*

CAP. V.

De citatione ad informandum, & ad capitula in materia foriudicationis.

1 CApta informatione, Iudex debet eam diligenter videre, & studere; immo Iudex nõ semel, sed pluries debet legere processum, & videre, quæ videnda sunt, *Reg. Rouitus prag.1. n.6. de Officialib.* Et Iudex ipse non potest inquisitum citare ad informandum, nisi visa informatione, *l.2. vbi Bar. C. de off. Præfect. Vrbis*, & est *prag.37. §.1. de off Magistri Iustit. & prag.3. de citationib.* & docet *Foller. pract.crim.rub.vel eos verbaliter citari faciat n.1.*

2 Quod si Iudex, visa dicta informatione, videat, quod ex delicto commisso veniat imponenda pœna mortis naturalis, & in processu adsint, & sint benè probata indicia sufficientia ad torturam, Iudex ipse debet expedire contra inquisitum citationem ad informandum, & ad capitula, vt possit deindè deuenire ad sententiam foriudicationis contra ipsum inquisitum in eius contumaciam, nam per
3 citationem præcedẽtem contrahitur contumacia. *Bal. in l. vt perfectius nu.17. C. de annona except. & Io. Alloi Catalanus*
4 *de Indulto cap.12. nu.12.* & quis non potest dici cõtumax si nulla citatio præcessit *Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num.*
5 *160.* & in criminalibus requiritur citatio *l.1. ff. & C. de requirendis reis Catalan. d. cap. 12 n. 12.* & citatio est de iure
6 naturali *clem. pastoralis §. æterum de re*
7 *iudic. Catalan. d. cap. 12. n. 66 & seq* Immo est de iure diuino, nam Deus vocauit Adam, dicens. Adam vbi es? vt in *Genesi cap.4.* & docet *Catalan. d. cap.12. nu. 117. Marant. in suo speculo par.6. rub. rectè*
8 *concipiatur citatio num.4.* Et ideo citatio per statutum tolli non potest. *Catalan. d. cap.12. n.69. & Guazzin. ad defens. reorũ*
9 *def.10. cap.1. n.4.* Vnde merito, formato processu, reus debet citari, vt deindè possit cõtra eum deueniri ad sẽtẽtiam foriudicationis. *Carrer. pract. crim. tit. de appellatione ver. septimus casus est num.38.*
10 *fol. mihi 16. à tergo.* Et in citatione totus tenor inquisitionis debet inseri, *Cartar. de exequut. sent. cap.1. n.385. cum tribus numeris*

Digitized by Google

numeris seq. Quod obseruatur in Regno in citatione ad capitula, prout etiam in casibus, in quibus de iure cõmuni absens potest diffinitiuè condemnari, reus requiri, & citari debet accusationi, & inquisitioni contra eũ formatæ responsurus, non solum expressa causa criminis, pro quo citatur, sed inserto etiam toto tenore libelli inquisitionis, *Cartar. d. cap. 1. num. 6. citat Clarum § fin. quæst. 31. ver. quæro nunc, & ver. quæro numquid.* & quod in citatione debeat inseri totus tenor inquisitionis, & debeat exprimi delictum cũ omnibus suis qualitatibus, dicit *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione quæst. 11. nu. 40.* vbi tandem dicit, quod in hoc seruandus est stylus loci. Et formata inquisitione, inquisitus debet citari ad comparendum intra certum tempus inquisitioni responsurus, *Cartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 427.*

11 Et citatio ad capitula est præambulum sententiæ foriudicationis, & ab ipsa citatione ad capitula sententia foriudicationis sumit robur, *de Præb. dec. 322. n. 2. & dec. 360. n. 3. & Riccius coll. 1401. ver. animaduertas tertio.* Et dum sentẽtia foriudicationis sumat robur à citatione ad capitula, ideo dicta citatio debet fieri solemniter, & cum solemnitate *l. libellorum ff. de accusat. Horatius Visconte in suis conclus. ver. foriudicatus in medio fol. 102. et de Angelis ad Gizzarell. dec. 17. n. 5.*

12 Et merito, visa informatione, Iudex ante omnia debet expedire citationem; nam à citatione incipit iudicium *§. fin. inst. de pœna temerè litig.* & citatio est fundamentum ordinis iudiciarij. *Marant. in suo speculo part. 6. membro 1. n. 1. de Nigris in cap. Reg. siuè quis n. 19. ver. citatio enim, et Danza de pugna Doctorum tomo 2. tit. de ferijs cap. 2. ver. alij.*

13 Et citatio debet continere nomen Iudicis, nomen inquisiti, & de qua causa ipse inquisitus citetur, & debet continere tempus, in quo citatus debeat personaliter comparere, & citatio debet esse peremptoria. *Const. Reg. edictorum*, vbi *Affl. et in Const. Regn. citationis litera*, & docent *de Nigris in d. cap. Reg. siuè quis nu. 19. ver. et citatio Guazzin. ad defensam reorum def. 10. cap. 2. nu. 10. et n. 12. et Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat nu. 4. cum plurib. seq.* vbi *n. 16.* dicit, quod citatio debet habere datam diei, mensis, & anni; & quod citatio debeat continere peremptorium, dicit *Guazzin. d. def. 10. cap. 1. n. 11. et seq. Et cap. 2.* ipse *Guazzin.* ponit alia requisita ad validitatem citationis; sed licet non ponatur peremptorium in citatione; si tamen dicta citatio cõtineat æquipollens, puta si dicat, mãdetur tali, quod ad primã iuris compareat, alias, elapso termino in citatione comprehenso, vlterius non expectabitur, sed contra eum procedetur quali iuris; in hoc casu idem est, ac si peremptorium contineret, ita *Afflict. in Const. Regn. edictorum, et Foll. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat nu. 6.* & quod quando in citatione non sit appositum verbum peremptoriè, ipsa sit nulla, dicit decisum *Reg. Sanfelic. dec. 235. et Thor. Comp. decis. tom. 3. ver. citatio fol. 156.*

14 Et citationes non solum debẽt subscribi, & firmari per Iudicem, sed etiã ab Actuario; imo omnes actus debent subscribi ab Actuario. *prag. 16. §. 5. de off. Sacri Regij Consil. et prag. 12. §. 12. de Officialib.* & docet *Galter. de præsent. instrum. part. 3. rub. 1. nu. 43.* & omnia acta debẽt subscribi ab Actuario, vel eius substituto, & non ab alio, vt in *prag. 13. in fine de ordine iudiciorum.*

15 Et in citatione Iudicis delegati est necesse, vt apponatur locus, in quo citandus comparere debeat, quod secus est in citatione Iudicis ordinarij. *Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat. n. 7. Marant. in suo speculo par. 6. membro 1. nu. 64. et ibi Foller. in add. Affl. dec. 289. et Riccius coll. 2104. ver. item citatio.*

16 Et in citatione Iudicis delegati debet inseri totus tenor delegationis, alias citatio est nulla, *Guid. Pap. dec. 286. Riccius coll. 2103. Danza de pugna Doct. tom. 2. tit. de off. deleg. cap. 2. nu. 1. Marant. d. part. 6. d. membro 1. nu. 75. Guazzin. ad defensam reorum def. 1. cap. 1. num. 18. def. 10. cap. 2. n. 8. et def. 13. cap. 2. n. 16. et Io. Francis. Leonius in thesauro fori Eccl. par. 2. cap. 2. nu. 55.* & dixi *in tract. de foro competenti cap. 12. in 7 lim.*

17 Et data nullitate citationis, contumacia redditur nulla. *Bal. in l. 1. in fine ff. si quis in ius dicenti non obtemp.* per *l. vir bonis ff. iudic. solui.* Et vitiata prima citatione processus in contumacia factus non tenet. *Bal. in auth. si omnes C. vt se ab hared. abst. Affl. in Const. Regn. causas n. 5. Gramat. cons. crim. 71. n. 8. et cons. ciuili*

Digitized by Google

252.n.13.Et citatio minus legitimè facta pro nulla,& non facta habetur,ita & taliter, quod si contra ipsum absẽtem citatum feratur sententia ex ipsa nulla citatione; sententia ipsa est nulla. *Bal.in l.properandum §.et si qnidem col. 2. C.de iudiciis*, & docet *Gramat. d.cons. 152.nu.14.* & quando citatio male fit corruit totus processus. *Boss.pract.crim. tit.de citatione n.13.* vbi *n.15.* dicit,quod requiritur citatio valida, vt quis possit poni in banno; nam inualiditas citationis reddit bannum nullum. *de Nigris in cap.Reg.siue quis n.19. ver.et inualiditas, et Nellus de bannitis in 3. parte*
18 *1.temporis n.2.* vbi dicit,quod si statutum disponat, vt non possit dici de nullitate, tamen statuto hoc non obstante,potest dici de nullitate proueniente ex defectu,& nullitate citationis, & idem tenent *Cartar. de exequut. sent.cap.fin.n.153.et n.186. Farinac.pract. crim.tit. de inquisitione quaest.11.n.37.in fine*. & *Vantius de nullitate, rub. quis possit*
19 *dicere de nullitate n.49.* Et reo non citato,vel non legitimè citato,processus, & omnia, quæ subsequũtur sunt nulla, *Iul.Clar.§.fin.quaest.31.nu.1.Caball.resol.crim.casu 269. et Guazzin. ad defensam reorum def.10.cap.1.nu.2.* Et Iudex antè exequutionem sententiæ debet animaduertere an antè sententiã debitè emenauerit citationes. *Cartar. de exequut.sent cap.fin.nu.151.* vbi *nu.seq.* dicit, quod sententia est nulla ex defectu citationis, & *n.154.et n.155.* dicit ipse *Cartar.* ibi, quod contumax dici non potest, qui secundam formam statuti citatus non est, nec pro confesso habetur, & *nu.156.* dicit ipse *Cartar.* ibi, quod bannum, & sententia, ac totus processus corruit, si citatio facta non sit secundum formam statuti, & quãdo citatio est nulla,omnia acta, quæ sequuntur,sunt nulla, & sententia lata contra contumacem bannitum, & habitum pro confesso ex processu fabricato ex ipsa nulla citatione exequi non potest *Farinac. pract.crim. tit.de inquisitione quaest.11. n.37.*

20 Aduertas, quod in Regno citatio potest expediri die feriato etiam ad honorem Dei,dummodo deindè notificetur die iuridico,vt in *Ritu 117.* & docet *Foller. pract.crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat nu.34.* Immo omnes prouisiones quocunq; die etiam feriato ad honorem Dei possunt expediri *Caranit.d.ritu 117.in fine.*

21 Et quando citandus habitat in eadem Ciuitate, vbi habitat Iudex, & tunc in citatione dicitur,quod citandus compareat ad primam,alias si habitat extrà, & tunc in citatione dicitur, vt reus compareat infra certum tempus secundum distantiam loci;vt dicam infra *c.7.n.2.* & dictum tempus debet esse congruum secundum distantiam locorum,in accessu,& comparitione,alias citatio redditur nulla, quia facta est infra breue tempus. *Specul.in tit.de citatione §.1.ver.item quod facta est infra nimis angustia tempora, et in §.2. ver. sed nunquid,* vbi dicit,quod Iudex considerata distantia locorum,& qualitate personarum,viarum,& negotij, moderatum tempus in citatione ponere debet, & est *tex. in cap.quod ad consultationem de re iudic.*

22 Quod si citatio fiat tempore tali, quo citatus non potest venire, citatio est nulla. *Bald. in l. aut qui aliter ff. quod vi,aut clam,*& docet *Foller.d.rub vel eos verbaliter citari faciat.nu.22.* Immo si sit datus terminus breuis, ita vt infra eum citatus comparere non possit, ista citatio nõ arctat citatum ad comparẽdum in tempore habili *Guazzin. ad defensam reorum def.10.cap.2.n.11.* vbi *n.21.* dicit, quod citatio facta pro certo die,& loco, si sententia feratur in alia die,vel in alio loco,ipsa sententia erit nulla, & dicã infra in hac eadem practica foriudicatoria *cap.12.n.37.*

23 Et quando citatio est nulla,si compareat ipse principalis inquisitus citatio conualidatur *l.1. vbi Iaf. in 3.notab. ff.de feriis*, & est *tex.de iure Regni in prag. 2.de ordine iudic.* & docẽt *Boss. pract. crim. tit.de citationib.n.28.& de Franch dec.514. num.4.& num.8.& Guazzin.d.cap.2.n.24.* Immo si citatus compareat, & opponat de nullitate citationis adhuc conualidatur ipsa citatio nulla. *Mising. centuria 3.obseruat.90.in princ.* sed si non compareat ipse principalis, sed compareant eius agnati,& cognati,in hoc casu non conualidatur citatio nulla, *de Franch.d.dec.514.d.nu.4.& 8.& Guazzin.d.cap.2.n.24.*

24 Formam citationis ad informandum, & ad capitula ponit *Foller. pract. crim.rub.vel eos verbaliter citari faciat.n.3.* & est tenoris sequentis v3.

De mandato Magnifici Strategi Salerni citetur,moneatur, et requiratur peremptorie

T.de T.

Digitized by Google

T. de T. qualiter prima Curia regenda hora solita causarum, vt in iuditio compareat, & coram dicto Domino Stratego ad ipsum, & eius Curiam informandum de nonnullis tãgentibus seruitium Curiæ Coadiutoris, & signanter super querela contrà eum exposita per talem de homicidio commisso in personã talis sub pœna vnciarum aurei quinquaginta, alias ipso citato, relato, & non comparente procedetur, vt iuris est contra eum, eiusq; bona, & referatur, &c. Datum Salerni, &c. sub die, &c. Demum fiat altera citatio contra eundem ad recipiendum copiam capitulorum, & erit forma talis. *Citetur, moneatur, & requiratur T. de T. quali prima Curia regenda compareat coram nobis in nostra Curia hora solita causarum, recepturus copiam capitulorum specialis inquisitionis contra eum formatæ ad querelam T. de T. de homicidio commisso in personam T. de T. de anno, &c. de mense, &c. Regnantibus, &c. dominante, &c. sub Præsidatu, &c. in loco, &c. alias ipso citato, relato, & non comparente, procedetur quali iuris. Datum, &c.*

25 Forma verò citationis ad informandum in materia foriudicationis, qua vtuntur Curiæ Baronales, est tenoris sequentis videlicet.

Talis de tali Baro talis Terræ, talis de tali Gubernator dictæ Terræ. Per quemlibet seruientem nostræ Curiæ, vel aliarum quarumuis Curiarum insolidum requirendum ad omnem instantiam, & requisitionem Curiæ Coadiutoris, siue, &c. citetur, moneatur, & requiratur T. de T. talis loci, quatenus sub pœna vnciarum aurei vigintiquinque Curiæ, &c. prima die iuridica præcisè, & peremptoriè personaliter comparere habeat, & debeat coram nobis, & nostra Curia hora solita causarum ad informandum nos, & dictam nostram Curiam super nonnullis causis mentem nostram dignè mouentibus, & signanter super informationem contra eum captam de crudeli temerè, & appensato homicidio commisso in personam T. de T. talis loci cum ictu scopiæ, vel alio genere armorum, nec non notificetur prædicto T. de T. qualiter ipso citato, relato, & non comparente infra annum incipiendum à die forbandi faciendi post cõtumaciam contrahendam in præsenti citatione ad informandum, & in citatione ad capitula contra eum procedetur ad sententiam foriudicationis seruata forma Constit. Regni pœnam eorum. & ita quando debet expectari annus, alias si citatur cũ breuiatione dierum quindecim, & tunc pone in citatione hæc verba videlicet. *Necnon notificetur prædicto T. de T. talis loci, qualiter ipso citato, relato, & non cõparente infra dies quindecim numerandos à die vltimæ contumaciæ contrahendæ in præsenti citatione ad informandum, & in citatione ad capitula contra eum, elapsis dictis quindecim diebus, procedetur ad sententiam foriudicationis cum dicta breuiatione termini dierum quindecim, anni circulo non expectato, seruata forma duarum Pragmaticarũ expeditarum ab Illustrissimo, & Excellentissimo Comite de Lemos olim Vicerege huius Regni, vna sub die 31. Martij 1612. & alia sub die 14. Aprilis 1614. Nec nõ citetur dictus T. de T. ad dicendum causam, quare non debeat declarari, incidisse ad pœnam ducatorum mille, & pro dicta pœna non debeat relaxari literæ exequutoriales realiter, & personaliter contra eum statim contracta contumacia in præsenti citatione ad informandum in beneficium ipsius Curiæ iuxta formam nouellæ Pragmaticæ editæ per Excellentiss. Ducem Medina olim Viceregem huius Regni, prout etiam latius in citatione ad capitula continetur, cui, &c. citetur, & referatur in forma, &c.* & apponatur locus datæ, dies, mensis, & annus, & deinde subscribatur ab Officiali, & Actuario.

26 Forma citationis ad capitula in materia foriudicationis, qua vtuntur Curiæ Baronales est tenoris sequentis videlicet.

Talis de tali Baro *talis Terræ talis de tali Gubernator dictæ Terræ. Seruientibus nostræ Curiæ, vel aliarum quarumuis Curiarum ad infrascripta insolidum requirendis significamus qualiter per hanc nostram Curiam fuit capta informatio contra T. de T. talis loci de crudeli, temerè, & appensato homicidio perpetrato cum ictu scopiæ, vel alio genere armorum in personam T. de T. talis loci, tali die, & anno regnante, &c. dominante, &c. sub Præsidatu, &c.* & hic debet narrari factum eo modo, vt constat in informatione, & deinde, narrato facto, debet sequi, hoc modo videlicet. *Non animaduertens dictus Talis de Tali, quàm graue scelus sit similia delicta perpetrare, incidens ad pœnam in similibus delictis à iure, Regnique Constitutionibus, & Pragmaticis statutam; & cum instati fuimus per Curiæ Coadiutorem de opportuna prouisione; Ideo vobis, vt supra tam dictis insolidum dicimus, committimus, & mandamus quatenus, receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem dicti Curiæ Coadiutoris, siue, &c. notificare habeatis, & debeatis prædicto T. de T. talis loci personaliter si de persona*

habe-

Digitized by Google

haberi poſſit, ſin autem domi ſua ſolita habitationis ſub pœna in talibus à iure ſtatuta Curiæ, &c. quatenus prima die iuridica præcisè, & peremptoriè perſonaliter coram nobis, & noſtra Curia hora ſolita cauſarum comparere debeat, & habeat recepturus copiam capitulorum dictæ ſpecialis inquiſitionis contra eum formata, & melius inſtante dicto Curiæ coadiutore, & ex mero officio ipſius Curiæ formanda, & ſuper dictis capitulis, & vnoquoque ipſorum formiter reſpõſurus, litem conteſtaturus, terminum ad defensã recepturus, & ſe defẽſurus, quo melius potuerit. Nec nõ eidem *T. de T. inquiſito, vt ſupra notificare habeatis, & debeatis, quod ſi ipſe non cõparebit infra annũ incipiendum à die forbanni faciendi poſt contractam vltimam contumaciam in præſenti citatione ad capitula, elapſo dicto anno contra eum procedetur ad ſententiam foriudicationis ſeruata forma Conſtitutionis Regni pœnam eorũ.* Sed ſi procedi debeat cũ breuiatione dierũ 15. & tũc dicitur. *Quod ſi ipſe citatus, & relatus non comparebit infra dies quindecim numerandos à die vltimæ contumaciæ contractandæ in præſenti citatione ad capitula contra eum elapſis dictis quindecim diebus, procedetur ad ſententiam foriudicationis, anni circulo non expectato, ſeruata forma duarum Pragmaticarũ emanatarum ab Excellentiſſimo Comite de Lemos olim Vicerege huius Regni vna ſub die 31. Martij 1612. & alia ſub die 14. Aprelis 1614. Nec non notificare habeatis & debeatis dicto T. de T. quod compareat in eodem termino ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari, incidiſſe ad pœnam ducatorum mille, & pro dicta pœna non debeant contra eum relaxari literæ exequutoriales realiter, & perſonaliter ſtatim contracta contumacia in præſenti citatione ad capitula in beneficium ipſius Curiæ, iuxta formam nouellæ Pragmaticæ editæ per Excellẽtiſſimum Ducem Medinæ, citetur, & referatur in forma.* apponatur locus datæ, dies, menſis, & annus, & deinde ſubſcribatur ab Officiali, & Actuario.

27 Forma citationis ad informãdum, qua vtitur Magna Curia Vicariæ in materia foriudicationis pro delictis factis cum armis igneis, eſt talis videlicet.

Philippus Dei gratia Rex. Don Ioannes Baptiſta Spinellus Marchio Fuſcaldi, Ciuitatis Paulæ, eiuſque Status, ac Terræ Guardiæ Dominus, &c. Regius Collateralis Conſiliarius, ac huius Regni Siciliæ Magnus Magiſter Iuſtitiarius, & Regens M.C.V. Quibuſuis Alguzeriis, & ſeruientibus ordinariis dictæ M. C. V. vel aliarum quarumuis Curiarum, & locorũ ad infraſcripta inſolidum requirendis dicimus, cõmittimus, & Regia, qua in his fungimur authoritate mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem Regii Fiſci, ſiue, &c. peremptoriè mandetis Talibus de Talibus de tali Terra, ad pœnam vnciarum aurei centum per quemlibet Fiſco Regio, &c. quatenus prima die, vel infra dies tot ſecundum diſtantiam loci; poſt præſentium intimationem perſonaliter in dicta M. C. comparere habeant, & debeant ipſam informaturi ſuper nonnullis cauſis mentem dicti Regii Fiſci tangentibus, & ſignanter ſuper informationem contra eos captam de appenſato homicidio cum ictibus ſcopiſtarum, & aliis vt in actis; nec non notificetis etiam dictis Talibus Regiam nouellam pragmaticam editã, & publicatam per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Comitem de Lemos olim huius Regni Proregem ſub die 14. Aprelis 1614. diſponentem, delinquentes ictibus ſcopiſtarum poſſe foriudicari infra dies quindecim à die vltimæ contumaciæ contractæ, anni circulo non expectato: Nec non *ad dicendum cauſam, quare non inciderint in pœnam ducatorum mille per quemlibet in Regia Pragmatica contentam, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ in beneficium dicti Regii Fiſci, prout clarius in dictis Regiis Pragmaticis, & in citatione ad capitula continetur; notificetis etiam, quod M. C. ipſa procedit in cauſa prædicta contra eos tanquam delegata, ſeruata forma Regiarum Pragmaticarum. Non obſtante contumacia contracta contra eos pro quauis cauſa, in quauis Curia, de qua ſub verbo, & fide Regiis, atque noſtris aſſicuramus, & tutos facimus dictos Tales, vt liberè venire ad nos poſſint, alias, &c. datum, &c.* & in calce huius citationis apponatur ſummarium tenoris ſequentis. *Mandatum ad informandum cum abbreuiatione dierum quindecim ſeruata forma Regiarum Pragmaticarum, & cum aſſecuratione, vt ſupra.*

28 Forma citationis ad capitula, qua vtitur M.C.V. in materia foriudicationis pro delictis factis cum armis igneis, (appoſito prius titulo, vt ſupra in citatione ad informandum) eſt videlicet.

Quibuſuis ordinariis Alguzeriis, & ſeruientibus dictæ M. C. vel aliarum quarumuis Curiarum, & locorum ad infraſcripta inſolidum requirendis dicimus, committimus, & Regia, qua in his fungimur authori-

tate

Digitized by Google

tate mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem Regij Fisci, qui vestrum ad prædicta requisitus fuerit, peremptoriè citet Tales de Talibus de tali Terra personaliter, si ipsos de persona reperiri contingerit, sin autem domibus earum solitarum habitationum, quatenus prima die iuridica, (vel infra tot dies secundum distantiam loci, vbi manet citandus) post præsentium intimationem personaliter in dicta M. C. comparere habeant, & debeant recepturi copiam capitulorum specialis inquisitionis contra ipsos formatæ, & melius formandæ ex mero officio ipsius M. C. de eo, & super eo videlicet, qualiter, &c. & sic hic narratur factum inquisitionis, prout constat in informatione, quo facto narrato, sequitur. *Non animaduertentes, quàm graue scelus, & punibilis pœna sit, talia delicta cum ictibus scopiorum committere, incidentes propterea ad pœnam in talibus à iure, sacrique Regni Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis statutam, nec non notificetis etiam prædictis Talibus regiam nouellam Pragmaticam editam, & publicatam per Illustrissimum, & Excellentissimum Comitem de Lemos olim Regni huius Proregem sub die 14. Aprilis 1614. contra delinquentes cum ictibus scopiorum, vt ipsi possint foriudicari infra dies quindecim à die vltimæ contumaciæ contractæ anni circulo nõ expectato: nec non ad dicendum causam, quare non inciderint in pœnam ducatorum mille per quemlibet in Regia Pragmatica contentam, seruata forma dictæ Regiæ Pragmaticæ in beneficium dicti Regij Fisci, prout clarius in dictis Regijs Pragmaticis continetur, contra quos exequatur realiter, & personaliter. Et se ipsos in inquisitione quo melius potuerint se legitimè defensuri, exequuturi, & facturi omne totum, & quidquid eis fuerit per ipsam M. C. rationabiliter iniunctum, & mandatum; quo termino dierum quindecim elapso, & prædictis Talibus non comparentibus per eandem M. C. V. procedetur contra eos ad sententiam foriudicationis, seruata forma dictarum Pragmaticarum, & etiam ad exactionem pœnarum prædictarum ducatorum mille per quemlibet in beneficium dicti Regij Fisci, iuxta formam dictarum Regiarum Pragmaticarum. Notificetis etiam quod M. C. ipsa procedit contra eos, tanquam delegata seruata forma Regiarum Pragmaticarum, non obstante contumacia contracta contra eos pro quauis causa, in quauis Curia, de qua sub verbo, & fide Regijs, atque nostris assecuramus, & tutos facimus dictos tales, vt liberè ad nos venire possint, alias, &c. citetis, & referatis in forma. Datum, &c.* & in calce huius citationis ad capitula ponitur summarium tenoris sequentis. *Citatio ad capitula, cum abbreuiatione dierũ quindecim, seruata forma Regiarum* Pragmaticarum, *& cum assecuratione, vt supra,* nã in omnibus prouisionibus debet fieri summarium in calce dictarum prouisionum, *Prag. 19. §. 19. & 31. de officio Magistri Iustitiarij,* & debent registrari dictæ prouisiones, *d. Pragm. 19. §. 6.* & in istis citationibus expeditis per M. C. V. apponitur sigillum Regium, & non priuatum, *vt in ritu 279. & in cap. Reg. 232. & 286.* & docet *Catalan. de indulto cap. 36. n. 110. & seq.*

29 Formam citationis ad informandum, quãdo causa est delegata, & circulus anni abbreuiatus, ponit Carolus Rota in suo florilegio *practicarum conclusionum conclus. 9. post nu. 94.* & est tenoris sequentis.

Talis de Tali Gubernator Terræ T. & per Suam Excellentiam in præsenti causa delegatus. Alguzerijs, & seruientibus nostræ Curiæ, ac alijs quarumuis, &c. noueritis, qualiter præsentia Talis de Tali est nobis, & nostræ Curiæ non parum necessaria, & opportuna, à quo ipsa nostra Curia aliquid scire intendit, ipsumque interrogare, & examinare super nonnullis causis, mentem nostram, & Curiæ Coadiutoris tangentibus, & præcipuè super informatione aduersus eum capta de appensato, & crudeli homicidio appensato, cum pugione in personã N. de N. & alijs, vt ex actis, ideo vobis supra iã dictis, insolidũ committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instãtiam, & requisitionem Curiæ Coadiutoris citetis supradictum Talem ad pœnam vnciarum auri 25. Curiæ, &c. quatenus infra dies quatuor post præsentium intimationem personaliter in dicta Curia comparere debeat, ipsam informaturus super prædictis, &c. nec non notificetis etiam dicto Tali, quod Curia ipsa in præsenti causa procedit vti delegata, seruata forma rescripti Suæ Excellentiæ, & si personaliter non se præsentauerit, vel comparuerit in dicta Curia infra dies 30. numerandos à die contractæ vltimæ contumaciæ, procedetur contra eum ad foriudicationis sententiã, &c. Datum, &c.

30 Formam citationis ad capitula in eadem causa delegata cum breuiatione temporis anni, ponit idem Carolus Rota ibi, & est tenoris sequentis videlicet.

Talis de T. Gubernator in Terra T. & per Suam

Digitized by Google

Suam Excellentiam specialiter delegatus in præsenti causa. Alguzerijs, & seruientibus nostris, ac aliis quarumuis Curiarum notum facimus, in dicta nostra Curia formatã fuisse ex mero nostro officio inquisitionem contra, & aduersus Talem de T. de eo, in eo, & super eo, videlicet, quòd orta differentia, & interuenientibus nonnullis verbis iniurioſis, & minis, nec non odio inde sequuto inter ipsum Talem de tali Terra contra Talem de T. causa, quia prætendebat ipse T. fuisse factam quandam relationem vtili domino, siue Baroni sui Oppidi aduersum ipsum à dicto Tali super nonnullis impertinentiis, siue rixis factis, & furtis commissis per ipsum T. & existẽtibus cum odio prædicto sic causato de mense T. anni T. proposuit dictum T. occidere, & conuocauit nonnullos alios, ad præstãdum de longè auxiliũ, si occurreret in casu necessitatis, & simularent alia de causa illac ire, & redire, vbi ipse T. insidiabatur, expectando meliorem occasionem, vt potuisset id effectuare, & sic inter eos fuit conclusum, vnde tali die, putans ipsum Talem iturũ esse ad viridarium suum, cõuocando Tales, & Tales, vt erat alloquutus ad assistendũ, dixit, quod volebat se imposſare in domo T. de Tali, & inde exire ad occidendum ipsum T. in trãsitu; de quo cum notitiam habuisset dictus T. non fuit illa die ad iardenum, sed confugiendo ad Curiam procurabat, illum capi, vnde magis aucto odio, deliberauit ipse Talis non amplius occasionem expectare, sed illũ inuadere omni modo peiori in quocunque loco, quo potuisset, vnde iterum conuocauit ipsosmet Tales, vt facerent spallam, si opus esset, quoniam omnino erat deliberatus illum occidere, & sic confabulando cum intellexisset, quod ille T. ibat ad Templum Sanctissimi Saluatoris, statim profectus fuit, & illi Tales paulatim sequebantur eum, & assaltando de retro ipsum T. cum pugione pluries illum feriendo; postmodum fugam arripuit, & in tutum se posuit, ex quibus vulneribus quatuor post horas inuasus obiit, nõ aduertens T. prædictus, quã graue scelus sit similia patrare delicta, incidens propterea in talibus à Iure, sacrisq; Regni Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis statutã pœnã; de quo delicto porrecta supplicatione Suæ Excellentiæ in Reg. Collaterali Cõsilio per Talẽ de T. heredem occisi, & facta relatione per nostram Curiam de contentis in processu fuit trãsmissum rescriptũ sequẽtis tenoris vz. à foris. Al T. Gouernadore de la Terra T. intus vero, Entendida S. E. la relacion fatta por la vostra Corte en conformidad de la causa del T. de Tale inquisido de homicidio en persona de T. de Tale, ha resuelto, que esta Corte proueа en ella, como delegada, con podestad de abreuiar el termino de la foriudica à los ausẽtes à un mes, que por esta vez dispẽsa S. E. à los Capitulos, y Pregmaticas del Reyno, que haurian en contrario, e Dios guarde Palatio, &c. El Duque de Caiuano. Quo rescripto viso, vna cum actis fuit interpositum decretũ, vt sequitur, In causa T. de T. inquisiti de appensato, & crudeli homicidio cum pugione patrato in personam T. de T. & alijs, vt in actis; Vigore ordinis Suæ Excellentiæ. Die, &c. mensis, &c. anni, &c. in tali Terra, &c. per Curiam fuit prouisum, & decretũ, quod vigore rescripti Suæ Excellentiæ fol. &c. Talis de T. vt supra inquisitus pro causa prædicta citetur ad informandum, & ad capitula, cum abbreuiatione, & delegatione, seruata forma rescripti; hoc suum Talis de T. Gubernator. Ideo vobis, vt supra iam dictis, insolidum dicimus, committimus, & mãdamus; quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiã, & requisitionẽ Curiæ Coadiutoris peremptoriè citet, moneat, & requirat dictum T. de Tale personaliter, si ipsum de persona reperi contingerit; sin autem domi eius solita habitationis; quatenus infra dies quatuor post præsentium intimationem personaliter in dicta Curia procedente contra eum, vti delegata vigore dicti rescripti S. E. delegationis, derogationis, & decreti lati per nostram Curiam comparere debeat recepturus copiam capitulorum specialis inquisitionis contra ipsum formatæ, & melius formãdæ ex mero officio; & super inquisitione ipsa, vt melius potuerit se legittimè defensurus, litem contestaturus, terminum recepturus, facturus, & excusaturus omne totum, & quicquid per eandem Curiam iniunctum, & mãdatum fuerit; nec non in specie dicto T. notificetur; quod dicta Curia procedit cõtra eum in præsenti causa vti delegata, omni appellatione remota vigore rescripti Suæ Excellẽtiæ; & quod si non comparuerit, seque de persona præsentauerit in dicta Curia infra dies triginta, numerandos à die contracta vltimæ contumaciæ, Curia ipsa vti delegata intendit procedere ad foriudicationis seruentiam, &c. citetis, &c. & in forma referatis, &c. Datum, &c.

31 Formam relationis Nuncij in dictis citationibus, ponit idem Carolus Rota tenoris sequentis videlicet.

Adi del mese . . . 1643. Nella Terra N. Io Tale de Tale seruiente ordinario della Corte di detta Terra, refero hoggi sopradetto dì di detto mese con la presente citatione ad capitula, e quanto in essa si contiene ha-

Digitized by Google

hauer citato ad capitula il Tale de T. domi suæ solitæ habitationis, præsente gente di sua casa, e preseti i T.e T. di detta Terra, per nõ hauerlo potuto ritrouare di persona, & anco Io T. di T. seruiente, vt supra con la presente citatione ad capitula refero hauere notificato al sopradetto T. di T. inquisito, vt supra, come detta Corte di detta Terra procede cõtro di esso come delegata per S.E. seruata la forma del rescritto, e decreto interposto, & in detta citatione ad capitula inserito, e che se esso T. de T. non comparirà di persona in detta Corte delegata fra giorni 30. numerandi dal dì dell'vltima sua contumacia, essa Corte delegata procederà contro di esso alla sentenza della forgiudica, non ostante, che nõ sia elasso circolo il dell'anno, presente detta gente di sua casa, e li soprascritti testimonij, modo, & forma, vt supra.

32 Formam citationis ad informandum in homicidio cum ictu scopictæ perpetrato, ponit idem *Carolus Rota* ibi, & est videlicet.

Talis de T. Gubernator in tali Terra, &c. Alguzerijs, & seruientibus nostræ Curiæ, & aliarum quarumuis Curiarum significamus, & notum facimus, qualiter præsentia Talis de T. est nobis, nostræq; Curiæ multum necessaria, & opportuna, à quo ipsa nostra Curia intendit nonnulla scire, & ipsum interrogare, ac examinare super aliquibus causis mentem nostrã, & Curiæ Coadiutoris tangẽtibus, & signãter super informatione aduersus eum capta de appensato homicidio, etiam cum assassinio per eum patrato, cum ictu scopictæ in personam Talis de T. & alijs, vt ex actis, propterea vobis, vt supra iam dictis insolidum committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem nostræ Curiæ Coadiutoris citetis supradictum N. ad pœnam vnciarum auri 25. Curiæ, &c. quatenus prima die iuridica post præsentium notificationem personaliter in dicta nostra Curia comparere debeat, ipsam informaturus super prædictis, &c. Nec non notificetis dicto N. quod Curia ipsa in præsenti causa procedit seruata forma Regiarum Pragmaticarum, & si personaliter nõ se præsentauerit, vel comparuerit in dicta Curia infra dies quindecim à die contractæ vltimæ contumaciæ, vt in dictis Regijs Pramaticis ordinatum est, procedetur contra eum ad sententiam foriudicationis, nec non ad exactionem pœnæ ducatorũ mille in ijsdem Regijs Pragmaticis contentæ, prout hæc, & alia latius in citatione ad capitula continentur, alias, &c. Datum, &c.

33 Formam citationis ad capitula in homicidio cum ictu scopictæ perpetrato, ponit idem *Carolus Rota* ibi, & est tenoris sequentis videlicet.

Iniunctum, & commissum est vni ex Alguzerijs nostræ Curiæ, vel aliarũ quarumuis Curiarũ ad infrascripta insolidum requirendis, &c. Significamus, qualiter formata inquisitione contra, & aduersus N. de delicto cum ictu scopictæ patrato in personam N. & morte inde sequuta, de eo, in eo, & super eo, videlicet, quod orta inimicitia inter N. & N. ex eo, quia ipse N. mensibus elapsis tentauit rem habere cum vxore ipsius N. quapropter minabatur factum ad forum ducere, ad hoc, vt sua vxor, & ipse Adulter N. de iustitia venirent puniendi; quod volens ipse N. euitare excogitauit dictum N. occidere, sed per intermediam personam, ne homicidium esset notorium, & commissum ab ipso N. vnde cõuocauit Talem de T. & ei communicato negotio, & certa pecuniarũ quantitate promissa, dummodo ipsum N. suum inimicum interficeret, statim ipse Talis conuocatus acceptauit onus, & promissionem oblatam nummorum, quibus in parte solutis, ipse Talis procurabat dictum N. inimicum affati N. necare tutè, & secretè cum secura, quando ipse N. à vinea domum reuertebatur, & licet plures ei fuisset insidiatus vnquam potuit prauum suum animum ad effectum producere; quoniam semper comitatus ipse N. ibat; vnde ex ista mora conquerebatur ipse N. mandans homicidium fieri, quod erat illum deludere; & licet ipse talis iurasset, & periurasset, quod sua culpa mora non erat causata; sed ex occasione non habita, vt ipse desiderabat; ei fides ab ipso N. non adhibebatur; sed fuit compulsus ad occidendum dictum N. suũ inimicum, vlla expectata occasione, sed omni modo meliori, amplius promittens ei quietem cum Curia, & pacem cum parentibus dicti N. eius inimici, & soluens aliã pecuniarum quantitatem, quapropter promisit ei inseruire paucos post dies, vnde accommodato die sequenti in sua vinea zoffione, eadem nocte tentauit per subtus portam domus ipsius N. illum occidere, & non potuit, quia non valebat rectam miram habere contra ipsum talẽ, & sic abijt, & excogitabat, quomodo, & quo loco potuisset dictum N. necare, & sic habita notitia; quod ipse N. quærebat operarios ad suam possessionem in loco dicto N. & quod iam illos conducebat, statim abijt ipse Talis, & se imposuit intus certum occultũ locum propè iter, quo erat transiturus ipse N. quo iam postmodum transeunte, quando erat in loco destinato, ipse Talis emisit ictum scopictæ, & illum vulneruit, ita & taliter, quod

Digitized by Google

illico mortuus cecidit in terram; & ipse Talis onerando iterum zoffionem puluere, & pilis plũbeis dedit se in pedes non aduertens, & considerans ipse T. quam graue scelus sit simile delictum, vt supra committere, incidẽs propterea ad pœnam in Talibus à iure, sacrisque Regni Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis statutam, & signãter in Regia Prag. edita per Illust. D. Comitem de Lemos olim huius Regni Proregẽ sub die 14. Aprilis 1614. & in alia edita per Illust. Comitẽ de Mõte Rey sub die 29. Martij 1637. tũc in hoc Regno Proregem, per quas sancitum est, quod omnes, qui deliquerint cum ictibus scopictarum infra dies quindecim foriudicentur, non obstantibus Regni Constitutionibus, & Capitulis, per quæ datur circulus anni, & in alia Pragmatica edita sub die primo Septembris 1638. per Illust. Dom. Ducem de Medina de las Torres ad præsens in hoc Regno Proregem, per quem disponitur, vt etiam incidant in pœnam ducatorum mille, prout in capitulo dictæ Prag. eiusdem D. Ducis de Medina, tenoris sequentis videlicet. E perche conuiene procurare con ogni mezzo d'euitare quanto sia possibile, & estinguere detti delitti, ordinamo, e comandamo, che quelli, che cõmetteranno delitti con armi di fuoco, oltre delle pene corporali in dette Regie Pragmatiche stabilite, incorrano in pena pecuniaria di ducati mille, la quale s'intenda applicata al Regio Fisco statim commesso il detto delitto, e posta esigersi; fatto che sarà il delinquẽte contumace; Quapropter visis actis fuit interpositum decretum, vt sequitur. In causa T. de Tale inquisiti de homicidio cum assassinio, vt ex actis Die . . . mensis . . . anni . . per subscriptum Magnificum Capitaneum cum voto sui ordinarij Consultoris, fuit prouisum, & decretũ, quod supradictus T. vt sup. inquisitus pro causa prædicta citetur ad informandũ, & ad capitula, cũ abbreuiatione termini, seruata forma Regiarũ Prag. hoc suum, &c. T. de T. Consultor. T. de T. Capitaneus. Ideo vobis, vt supra iã dictis insolidum dicimus, committimus, & mandamus, quod ad omnem instantiam, & requisitionem nostræ Curiæ Coadiutoris peremptorie citetis supradictũ T. de T. de terra T. personaliter, si de persona eum reperire contigerit; sin autem, domi suæ solitæ habitationis, quatenus prima die iuridica post præsentium intimationem personaliter in dicta nostra Curia comparere debeat, receptuus copiam Capitulorũ specialis inquisitionis contra eũ formatæ, & melius formandæ ex mero officio ipsius Curiæ, in quo melius potuerit se legitimè defensurus, litem contestaturus, terminum recepturus, dicturus, facturus, & exequuturus omne totum, & quicquid per eandem nostram Curiam rationabiliter iniunctum, & mãdatum fuerit, nec non notificetis etiã dicto T. quod si nõ cõparuerit in dicta Curia infra dies quindecim à die contractæ vltimæ contumaciæ, eadem Curia intendit contra eum procedere ad sententiã foriudicationis, & illius exequutionẽ inclusiuè, ac etiã notificetis dicto T. quod si nõ comparuerit in dicta nostra Curia, procedetur aduersus eum ad exactionem pœnæ ducatorum mille ad beneficium dictæ Curiæ Coadiutoris, ex quo de omnibus alijs, & quibuscũq; delictis, de quibus forsan dictus T. de T. reperiretur inquisitus, tàm in dicta nostra Curia, quàm in omnibus alijs Curijs huius Regni, ipsum tenore præsentiũ assecuramus, sub fide, & verbo Regis, atq; nostris, vt possit tutè, & cautè comparere, alias, &c. citetis, & referatis in forma, &c. Datum, &c.

34 Formam relationis faciendæ in dictis citationibus expeditis pro homicidio facto cum ictu scopictæ, ponit idem Carolus Rota ibi, & est tenoris sequentis videlicet.

Adì . . . del mese . . . dell'anno . . . nella Terra N. Io Tale de T. seruente ordinario della Corte di detta Terra, refero il sopradetto dì di detto mese cõ la presente citatione ad capitula, e quãto in essa si cõtiene, hauer citato ad capitula il T. de T. domi suæ solitæ habitationis, presente gẽte di sua casa, & Tali, e Tali di detta Terra per nõ hauerlo potuto trouare di persona; & anco io T. di T. con la presenie citatione ad capitula refero hauer notificato al detto T. de T. che si non comparirà in detta Corte frà giorni quindeci di persona, seruata la forma delle Regie Pragmatiche sopra li delitti, che si fanno con armi di fuoco, numerando dal dì dell'vltima contumacia, essa Corte procederà cõtro di esso T. alla sentẽza di forgiudica, nõ ostãte, che nõ sia elasso il circolo dell'anno, come ancora refero Io medesimo Tale di T. seruẽte, vt supra hauer notificato al detto T. che se non comparirà frà li detti giorni quindeci, vt supra, si procederà contro di esso alla essattione della pena di ducati mille, conforme la Regia nouella Pragmatica in detta citatione ad capitula preinserta, da applicarse à beneficio della Corte, e così refero, &c.

35 Et dicitur in dictis citationibus, quod Reus citetur ad dicendum causam, quare non debeat condemnari ad pœnam ducatorum mille; nam per Pragmaticam editam per Excellentiss. Ducem Medinæ sub die primo Septembris 1638. *ver. & perche conuiene,*

Digitized by Google

uiene, de armis; est disposítum, quod vltra pœnam corporalem statutam per Regias Pragmaticas contra committentes delicta cum armis igneis, ipsi delinquentes puniantur pœna ducatorum mille, & statim cõmisso delicto dicitur applicata Fisco, & potest exigi statim reputato contumacẽ dicto inquisito, & hoc etiam procedit in Curijs Baronalibus, vt in *d. Pragm. ver. & acciò se possa.*

36 Dicitur etiam in dictis citationibus, vt notificetur Reo, quod M.C.V. procedit vti delegata: nam per Pragmaticam editam per Excellentissimũ Comitem Montis Realis olim Viceregem huius Regni sub die 29. Martij 1637. §. 1. *de armis*, disponitur, vt Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Audiẽtiæ pro delictis commissis cum armis igneis, & prohibita asportatione, vel fabricatione armorum igneorum, procedant vti delegatæ Suæ Excellẽtiæ, appellatione remota, cum præheminentijs Magnæ Curiæ, & docet *D. Reg. Sanfel. dec. 261.*

37 Sed aduertas, quod si in istis citationibus ad informandum, & ad capitula sit expressa qualitas aggrauans delictum, puta si sit dictum pro homicidio appensatè, temerè, dolosè, & proditoriè commisso, & in processu tantum constat, dictum homicidium fuisse appensatè, & dolosè commissum, sed non fuisse commissum proditoriè, in hoc casu non vitiatur citatio, & sententia foriudicationis deinde sequuta, valet, Gizzarell. *dec. 16.* sequitur *Reg. Rouit. rub. de sent. foriudicationis post nu. 2.*

38 Aduertas quoque, quod si statutũ disponat, vt quis committẽs aliquod delictum sit foriudicatus ipso facto, in hoc casu iste delinquens debet citari, & in vltimo peremptorio, si non cõparet, debet declarari, haberi pro foriudicato, vt dicam infra cap. 10. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *Citatio notificanda committitur Nuncio ipsius Curiæ, vel alterius Curiæ, & Iudex, vel Actuarius possunt, ore eorum, aliquem citare:*

2 *Citatio notificanda, potest committi personæ priuatæ, immo etiam parti, sed ipsis non creditur absque literis Iudicis committentis, secus in Nũcio publico, cuius soli verbo creditur.*

3 *Citatus nemo in dubio præsumitur.*

4 *Citatio debet notificari die iuridico, & non feriato. amplia, vt nu. 5.*

6 *Citatio debet notificari infra sex menses à die expeditionis, alias circumducitur.*

7 *Nuncius, qui notificat citationem ad informandum ad capitula, & ad foriudicandum expeditam per Magnam Curiam Vicariæ, debet esse matriculatus, & ipse debet scribere relationem, & non alius.*

8 *Alguzerij officium quis exercere non potest in M.C.V. nisi sit approbatus, & matriculatus, & quod sciat scribere.*

9 *Nuncius an perquirere prius debeat Reum de persona, vt deindè possit ipsum rectè domi citare, si de persona eum non inuenerit? & nu. 10.*

11 *Citatio facta domi sufficit, vt quis possit bãniri, & foriudicari.*

12 *Carceratus potest citari domi, & valet citatio, intellige in ciuilibus, & non in criminalibus.*

13 *Citatio notificata domi, debet notificari vni de domo, expresso eius nomine in relatione, & ab eo debet recipi iuramentum de certiorando citatum, quæ persona si sit odiosa citato, citatio non valet, nu. 14.*

15 *Citatio facta domi solitæ habitationis inquisiti, in qua nullus habitat an sit valida?*

16 *Citatio debet notificari in domo inquisiti suæ solitæ habitationis, & ita Nuncius referre debet, alias est nulla, limita, ibidem.*

17 *Notificatio citationis debet fieri in illa domo, vbi Reus habitat tempore citationis.*

18 *Citari an quis possit extra iurisdictionẽ Iudicis citantis? & num. 21. & 22. & an ipse possit citari per edictum? num. 19. & per quos Iudices possit procedi ad citationem per edictum? num. 20. & an quis possit citari intus Ecclesiam? d. n. 21.*

23 *Relatio Nuncij est de substãtia citationis, & debet scribi in actis in calce citationis, & non potest fieri die feriato, & debet apparere in actis, cui dicta relatio facta sit, & per quem sit scripta, num. 26.*

24 *Procedi non potest ad aliquem actum contra inquisitum, nisi prius constet de relatione Nuncij, & quod ipsa relatio sit scripta in actis, alias actus est nullus, dato, quod deinde recipiatur ipsa relatio, num. 25. & quando non constat de relatione, sententia foriudicationis est nulla, nu. 28.*

27 *Relatio Nuncij potest fieri Actuario, absente Iudice.*

Digitized by Google

29 *Citatio debet fieri coram duobus testibus, limita ibid.*

30 *Statutum dans modum citandi valet, & citatus contra formam dicti statuti non potest dici contumax.*

31 *Relatio simpliciter facta, non adiecta particula illa, domi, vel personaliter, est valida, & in dubio quis dicitur citatus domi, sed Nuncius potest hoc declarare.*

32 *Forma relationis Nuncij, quomodo esse debeat?*

CAP. VI.

De notificatione, & relatione dictarum citationum.

1 EXpeditis citationibus ad informandum, & ad capitula, ipse traduntur seruienti Curiæ, vt notificentur inquisito, & citatio debet committi Nuncio, & sic seruienti Curiæ *cap. parti de appellat.* & potest committi Nuncio alterius Curiæ, sed debet dici in citatione iurato nostræ Curiæ, vel alteri seruienti quarumuis Curiarum *Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat n.* 17. vbi *n.* 19 dicit, quod Iudex potest ore proprio aliquem citare, & *num.* 20. dicit ipse *Foller.* ibi quod quis potest citari per tabellionem, & ipse tabellio potest testificari de citatione per se facta, & idem tenet *Marant. in suo speculo part.* 6. *membro* 1. *nu.* 47. *& seq.* Immo quis potest iudicialiter citari *Riccius coll.* 2103.

2 Et citatio potest committi per Iudicem personæ priuatæ, ac etiam suo famulo, vel famulo alterius partis. *Marant. d. membro* 1. *nu.* 44. vbi ipse *Marant.* dicit, quod etiam parti principali potest Iudex committere citationem, vt citet suum aduersarium, & valet citatio, si constat de dicta commissione Iudicis, vbi ipse *Marant.* ibi post *n.* 45. dicit quod quando quis citatur per Nũcium publicum, ipse tenetur illius soli verbo credere, sine literis Iudicis; sed Nuncio priuato, vel famulo, vel parti non creditur sine literis Iudicis committentis. Et licet Iudex possit committere citationem parti, nõ tñ creditur suæ relationi, nisi aliter notificatio fiat: Sed in Regno nõ põt parti aduersæ cõmitti citatio. *Cõst. Reg. editorũ*, vbi *Affl. in* 3. *not.* & docet *Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat n.* 18. Et in Regno citatio nõ committitur, nisi habenti publicum officium, *Marant. d. membro* 1 *nu.* 46. vbi dicit, hoc esse in Regno dispositum per duos ritus.

3 Et in dubio nemo præsumitur citatus. *Anna sing.* 611. vbi dicit, quod licet decretum proferatur, partibus præsentibus, tamen adhuc debet notificari ipsis partibus.

4 Et citatio debet notificari die iuridico, nam si notificetur die feriato, non valet notificatio, vt in *ritu* 116. *Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat nu.* 34. *& Reg. Rouit. rub. de ferijs n.* 9. *& in prag.* 3. *n.* 14. *de citationib.* vbi dicit, quod de iure communi de hoc est dubiũ, sed in conformitatem iuris Regni est *tex.* de iure communi in argumento in *l. ex quacunq;* vbi notatur *ff. si quis in ius vocat. non ierit, & in l. fin. C. de ferijs, & in cap. fin. de ferijs*, & docet *Vantius de nullitate processus rub. de nullitate ex defectu citationis. &* Marant. *d. membro* 1. *num.* 119 & vide *Guazzinum ad defens. reorum def.* 10. *cap.* 3. *num.* 8. *& Socin. in suis fallen. ver. die feriato reg.* 92.

5 Sed si citatio sit expedita à Magna Curia Vicariæ, & quis sit citatus in aliquo loco huius Regni, vbi est dies festus, non obstante, quod sit dies iuridicus in Ciuitate Neapolitana, vbi residet ipsa Magna Curia Vicariæ, tamen non valet citatio, nam attenditur locus, vbi notificatur citatio, vt in *d. ritu* 116. vbi *Carauit. n.* 3. *Follerius d. rub. vel eos verbaliter citari faciat n.* 36. *& Thor. Comp. decis. tom.* 1. *ver. citatio fol* 98.

6 Sed aduertas, quod expedita citatione, ipsa debet notificari infra sex menses, alias, elapsis dictis sex mensibus, citatio circumducitur, vt in *ritu* 121. *& ritu* 122.

7 Et quando quis citatur ad informandum, ad capitula, & ad foriudicandum per Magnam Curiam Vicariæ, Nuncius debet esse matriculatus, & ipse Nuncius debet scribere relationem, & nõ alius *prag.* 7. *de citationib.* alias dicta citatio, & relatio est nulla, nam quod contra legem fit pro irrito habetur *cap. quæ contra de regul. iuris in* 6. *l. non dubium C. de legib. Carauit. ritu* 44. *n.* 6. *& Vinius dec.* 48.

8 Et in Magna Curia Vicariæ quis non potest exercere officium Alguazerij, nisi sit approbatus, & matriculatus,

Digitized by Google

latus, & debet se obligari de fideliter administrando suum officium sub pœna fustigationis, & vnciarum aurei vigintiquinque. *pragm. 34. §. 3. & §. 8. de off. Magist. Iust.* vbi in *d. §. 8.* etiam dicitur, quod Alguzerius tenetur scire, scribere, & relationes debet scribere manu propria, & etiam in materia liquidationis instrumenti relatio in citatione super tenorem instrumenti debet scribi per Alguzerium manu propria. *prag. 8. §. 6. de instrum. liquid. & in d. prag. 7. de citationib.*

9 Et nuntius, recepta citatione ad informandum, & ad capitula, prius perquirere debet reum in locis solitis, & consuetis, vt ipsum citare possit de persona, & eo non comperto, debet dictum reum domi suæ solitæ habitationis citare, *Bar. & alij in l. 4. §. Prætor ait ff de damno infecto*, & docet *de Nigris in cap. Reg. siue quis n. 19. ver. debet etiam Nuncius*, & *Nellus de bannitis in 3. parte 1. temporis nu. 3.* Et ipse Nuncius debet referre in calce citationis, se non reperijsse inquisitū de persona, & ideo quod domi eum citauit. *Riccius coll. 2104. Abb. in cap. causam de dolo, & cōtum. Decius in cap. cum parti de appellat.* vbi ipse *Decius* dicit, citationem domi factam nō tenere, nisi sit in subsidium, quod si Nuncius referat simpliciter, reum domi citasse, & non seruasse supradictam formam, citatio, & relatio est nulla. *Gramat. conf. crim. 71. num. 5. n. 6. & n. 7. & conf. ciuili 152. n. 7. cum duob. n. seq.* & nō obstat *prag. 2. de ordine iudic.* quæ simpliciter loquitur, vt quis possit citari personaliter, vel domi, & docent *Riccius coll. 2104. & Carolus Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. num. 7.* nam statutum recipit interpretationem secundum ius commune, & debet interpretari quantum minus lædat ius cōmune *l. 2. C. de noxalib. c. cum dilectus de consuetud.* sed de iure communi citatio primò est facienda personaliter, & secundò ad domum *l. 1. §. 1. de liberis agnos. l. aut, qui aliter §. planè ff quod vi, aut clam*, quæ forma si dimittatur, citatio redditur nulla. *l. 1. §. Officius vbi Bal. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. non ierit. & Io. Allois Catalan. de indulto cap. 12. nu. 54. & seq.* sed *Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat num. 28.* dicit, quod sufficit, vt Nuncius de directo vadat ad domum citandi, non facta dicta perquisitione per loca solita, vbi inquisitus practicari solebat, & idem tenet *Cartar. de exequut. sent. cap. fin. nu. 183.* & dicit ibi ipse *Foller.* quod ita vbiq; practicatur, quam practicam ipse *Foller.* ibi comprobat per *d. prag. 2. de ordin. iudic.* quæ mandat, vt quis possit citari personaliter, vel domi, idem tenet *Marant. d. membro 1. nu. 126. Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 31. ver. sed numquid. Farinac. tit. de inquisitione quæst. 11. nu 41. & Guazzin. ad defensam reorum def. 10. cap. 1. n. 16. & n. 19.* vbi *d. nu. 19.* dicit, quod de iure communi forma citationis est, vt quis citetur personaliter, vel ad domum habitationis, & in simplici commissione de citando, hoc subintelligitur. *Bar. d. l. 4. §. prætor ait ff. de damno infecto, & Petrus de Benintendis dec. 57. n. 1 & 2.*

10 Sed quādo in citatione sit dictum, quod reus citetur de persona, si de persona haberi possit, sin autem domi suæ solitæ habitationis, si Nuncius referat, citasse reum domi suæ solitæ habitationis, & per prius non fecisse diligentiam in perquirendo reum de persona, talis citatio est nulla, quod si sequatur sentētia foriudicationis erit quoque nulla, ita *Guazzinus d. def. 10. d. cap. 2. nu. 7. & nu. 22. & Farinac. d. quæst. 11. ver. & nihilominus*, nisi Nūcius referat, intimasse reum domi suæ solitæ habitationis eo modo, & forma sibi commissa, quia tunc præsumitur, per prius fecisse diligentias in perquirendo reum de persona, & eum non inueniisse, & quod ideo eum citauit domi, licet hoc non expressit in relatione. *Guazzin. d. cap. 2. d. n. 7. in fine, & d. def. 10. cap. 4. n. 4. & n. 6.* & faciunt dicta per *Præsid. de Franch. dec. 322.*

11 Et citatio ad domum sufficit, vt quis possit banniri in contumaciam. *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 31. ver. dictum est.* sequitur *Ambros. de process. informat. lib. 5. cap. 1. n. 19.* Et in Regno potest procedi ad sententiam foriudicationis contra fictum contumacem, qui domi fuit citatus. *Foller. pract. crim. 4. part. 3. partis rub. & si confitebuntur n. 5. in fine*, & ideo sententia foriudicationis impugnari non potest, & impediri eius exequutio, ex eo quod citatio fuit domi notificata, ita *Cartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 176. cum plurib. seq.*

12 Et carceratus, licet certum sit, ipsū esse in carceribus, tamen potest citari domi. *Annas. sing 68.* & quando carcera-

tus

Digitized by Google

tus est citatus, valet citatio, quia ipse potest per Procuratorem comparere, ita *Foller.d.rub.vel eos verbaliter citari faciet num.30.* sed quod carceratus non possit citari, nec contrà eum procedi, dicit *Hipp.de Marsi.de bannitis, ver.carcerati n.31.& in pract.crim.§.sequitur nu.37.* Et *Bar.in l.in ius ff.de in ius vocando*, dicit, quod qui est in carcere, non debet citari, quod si sit citatus, & non comparet, non dicitur contumax, & *Cardin. Albanus in add.ad Bar.* ibi *n.1.* dicit, hoc procedere, si ipse carceratus sit citatus personaliter ad carceres, quia tūc non dicitur contumax, vndè infra in *cap.8.nu.81.* dicam, quod si sit lata sententia foriudicationis contra carceratum per Iudicem, qui sciebat dictā carcerationem, prædicta sententia est nulla, & opinio *Foller.* potest procedere, quando carceratus est citatus pro causa ciuili, pro qua potest comparere per Procuratorem, quia tunc si nō comparet, efficitur cōtumax. *Angelus in cons.65.& Albanus in add.ad Bar.d.n.1.*

13 Et quando citatio notificatur domi, ipsa debet notificari vni de domo, & Nuncius in relatione debet expressè referre, cui de domo citationem notificauit, ita *Foller pract.crim.rub.fiat relatio Nuncij n.8.& de Nigris d.cap.Reg. siue quis n.19.ver.& debet*; alias notificatio est nulla. *Gramat d.cons.crim 71.n.4, & d.cons.ciuili 152.nu.5.* Et foriudicatio ex hoc defectu potest annullari, vt docet *de Nigris d.ver.& debet.* Immo debet præstari iuramentum per illum de domo, vt quamprimum potuerit, notificabit citationem citato, vt in *Const.Reg citationis literæ*, alias si non sit præstitum dictum iuramentum, citatio non valet. *Foller. d rub. fiat relatio nuntij nu.9. Marant.d.membro 1.nu.124.& Gramat. d.cons.crim.71 n.5.*

14 Sed quandò citatio est notificata domi, si ipsa citatio sit notificata alicui de domo, qui est odiosus inquisiti, puta si sit notificata vxori inquisiti, qui inquisitus interfecit patrem suæ vxoris, in tali casu præsumitur, quod ipsa vxor non det notitiam citationis marito citato, & ideo talis citatio notificata tali vxori est nulla, quod si deindè ex tali citatione, ita notificata, sit sequuta sententia foriudicationis, ipsa sententia est nulla, vt ita decisum testatur *D.Consil. Merlin. contr.forens.cap.41.& Thor.Compen.decis. tom.3.ver.citatio fol.157.& ver.foriudicatio fol.470. eodem tom.3.* & *Nouarius de grauam.vassallor.tom.3.grauam.9.nu.7. in fine.*

15 Et citatio facta domi solitæ habitationis inquisiti, in qua nullus habitat, est valida, si cōcurrāt requisita posita per *Foller.d.rub.vel eos verbaliter citari faciat n.29.* & per *Marantam d.membro 1.n.124. in fine.*

16 Et reus debet citari in domo suæ solitæ habitationis. *Guazzin.d.def.10. cap.2.nu.30.& Farinacius pract. criminali tit.de inquisitione quæst.11.num.41.* & ita Nūcius referre debet, & non sufficit si dicat, notificasse reo citationem in domo sua, non adiecta particula illa (suæ solitæ habitationis) *Const.Reg.citationis literæ*, & docent *Foller.d. rub.fiat relatio Nuntij n.6.de Nigris d.cap.Reg.siue quis nu.19.ver.& quando, Marant.d.membro 1.n.127. Gramat.d.cons.crim.71.n.3.& d.cons.ciuili 152.nu.11. & Guazzin.d.def.10.cap.2.n.7.* & quando citatio non est facta domi solitæ habitationis inquisiti, ipsa citatio est nulla, immo si Nūcius simpliciter referat, reum citasse domi, non adiecta illa particula (domi suæ solitæ habitationis) citatio non valet. *Reg.Sanfelic.dec.225.nu.8.& Farin. d.quæst.11.nu.41.ver.& in proposito*: sed si Nuncius referat citasse inquisitum domi modo, & forma sibi commissa, non adiecta particula illa (suæ solitæ habitationis) prout ipsi fuit commissum in citatione, ipsa citatio in hoc casu sustinetur *de Franch.dec.322.*

17 Sed quis debet citari in illa domo in qua habitat tempore citationis, licet antea fuisset solitus alibi habitare *Marant.d.membro 1.n.124.in fine.*

18 Et quando inquisitus reperitur extra iurisdictionem sui Iudicis competentis, non potest ibi citari cum literis citatorialibus expeditis per dictum suum Iudicem competentem, nisi in dictis literis imploretur brachium illius Iudicis, vbi manet ipse reus. *prag. 1.de citationib. Bar. in l.1.§.Præsides ff.de requirendis reis, Riccius coll.2105.* latè *Foller. d. rub. vel eos verbaliter citari faciat n.27. Marant.d.membro 1.n.40. Guazzinus d.def.10.cap.2.n.28.& Iul.Clar.d.quæst.31. ver.sed hæc quidem*, vbi *ver. seq.* hoc ampliat, dato, quod ipsi Iudices sint subiecti sub eodem Principe, nam adhuc in dictis literis debet implorari brachium illius Iudicis, vbi manet citandus,

Digitized by Google

tandus, & idem tenent *Couar. pract. quæst cap.10.num.7. & Cartar.de exequut. sent.cap.fin.nu.185.*& quod citatio personæ exteræ sit faciendа cum literis hortatorialibus directis Iudici loci, vbi adest citandus, dicit *Farin.d.quæst. 11.nu.43.*vbi in fine dicit, quod in Vrbe Romana forenses delinquentes in dicta Vrbe citantur ad valuas Curiæ, copijs citationum affixis.

19 Quod si Iudex illius loci, vbi manet citandus noluit implorare suum brachium in citatione Iudicis competentis ipsius citandi, & tunc reus potest per ædictum citari in platea publica. *Iaſ.in l.à diuo Pio num.19.ff.de re iudic. & Regens Rouit.in rub.de citationib. post n 3.*nam quando citandus est persona extera, potest citari per ædictū, *Riccius dec.199. part.3. & Guazzin.d.def. 10.d.cap.2.n.29.*sed melius est implorare brachium Regiorum superiorum, & deindè citare reum in loco vbi manet. *Amend.ad Præſ.de Franch.dec.514. nu.13.Capibl.de Baronib.prag.8.part.2.nu. 154. & Riccius coll. 2105.* nam quis potest tantum citari per ædictum in casu necessitatis, quando aliquo modo quis citari non potest. *de Franch. dec. 516.* & quis citari debet per ædictum, quando citandus non habet habitationem, & ignoretur vbi sit. *Riccius d. dec.199. & Foller. d.rub. vel eos verbaliter citari faciat nu.37.*sed iste citandus potest citari cum imploratione brachij Regiorum Superiorum, & est certum vbi sit, ergo non potest citari per ædictum, nam quis non potest citari per ædictum, quando est certus locus, vbi manet citandus absens. *Barboſ.in l.hæres absens § 1.n.95.ff.de iudicijs.*

20 Et non potest procedi ad citationem per ædictū, nisi per Iudices maiores ordinarios, & delegatos à Principe, & non per alios Iudices pedaneos, & delegatos ab inferiore, *Guazzinus ad defensam reorum d.def.10.d.cap.2. nu.29.in fine.*

21 Sed si Reus sit citatus in aliena iurisdictione, non implorato brachio Iudicis illius loci, vbi reperitur citandus, in hoc casu citatio est valida, & Reus tenetur comparere, *Reg. Rouit. Prag.1.num.17.& num.25. de iurisd. ad invicem non turb. & in prag.3.nu.4.de ordin. iudic. Capibl.de Baronib.prag.3.nu.240.& seq.*prout etiam est, nam licet quis nō possit citari in Ecclesia pro delictis, pro quibus veniat imponenda pena sanguinis. *Valasques dec.81.et Riccius coll. 109. et coll. 628.* tamen si quis sit citatus in Ecclesia, valet citatio, & reus tenetur comparere, dummodo sit citatus personaliter. *Reg. Rouitus prag.3. n.12.de citationib. Boſſ.pract.crim.tit.de captura nu.28.et Marant.dicto membro 1.nu. 129. et Regens Sanfelicius dec. 141.* sed quod si quis sit citatus à Iudice suo competenti extra territorium iudicis citantis absque brachio Iudicis loci, vbi reperitur citandus, in hoc casu citatio sit nulla, & proindè contumacia deinde sequuta non teneat, dicūt *Nouarius quæſt. forenſ.35. tom.2. et Hipp. de Marſ.in l.fin.n.36. ff.de iuriſd.omn.iudic.* vnde merito *Foller. in pract. crim. in 4. part.3.partis rub.et ſi confitebuntur n.10. et Cart.de exequut.ſent.cap.fin.n.185.* dicit, quod si contumax vigore statuti habeatur pro confesso; vt habeatur pro confesso est necesse, vt ipse citatus existat in territorio Iudicis citantis, secus si sit citatus extra territorium Iudicis bannientis, quia tunc citatus non comparens non habetur pro cōfesso virtute contumaciæ modo prædicto contractæ, & dat cautelam ipse *Foller.*ibi in fine, vt ipse reus citetur à Iudice in cuius territorio ipse reus degit, & *n.11.*dicit ipse *Foller.*ibi, quod quis potest citari ratione delicti à Iudice loci delicti extra territorium loci commissi delicti cū citatione hortatoriali directa ad Iudicem, vbi manet reus, dummodo deindè Iudex loci, vbi manet reus, assentiat; & suum brachium imploret, vt diximus.

22 Et quod Iudex possit citare suum subditum extra suum territorium, si Iudex loci, vbi reperitur citandus, requisitus noluit suum brachium impartiri, tenent *Boſſus pract. crim. tit. de citationib.nu.23.et Guazzinus ad defensam reorum, d.def.10.d cap.2.n.28.*

23 Et relatio Nuncij est de substantia citationis. *Guazzin.d.def.10,cap.3.n.1.& est pragm.2. de ordin.iudic.* & docet *Gramat.d.conſ.71.num.10.& d.conſ.152. n.15.* Et dicta relatio debet scribi in actis in calce citationis. *Gramat. d.conſ.71. n.14. & d.conſ.152.nu.20. Bar.in l.multum interest ff.de condit. & demonſt. Foller. d.rub. fiat relatio nuntij nu.1. & de Nigris d.cap. Reg. siue quis n.19.ver.debet etiam,* vbi dicit, quod relatio non potest fieri die feriato, idem tenent *Marant. d.membro*

1. nu.

Digitized by Google

1.nu.55.et Guazzin.d.def.10.d.cap.3.nu.9.

24 Et Iudex non potest ad aliquem actũ procedere cõtra inquisitum citatum, nisi prius constet de relatione Nũcij, & quod dicta relatio sit scripta in actis. *l.2.C.de sport.* Foller.d.rub.fiat relatio *Nuncij n.16.* & ibi *de Angelis in add.n.41. et de Nigris d.cap.Reg. siue quis nu.19.ver. etsi non apparet, et* Marant.d.membro 1.nu. 25 54.*et seq.* vbi *num.*56.dicit ipse Marant. quod si Iudex prius pronunciat contra contumacem, & postea recipiat relationem Nũcij,sententia est nulla, idem tenet Guazzin.d.def.10.cap.3.nu.3. 26 *et de Angelis post d.n.*41. Et debet apparere in actis cui dicta relatio facta sit, & per quem sit scripta. Gramat.d.cons. 27 71.n.12.et n.14. & relatio Nũcij potest fieri tantum Magistro actorum,& nõ requiritur præsentia Iudicis. *prag.2.de citationib.et pragm.28.§.3.de off.Sacri Reg. Consil.*& docent Marant.d.membro 1.nu. 57. *Guazzin.d.cap.3.nu.2.Foller.d.rub.fiat relatio Nuncij n.5.et de Nigris d.cap.Regni siue quis,num.19. ver.debet etiam apparere.*

28 Et qñ non cõstat de relatione Nũcij, sententia foriudicationis est nulla,vt docet *Afflict.in Constit.Reg. pœnam eorum,num.*7.nam in dubio nemo præsumitur citatus, *Vincentius de Anna singul.*611.

29 Et relatio Nuncij debet esse cum duobus testibus; nam quando Nuncius citat Reum,debent interuenire duo testes,*Const.Reg.citationis literæ;* Immo per *Prag.2.de ordine Iudic.* testes debent se subscribere, quod non obseruatur, sed tantum Nuncius debet referre citasse coram duobus testibus, *Regens Rouit. d.Prag.2.num.3.* Sed tunc debent interuenire duo testes, quando citatio fit extra locum Iudicis citantis, alias secus.*de Franch.dec.*560. & est *Prag. 28.§.3. de off. Sac.Reg. Cons.* & docet *Foller. d.rub. fiat relatio* Nuncij,*nu.* 10. Et quando citatio ad capitula fit in loco Iudicis citantis, licet non requiratur præsentia duorum testium, tamen si sit electa via notificandi citationem coram testibus; & sit facta coram vno teste, in hoc casu citatio est nulla, dum non sit facta coram duobus testibus, *de Franch.d.dec.*560.

30 Et quando statutum dat modum citandi,valet tale statutum, *Iul. Clar. pract.crim.§.fin.quæst.*31.*ver.dictum est,& Chart.de exequut.sentent.cap.fin.num.*154. *vbi d.nu.*154.*& seq.* dicit ipse *Chart.* ibi, quod contumax dici non potest, qui secundum formam statuti citatus nõ est, nec pro confesso habetur, vbi *num.*158.*& seq.* dicit ipse *Chartar.* ibi, quod bannum, & sententia, ac totus processus corruit,si citatio non sit facta secundum formam statuti, tàm si dictum statutum expressè annullet actum, quàm si expressè non annullet, *& num.*184. dicit ipse *Chartar.* ibi, quod citatio est nulla, quando ipsa non fuit notificata,seruata forma statuti, & ideo sententia ex ea sequuta non est exequenda.

31 Aduertas, quod si Nuncius simpliciter referat, Reum citasse,non adiecta particula domi, vel personaliter, in hoc casu valet citatio, & in dubio præsumitur facta domi, *de Franch. dec.* 322.*num.*4. *Petrus de Benintendis decis.*57. *post num.*3. *Amend.ad Præs.de Franch. dec.* 514.*num.*6. *& Guazzin. d.def.*10.*d.cap.*3. *num.*13.*vbi num.seq.* dicit, quod Nuncius potest hoc declarare, si citauit domi, vel personaliter inquisitum, quando in relatione non fit dictum, domi,vel personaliter,& vide *Reg.Rouit.in Prag.*3.*num.*6.*de citationibus,*qui remissiuè loquitur,remittens se ad *Petrũ de Benintendis d.dec.*57. qui, vt supra diximus, tenet, valere citationẽ; si Nũcius non exprimat in relatione an Reum citasset domi,vel personaliter, & in dubio præsumi, dictam citationem fuisse factam domi, vt dicit ipse *Petrus de* Benintendis, vbi supra.

32 Forma relationis quomodo esse debeat, posui supra cap. præcedenti, nu.31. & 34.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia prima, & vltima, quando, & quomodo describantur in actis,& nu.*2.

2 *Citandus si habitat in loco iudicij,citatur ad primam,alias si extra, & tunc citatur, vt compareat infra certum tempus secundum distantiam loci, quod si dies termini cadat in diem feriatum, & tunc citatus tenetur comparere die sequenti iuridico, num.*3.

4 *Contumacia prima, & vltima si non sint incusatæ,& descriptæ in actis,citatio non tenet,& num.*6.*& incusantur prima,& vltima contumacia per Fiscum,etiam si adsit accusator, num.*5.

7 *Decretum, per quod quis reputatur contumax in citatione ad informandum, & ad capi-*

Digitized by Google

capitula, quando, & qua forma proferatur?

8 *Contumacia contrahitur per citationem præcedentem.*

9 *Contumax quis reputari non potest, nisi prius vocetur per Nuncium.*

10 *Contumax declarari debet per sententiam, ipsum esse contumacem, & nu.* 11.

12 *Citatus si moriatur antequam pronuncietur contumax, hæc contumacia hæredi non nocet.*

13 *Contumax qua pœna puniatur de iure communi, de iure Regni, & de stylo aliarum Curiarum, vsque ad num.* 17. *& qui excusentur à pœna contumaciæ, à nu.* 18. *vsque ad num.* 24.

14 *Stylus Curiæ est obseruandus, post nu.* 14.

25 *Contumax dicitur, qui curauit, ad ipsum nõ peruenisse citationem, vel si latitauit, vel si abscondidit, ne citari possit, & nu.* 26.

27 *Contumax dicitur, qui comparuit, & statim discessit à iudicio, & idem est, si quis compareat, & protestetur, quod non intendit in Iudicem consentire, nu.* 28.

CAP. VII.

De contumacijs incusandis in dictis citationibus.

1 EXpedita citatione ad informandum, & ad capitula, & facta relatione Nuncij, quod dictam citationem notificauit Reo inquisito, die sequenti, postquam dicta citatio fuit notificata, incusatur prima contumacia, nam dies citationis non computatur in termino, vt in *ritu* 119. *& in ritu* 123. & docent *Foller. pract. crimin. rub. accusentur contumaciæ, num.* 5. *& Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, num* 39. *fol. mihi* 16 *à tergo*. Et dicta prima contumacia describitur in actis hoc modo videlicet, *die, &c. mensis, &c. anno &c. incusata fuit prima contumacia instante Fisco contra T. de T. citatum relatum, & non comparentem*; Et deinde expectantur alij tres dies, & die sequenti incusatur vltima cõtumacia, vt in *ritu* 223. *& in ritu* 224. & est *Prag.* 3. *de ordine Iudic.* & docet *Carolus Rota in florilegio pract. conclus. conclus.* 9. *num.* 15. Et dicta vltima contumacia describitur in actis hoc modo videlicet, *die, &c. mensis, &c. anno, &c. Curia pro Tribunali sedente incusata fuit vltima contumacia contra T. de T. citatum, relatum, & non comparentem, instante Fisco, &c.* Et prima cõtumacia potest incusari corã Actuario tantum, absente Iudice, & non Curia sedente, vt in *ritu* 225. & docet *Carterius, vbi supra num.* 40. dummodo non sit dies festus, vt in *ritu* 82. & in *ritu* 95. alias incusatur die sequenti iuridico, facta mẽtione, quod prima non fuit incusata die precedenti ob talem festum. *Carrerius, vbi sup. nu.* 41. *& Marant. in suo speculo par.* 6. *membro* 1. *nu.* 68. & est *ritus* 224. *& ritus* 226. Sed vltima cõtumacia debet incusari, Curia pro tribunali sedente, *Foller d. rub. accusentur contumaciæ num.* 1. 2. *&* 7.

2 Et quando citandus habitat in eadem Ciuitate, vbi residet Iudex, & tunc ipse citatur ad primam iuris, & prima contumacia incusatur die sequenti post citationem notificatam, *Foller. d. rub. accusentur contumaciæ, num.* 1. alias si citandus habitat extra, & tunc in citatione dicitur, vt Reus compareat infra certum tempus secundum distãtiam loci, *Marant. d. membro* 1. *num.* 67. & est *tex. in l. nonnunquam, ff. de iudicijs*, & est *ritus* 121. & prima contumacia incusatur in vltimo die dicti temporis, *Foller. d. rub accusentur contumaciæ, nu.* 3.

3 Et quando quis citatur, vt compareat infra certum tempus, si dies termini cadet in diem feriatum, citatus tenetur comparere die sequenti iuridico, vt in *ritu* 17. *& in ritu* 157. & docet *Maranta d. memb.* 1. *n.* 120. *&* 123.

4 Et aduertas, quod si in citatione nõ sit incusata prima, & vltima contumacia, citatio nõ tenet. *Foller. in pract. crim. in* 4. *par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num.* 20. *& de Franch. decis.* 204. *num.* 18. Et contumaciæ debent incusari expressè, *Pragm.* 3. *de ordin. Iudic. de Nigris in cap. Reg. siue quis, num.* 19. *versic. requiritur etiam vt Reo*; Et non sufficit, vt actor compareat, & instet, procedi ad vlteriora, *l. properandum*, §. *& si quidem. C. de iudicijs*, & docet *Carauit. ritu* 218. *num.* 5. Sed fauore Fisci, ne delicta remaneant impunita, si citatio sit expedita per Magnam Curiam Vicarię, & sit notificata in partibus, & propter distantiam loci, Nuncius non dũ aduenit in ipsã Magnã Curiã, tempore, quo debebat incusari prima, & vltima contumacia, in hoc casu intelliguntur incusatæ in tempore, & Reo non comparente, ipse efficitur contumax, *Prag.* 5. §. *Carolus Quintus, de citationib.*

Digitized by Google

tationib. dummodò postea prima, & vltima contumacia describatur in dicta citatione, *Regens Rouit.d.Pragm.5. num.2.de citationib.* Quod secus est in ciuilibus causis, in quibus si actor non incusat contumacias temporibus solitis, Reus non dicitur contumax, vt docet *Marant.d.memb.1.num.1. & Thes. dec.19.* & est *tex.de iure Reg.in Prag.3.de ordine Iudic.* Et quod si citatus non cõpareat, non possit dici contumax, si pars aduersa non accusauit contumaciam suam in iudicio, tenet *Hippol.de Marsi.de bannitis, vers.contumacia, num.11.* Et quod debeãt incusari contumacię per partem, dicit *Foller. in d.quarta parte, 3.part.rub. & si confitebuntur, nu 20.* licet *Cabal. resolut.crim. casu 119. num.13.* dicat, quod de consuetudine non seruatur, quod accusetur contumacia Rei, siue procedatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, sed sufficit, si ex actis constet, quod Reus citatus non comparuit, sed cõtumax fuit; tamen prima opinio est vera, nam citatio circũducitur, actore, & Reo in termino citationis non comparentibus, *l.post edictum, §.1.ff.de iudiciis, Chart.de exequut.sent. c.fin.n.167. vbi num.seq.* dicit, quod quis, vt contumax condemnari non potest, si in termino cadentis citationis accusata nõ fuerit contumacia citati, & hoc etiã si disponat statutum, vt contumax habeatur pro confesso, *Chartar d.cap. fin.num.169.vbi num 170.* dicit, hoc procedere quando per viam accusationis proceditur, secus verò si procedatur ex officio per viam inquisitionis, quia tunc sufficit, quod de tali contumacia ex actis constet; sed hoc in practica in isto Regno nõ seruatur, nam in hoc Regno semper contumacia incusatur, siue ex officio procedatur, siue ad querelam partis. *Carauit. titu 133.num.5. & Chartar.d.num.170.* vbi dicit idem esse in Regno Franciæ, & licet ipse *Chartar.* ibi *nu.171.* dicat, quod etiam si per viam accusationis procedatur, hodie non obseruetur, quod cõtumacia accusari debeat, alias processus sit nullus, sed satis sit, quod ex actis constet, citat *Boss. pract.crim.tit.de banni nullitate, num.7.in fine*; tamen ipse idem *Chartar.* ibi, *num.173.* deinde dicit, quod super his solet dari certa forma in qualibet Prouincia, & Ciuitate ex Statutis, & Consuetudine, quæ seruanda est, vt etiam tenet *Iul. Clar.pract crim. §.fin. quæst.44.ver.dictum est, in fine.*

5 Et quando in criminalibus adest accusator, vltima contumacia debet incusari, instante Fisco, & parte, vt in *ritu 206.* vbi *Carauit.num.1.* dicit, quod licet hoc sit dispositum per illum ritum, tamẽ in practica seruatur, quod sufficiat tantum, si Fisco instante, accusetur vltima contumacia; & quod contumaciæ possint incusari per accusatorẽ, vel per Fiscum, dicit *Ozasc. dec.71. num.3. Thes. dec.19. & Baldass. de Angelis ad Gizzarell. decis.17. num.6.* sed *Iul.Clar.pract.crim.§.fin. d.quæst.44. vers. dictum est*; dicit, quod debet seruari loci consuetudo.

6 Et quod contumaciæ debeant incusari, & describi in actis, dicunt *Afflict.in Const. Regni pœnam eorum, num.8. & Boss. pract. crim. tit. de banni nullitate, nu.7.in fine.*

7 Et incusata prima, & vltima contumacia, eodem die, quo fuit incusata vltima contumacia, Curia pro tribunali sedente, interponitur decretum in citatione ad informandum hoc modo videlicet. *Eodem supradicto die, Curia pro tribunali sedente, vocato in banco iuris d. T. de T. citato relato, & non comparente per se, vel per alium, qui eum excusaret, per talem seruientem nostræ Curiæ alta, & intelligibili voce more præconis, vt iuris, & moris est, & quia dictus T. de T. non comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipsius iustam excusationem proponeret, & allegaret, ideo, instante Fisco, fuit dictus T. de T. reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam in mandato contentam, & dictum quod capiatur de persona.*

Et in citatione ad capitula, incusata vltima contumacia, interponitur decretum videlicet. *Eodem supradicto die, Curia pro tribunali sedente, vocato in banco iuris d.T. de T. citato, relato, & non comparente per se, nec per alium, qui eum excusaret, per talem seruientem nostræ Curiæ, alta, & intelligibili voce more Præconis, & quia non comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipsius iustam causam excusationis proponeret, & allegaret, ideo, instante Fisco, fuit ipse T. de T. reputatus contumax, & condẽnatus ad tertiam partem bonorum mobilium commodis Curiæ applicandam, & fuit prouisum d. Tal. de T. esse ponendum in banno, capiendum de persona, & bona eius adnotanda Fisci commodis*, & hanc

pra-

Digitized by Google

practicam ponit Foller. *d.rub.accusentur contumacia, nu.1.& de Nigris d.c.Reg.siue quis,num.19. ver.& in vltima contumacia; Carolus Rota in florilegio practic. conclus. conclus.9. num.9. & Carrerius, vbi supra, num.45.*

Et fit supradicto modo, quando debet expectari annus, sed si quis sit citatus cum breuiatione dierum quindecim,& tunc Magna Curia Vicarie, incusata prima contumacia, interponit decretum tenoris sequentis videlicet.

Et quia supradicti citati, relati,& in banca vocati non comparuerunt, nec aliquis pro eis, qui ipsorum absentiæ causam proponerent, vel alijs legitimis excusationibus excusarent; cõparẽte in iudicio Magnifico Regij Fisci Procuratore,& maxima cum instantia vltimam contumaciam incusante; constito nobis prius legitimè de citatione, relatione,& contumacia prædicta; triduoque potius de equitate, quàm de iure expectato, & elapso: ob eorum contumaciam ipsos banno subponimus, & ad tertiam partem omnium eorum bonorum mobilium condemnamus Fisci commodis applicandam; decernentes nihilominus, reliqua eorum bona tàm mobilia, quàm stabilia esse describenda,& adnotanda ad opus, & instantiam dicti Regij Fisci vsq; ad circulum dierum quindecim, seruata forma Regiarum Pragmaticarum, vt in citatione ad capitula continetur, & ita prouisum per hoc suum,&c.

8 Et per citationem præcedentem contrahitur contumacia, *Bald. in l.vt perfectius,num.17. C.de annona except.& Io. Aloysius Catalanus de indulto cap.12. num.12.*

9 Et quis non potest reputari contumax, nisi prius vocetur per seruientem Curiæ, vel alium eius loco alta voce,& Curia sedente, vt in *ritu* 209. & docet *Follerius in pract. crim. d.rub.accusentur contumacia, nu.8.*

10 Et Iudex interloquendo debet declarare, citatum esse contumacem, *Affl.in Const. Reg. pœnam eorum, num.9. Riccius collect.2576. Carolus Rota practic. conclus.conclus.9.num.86.in fine. Boer.dec. 63.Iul.Clar.pract.crim.§.fin.quæst.44. ver. sed numquid,Boss.in pract.crim. tit.de banni nullitate,num.7.in fine,Hipp.de Marsi.prac. crim.§.aggredior,num.106. & Chartar.de exequut.sent. cap.fin. num.174.* vbi dicit, quod eodem contextu Iudex declarat, & pronunciat ipsum Reum contumacem, & illum tanquam contumacem condemnat, sed *glos. in l.penul. §.tu autem.C.ad Senat.Consul.Trebell.* dicit, quod sufficit constare ex actis, quem esse contumacem absque eo, quod Iudex pronunciet, illum esse contumacem, *glosam istam,* citat *Hipp. de Marsi.de bannitis, ver.contumacia,n.139.* qui postremò se remittit ad ea, quæ dixit in *pract.crim.§.postquam,num 42.& in §.aggredior,num.12.* & ipse *Hippolit.de Marsi. d. ver. contumacia, num.153.* dicit, quod contumacia declaratur, quando Iudex procedit ad condemnationem, quia tacitè videtur declarare, eum esse contumacem; & contumacia probatur ex actis, puta si constat de citatione, & non constat de comparitione. *Hipp.de Marsi. d.ver contumacia,num.99.vbi num.seq.* dicit, quod contumacia nõ probatur per verba sententiæ,& *num.103.* dicit ipse *Hippol. de Marsi.d.ver.contumacia,* quod contumacia in dubio non præsumitur. Et contumax antequã puniri possit, debet prius constare de contumacia, alias condemnatio nõ valet. *Hipp.de Marsi. d.ver.contumacia, num.134.* Et quando statutum dicit, quod contumax ponatur in banno, non est necesse, quod Iudex priusquam ponat contumacẽ in banno, declaret eum cõtumacem, sed satis est, quod contumacia constet ex actis, *Cabal. resol. crim. casu 110. num.10.* qui citat *Affl.in Const. Reg. pœnam eorum num.9.* qui tamen *Affl* tenet
11 contrarium. Quod si Actuarius notet in quinterno, talem esse cõtumacem, per talem descriptionem non probatur contumacia, sed debet apparere decretum Iudicis, per quod quis declaratur contumax, ita *Riccius dec.69.par.3.* nam super contumaciam requiritur interloquutoria Iudicis, non obstante, quod contumacia ipsa constet ex actis, ita *Hipp.de Marsi. pract. crimin. d.§.postquam, num.42. cum duobus num. seq.*

12 Quod si contumax moriatur antequam contumax pronuncietur, hæc contumacia hæredi non nocet. *Hipp. de Marsi.d.ver.contumacia, nu.52. & in l.de vnoquoque,nu.213 ff.de re iud.*

13 Et cõtumax de iure communi punitur arbitrio Iudicis, *l.vnica, ff. si quis ius dicent, non obtemperauer.* & docent *Bart.in l.2.num.16.ff.si quis in ius vocat.nõ ierit, Affl in Const.Reg. pœnam nouem, n.3. & Thes. dec.65. num.4.* Et inobediens

Digitized by Google

mandatis Iudicis punitur, si ipse Iudex aliquod iustum mandat. *dicta l. vnica vbi glos. & DD. Iul. Clar. pract. crim. §. 1. ver. scias autem, & Cabal. resol. crim. casu 85. n. 1. & n. 2.* sed dicta multa non debet esse immoderata, & excessiua, sed debet esse iuxtà mẽsuram delicti, & non grauior, & Iudex dictam multam eius arbitrio pro facti, & personarum qualitate imponere debet, *Farinacius quæst. 18. num. 31. ver. secunda sit conclusio, & Cabal. d. casu 85. n. 7.*

14. Sed in Regno nostro punitur contumax in criminalibus ad tertiam partem bonorum mobilium. *Const. Regn. pœnam nouem vnciarum, & Const. Reg. grandis vtilitas,* & est *ritus 93. & ritus 206.* & docet *Foller. d. rub. accusentur contumaciæ n. 11.* Quod practicatur quando quis est contumax in citatione ad capitula, & sic in casu, in quo quis potest foriudicari. *Marant. in suo speculo part. 6. membro 2. n. 25.* sed quando quis est contumax in citatione ad informandum in casibus, in quibus non potest foriudicari, & tunc contumax tenetur ad solutionem carolenorum triginta duorum pro iure contumaciæ, ita *Carauit. ritu 211. & Viuius dec. 273. nu. 3.* quos citat *Nouarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 180.* sed *Regens Tapia*, quem etiam refert ipsemet *Nouarius d. dec. 180.* dicit esse soluendos carolenos decem per contumacem, sed ipse *Nouarius* ibi dicit, pro purgatione cõtumaciæ ab inquisito, esse soluendam quantitatem iuxta qualitatem delicti, & qualitatem personæ inquisitæ, sed dictam quantitatem nunquam excedere dictam summam triginta duorum carolenorum, & idem tenet *Riccius coll. 3473.* & *Carolus Rota in Florilegio pract. conclus. conclus. 9. n. 31.* sed tu dicas, quoad quantitatem pœnæ contumaciæ, esse attendendum consuetudinem loci. *Carolus Rota d. conclus. 9. nu. 28.* nam stylus Curiæ est obseruandus *Affl. dec. 79. n. 4. & dec. 235. nu. 4. Guid. Pap. dec. 292. Anna sing. 497. Carau. ritu 1. Viuius dec. 297. & est cap. Regn. 288.* ibi (*ac bonas obseruantias Regni*) & stylus Curiæ inducitur spatio decem annorum, & sententia lata contra stylum Curiæ est nulla. *l. prolatam C. de sent. & interlocut. omn. iud.* & docet *Riccius coll. 2116. ver. consuetudo autem, & in dec. 117. nu. 3. part. 2.* Et stylus est quid facti, qui non præsumitur, nisi probetur per allegatem. *Riccius dec. 53. part. 1.* & stylus Curiæ quomodo sit probandus, vide *Riccium d. dec. 117. part. 2.* Sed tunc stylus Curiæ est obseruandus, quando stylus ipse est confirmatus auctoritate Principis, alias secus, & maximè quando stylus ipse est contra dispositionem alicuius legis, quia tunc si non sit cõfirmatus per Principem, non est obseruandus. *Gramat. cons. crim. 71. n. 20. & cons. ciuili 152. nu. 34. cum pluribus numeris sequentibus.*

15 Et in mea Patria contumax in criminalibus soluit pro iure contumaciæ ducatos quinque, quando Reus est citatus ad informandum tantum. *Carolus Rota d. n. 28.* sed si sit citatus ad informandum, & ad capitula soluit ducatos decem pro iure contumaciæ vltrà pœnam contumaciæ citationis ad informandum.

16 Sed in Curia meretricum in Ciuitate Neapolitana pro contumacia criminali exigitur tarenus vnus à cõtumace. *prag. 6. §. 8. de meretricibus.*

17 Et in Magna Curia Vicariæ pœna contumaciæ taxatur arbitrio Fisci attenta qualitate inquisiti, & grauitate delicti, & in Curijs Baronalibus pœna contumaciæ taxatur iuxta Constitutiones, & Ritus Regni, vt ita decisum testatur *Dominus Regens Hector Capic. latro dec. 77.* nisi in contrarium sit consuetudo, vt diximus, & in dec. *Domini Regentis Hectoris Capycij latro* non fuit probata consuetudo in contrarium Constitutionibus, & Ritibus Regni, vndè merito per Sacrum Regium Consilium fuit dictum, quod interim obseruentur Constitutiones, & Ritus Regni quoad pœnam contumaciæ, nam quousque non sit probata consuetudo in contrarium, standum est dictis Constitutionibus, & Ritibus Regni.

18 Sed à pœna contumaciæ excusatur Rusticus propter eius rusticitatem. *l. 2. ff si quis in ius vocatus non ierit,* & docet *Nouarius coll 69. n. 28.* nisi Rusticus ipse sit persona sagax, quia tunc non excusatur à pœna contumaciæ, ita *Bal. in l. si illud ff. de iure iurando, Socin. in suis fallentijs reg. 17. ver. rusticus,* prout etiam licet Rusticus excusetur à præsumpta fraude vsurarum propter rusticitatem, & ignorantiam iuris, tamẽ secus est in Rustico sagaci. *de Nigris in cap. Regni 270. n. 34.*

19 Sic

Digitized by Google

19 Sic etiam si ciuis veniat ad comparendum, & cum sit in itinere ob aliquam fluminis inundationem non possit transire, & propter hoc reputetur contumax, in hoc casu constito de tali impedimento excusatur à pœna contumaciæ *l. 5. quod diximus. & ibi per eum in iudicio ff. si quis cautionib.* & docent *Carauita in rit. 268. nu. 4. & Nouarius auicus meus bonæ memoriæ de grauaminib. vassallorum tom. 3. grauamine 56.*

20 Sic etiam à pœna contumaciæ excusatur pauper, qui propter paupertatem illam soluere non potest. *Danz. de pugna DD. tom. 1. tit. de contumacia. in princ.*

21 Et pœna contumaciæ neq; exigi debet à ficto contumace, puta si contumax fuit citatus domi, quia tunc nõ tenetur ad pœnam contumaciæ. *Balb. dec. 371. Nouarius in coll. 69. n. 32. Marant. in suo speculo part. 6. ad 2. nu. 288. & seq. & Rorell. summa decis. tit. 46. nu. 181.* Et qui personaliter citatus fuit, & non comparuit, dicitur verus contumax. *Hipp. de Marsi. de bannitis ver. contumacia nu. 34.* vbi *nu. 41.* dicit, quod qui fuit citatus domi, dicitur fictus contumax, & *nu. 111.* dicit ipse *Hipp. de Marsi.* ibi, quod appellatione contumaciæ in libello venit vera, & non ficta, & *nu. 154.* dicit ipse *Hipp. de Marsi.* ibi, quod ficta contumacia non sufficit ad bannum, de quo dic vt diximus supra *c. 6. nu. 11.* & ipse *Hipp. de Marsi. d. ver. cõtumacia n. 109.* dicit, quod ficta contumacia non sufficit ad mulctam; & quod contumax verus dicatur ille, qui fuit personaliter citatus, & fictus dicatur, qui fuit domi citatus, dicit *Marant. in suo speculo part. 6. rub. & aduertatur circa contumacias num. 8.* sed in Regno Neapolitano quis potest citari personaliter, vel domi. *prag. 2. de ordine iudic.* & ideo in Regno si quis sit citatus domi, & sit reputatus contumax non per hoc, quod fuit citatus domi excusatur à pœna, cõtumaciæ, sed illam soluere tenetur. *Nouarius de grauaminibus vassallorum tom. 3. grauamine 55. & Marant. d. part. 6. membro 1. n. 128.* sic etiam citatus domi in Regno potest foriudicari, vt diximus supra *cap. 6. n. 11.*

22 Sed quando contumacia non est ritè, & rectè contracta, tunc pœna contumaciæ non potest exigi, nam contumax nulliter non potest dici contumax. *Decius in cap. appellationib. extra de appellat. Gramat. dec. 29. nu. 1. & n. 2. & Catalan. de indulto cap. 43. n. 33.* vbi *nu. 32.* dicit, quod non dicitur bannitus, qui non ritè, & rectè fuit bannitus, citat *Bar. & Alex. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. Curtium seniorem cons. 60. & Decium in cap. prudentiam de officio delegati.*

23 Et bannitus, qui non potuit comparere in termino bãni per mortem Potestatis, non habetur pro contumace. *Hipp. de Marsi. prax. crim. §. sequitur n. 39.*

24 Sic etiam pœna contumaciæ tertiæ partis bonorum mobilium nõ potest exigi à Neapolitano contumace. *Regens Sanfelic. dec. 135. n. 24.* in qua dec. dicit ipse *Regens Sanfelic.* quod pœna spreti mandati potest exigi contra Neapolitanum.

25 Sed qui curauit, ad ipsum non peruenisse citationem, dicitur cõtumax. *DD. in clem. 1. de iudicijs, Hipp. de Marsi. de bannitis d. ver. contumacia n. 37.*

26 Et quando quis dolosè latitat, & se occultat, ne citari possit, habetur pro citato, & contra ipsum potest expediri actus. *Marant. in suo speculo parte 6. rub. rectè concipiatur citatio n. 36.*

27 Et quando quis comparet in vltimo peremptorio, si statim deinde discedat, adhuc dicitur contumax, nam non dicitur venisse, qui venit, & non stetit. *cap. 1. de iudicijs,* & contumax dicitur, qui sine licentia recedit à iudicio. *Bar. in l. consentaneum in fine C. quomodo, & quando Iudex, & Hipp. de Marsi. d. ver. contumacia n. 30.*

28 Sic etiam dicitur contumax, qui comparet, & protestatur, quod non intendit in Iudicem consentire, nisi addat clausulam, nisi si, & in quantum de iure tenetur, quia tunc non dicitur contumax. *Hipp. de Marsi. d. ver. contumacia n. 1.* vbi dicit, quod si quis simpliciter protestetur de incompetentia, potest per Iudicem procedi contra eum, tanquam contra contumacem, nisi addat clausulam, nisi si, & in quantum de iure teneatur, & idem tenet Petrus Garzia *Toleto in dicto 118.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus pro causis criminalibus tenetur personaliter comparere ad se defendum, & nõ potest comparere per Procuratorem, assignatur ratio n. 2. & 4. ampliatur plurimis modis à nu. 14. vsq; ad n. 22. sed limitatur plu-*

Digitized by Google

pluribus modis à n.23. vsq; ad n.87.

3 Sententia lata contra absentem est nulla, secus si sit lata in eius fauorem.

5 Actuarius in causis criminalibus non potest recipere petitiones, quæ sapiunt defensiones reorum, ab alijs, quàm à dictis reis.

8 Accusator non tenetur personaliter comparere ad prosequendam suam accusationem; sed potest mittere Procuratorem, & ipse accusator debet in omnibus audiri, & citari debet, si intendat, facere partem in iudicio n.9.

10 Creditor, & debitor in materia liquidationis instrumenti an teneantur personaliter cõparere, vel possint comparere per Procuratorem vsq; ad n.13.

25 Vniuersitas, & mulier in causis criminalibus an possint comparere per Procuratorem? vsq; ad n.33.

34 Clericus citatus pro causa criminali an teneatur personaliter comparere? & quid in fene? ibidem.

48 Citatus ad locum non tutum an possit comparere per Procuratorem ad excipiendum de loco non tuto? & latè de ista exceptione loci non tuti, vsq; ad n.59.

49 Extiua tempora an possint opponi per Procuratorem in causa criminali?

50 Citatus ad locum inhonestum non tenetur ibi comparere.

53 Foriudicatio est nulla, si foriudicatus ostendat, locum, vbi debebat comparere, non esse tutum.

54 Foriudicatio est nulla, quando foriuditatus non fuit assecuratus pro alio delicto per eum antea commisso. Limitatur nu.56. & per quem sit facienda ista assecuratio? d. n.54.

60 Infirmitatis exceptio potest opponi per Procuratorem in causa criminali, sed ipsa admittitur, dummodò præsentetur fides Medicorum attestantium de ipsa infirmitate, & debet præsentari instrumentum publicum, & infirmitas ipsa debet esse grauis, et latè de materia exceptionis infirmitatis, vsq; ad n.75. & quid de muliere prægnãte? n.72.

75 Baro infirmus si citetur pro causa criminali, eius vassallus potest conficere instrumentum infirmitatis.

76 Captiuitatis exceptio potest opponi per consanguineos citati pro causa criminali.

77 Carcerationis exceptio potest opponi per consanguineos citati pro causa criminali; sed ipsi debẽt producere fidẽ carcerationis, & quomodo esse debeat dicta fides? n.79.

78 Sententia foriudicationis lata contra carceratum an sit valida, & n.81.

83 Comparere an quis possit in causa criminali pro reo absente, & dare tedes Iudici pro innocentia rei?

84 Foriudicari quis non potest, si ex processu appareat de eius innocentia.

85 Princeps ex gratia potest admittere Procuratorem pro defensione rei absentis.

86 Procurator admittitur, reo absente, ad probandum notorium.

87 Absentia citati pro causa criminali potest allegari per consanguineos citati, & latè de materia absentiæ vsq; ad n. 106.

107 Foriudicatio, est nulla, si per consanguineos foriudicati, tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuerunt allegata iusta impedimenta, & non fuerunt admissa.

CAP. VIII.

Citatus ad informandum, & ad capitula tenetur personaliter comparere, sed plures exceptiones opponere potest per eius agnatos, cognatos, & Procuratores.

1 CItatus ad informandum, & ad capitula tenetur personaliter comparere, & non potest comparere per Procuratorem ad se defendendum in principali negotio. *l.pen. §. ad crimen ff. de publicis iudicijs l. seruum quoque §. publici ff. de procurat. cap. veniens extra de accusat.* & est *tex. de iure Reg. in ritu* 106. & *in ritu* 269. & *in prag.* 30. *§.2. de off.* Magistri Iustit. & est ratio, nam si reus in criminalibus possit comparere per Procuratorem ad se defendendum, ipso reo absẽte, iudicium redderetur eluſorium, nam si deinde ipse reus esset condemnatus vltimo supplicio, sententia ipsa non posset exequutioni demandari, dum reus esset absens, & sic iudicium redderetur eluſorium, contra *tex. in l. si Prætor ff. de iudicijs*, & 3 ideo si sententia sit lata contra absentem, ipsa sententia est nulla. *l. absentem ff. de pœnis, l. absentem C. de accusat. Carolus Rota in florilegio pract. concluſ. concluſ. 9. n.2.* sed si sententia sit lata in fauorem absentis, ipsa sententia valet. *Marant: in suo speculo part.6. membro 1. n.16.* & plures alię sunt rationes, pro quibus reus 4

in

in criminalibus non potest componere per Procuratorem, ipso Reo absente, de quibus per *Monticel. pract. crim. reg. 13. in princ.*

5 Et ideo in Regno Actuarius non potest recipere petitiones in causis criminalibus, quæ sapiunt defensiones inquisitorũ, ab alijs, quam à principalibus inquisitis, quando principales ipsi tenentur personaliter comparere. *prag. 6. §. 11. de off. Iustitiarij.*

6 Et licet in Regno nostro possit procedi ad sententiam foriudicationis contra reum absentem in eius contumaciam, vt dixi supra *cap. 1. n. 4. & 5.* tñ ipse foriudicandus nõ potest defendi per Procuratorem in causa principali. *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 32. ver. hæc autem, & quæst. 33. ver. sed quod plus est. & Angelus Aret. de maleficijs ver. qui Iudex videns quod inquisiti non comparent n. 17.* sed alij tenent contrarium, prout est *Monticell. d. reg. 13. post n. 33. & nu. 52. & nu. 57. Guazzin. ad defensam reorum def. 12. cap. 1. nu. 54. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. audiantur excusatores nu. 1. ver. decimatertia declaratio, & Riccius ad Pras. de Francb. dec. 314.* Immo aliqui tenent, statuto disponente, quod contumax habeatur pro confesso; in hoc casu possit defensor comparere pro absente, & allegare eius innocẽtiam, ita *Foller pract. crim. in 4 part. 3. part. rub. & si confitebuntur nu. 27.* tamen prima opinio practicatur, vt testatur *Thesaur. dec. 265. n. 16.* & licet *Hipp. de Mars. pract. crim. §. sequitur nu. 27.* distinguat, quod aut Procurator vult comparere pro reo, qui vigore statuti potest absens condemnari, & instat audiri ad omnes actus occurrentes in ipso iudicio, & non potest, aut vult comparere pro ipso reo ad docendum de eius innocẽtia, vel de sua legitima absentia, vel de priuilegio suo, puta quod sit clericus, qui non potest à Iudice laico inquiri, vel ad ostendendum incompetentiam Iudicis, vel in similibus casibus, & tunc comparere potest; tamẽ opinio *Hipp. de Mars.* non est vera quo ad probationem innocẽtiæ Rei, nam ipse Procurator non potest comparere pro reo absente, qui vigore statuti potest absens condemnari, & opponere de eius innocẽtia, vt diximus; immo quando contra aliquem proceditur in contumaciam ad sententiam foriudicationis, neque Iudex ex officio potest facere defensiones pro ipso reo absente, & quærere probationes ipsius innocentiæ, vt infra dicam, hoc eodem cap. nu. 13.

7 Sed in statu Ecclesiastico per *Const. Iulij secundi* confirmatam per *Pium Quartum* disponitur, vt ante sententiã sit arbitrarium Iudici admittẽdi Procuratorem, excusatorem, vel defensorem ad probandam pro citatis, & contumacibus innocentiam in quocunq; iudicij statu, & instantia causæ, etiam ad conclusionem deductę; quãuis statutum adesset, quod contumax pro confesso habeatur, & docet *Cartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 114.*

8 Et accusator non admittitur per Procuratorem ad prosequendum accusationem, sed ipse personaliter cõparere debet ad proponendam accusationem contra reum inquisitum. *d. §. ad crimen, & l. fin. C. de iniurijs,* & docent *Cepoll. cons. 20. Capyc. dec. 5. in princ. & Monticellus d. reg. 13. n. 12.* & est ratio, nam si accusator accusationem non probat, punitur eadem pœna, qua veniret puniendus reus, si ipse accusator accusationem probasset. *l. 1. §. 1. ff. ad Senat. Conf. Turpil. & in l. fin. C. de accus.* & ideo nei iudicium esset elusoriũ, nimirum, quia si actor veniret puniẽdus, sententia non posset exequutioni demandari, dum ipse esset absens, merito etiam accusator debet personaliter comparere ad accusandum, & ad prosequendum accusationem, & tàm accusatus, quàm accusans detinẽtur. *l. 2. C. de exhibendis reis;* sed quia hodie hæc pœna non imponitur accusatori, vt docẽt *Bar. in d. §. ad crimen num. 2. Iul. Clar. d. §. fin. quæst. 32. ver. ratio autem, & quæst. 81. & Caravit. in ritu 108. in fine, & in ritu 199.* & est *tex. de iure Reg. in Const. Reg. pœnam calumniæ,* vbi *Affl. in 3. not.* sed tantum iste accusator punitur pœna extraordinaria. *Caball. resol. crim. casu 166. & Menoch. de arbit. iudic. casu 322.* Ideo hodie ipse accusator, eo absẽte, admittitur per Procuratorem ad prosequendum suam accusationẽ, vt docet *Iul. Clarus d. quæst. 32. ver. ratio autem, & ver quæro numquid,* vbi dicit, quod accusator non cogitur ad ingrediendum carceres, & idem tenet ipsemet *Iul. Clar. d. §. fi. q. 18. ver. qñ,* prout etiam, nam licet per *ritum 47. & per ritum 199.* denunciãs tenebatur se obligare ad certam pœnam de probando

denun-

denunciationem, & de se non concordando cum denunciato, tamen hoc nodie non est in vsu, sed recessit
9 ab aula. *Carauit. d. ritu 199. num. 3.* Sed ipse accusator debet audiri in omnibus actis, quando est præsens, vel si reliquit Procuratorem, alias si nō est multum longinquę Regionis, & tunc citatur semel tantum, si intendat facere partem in iudicio, & ad constituendum Procuratorem: quod si sit longinquæ Regionis, & non citatur, ita *Carauit. ritu 202. nu. 4 & 5.*

10 Sed in materia liquidationis instrumenti creditor non potest liquidare instrumentum contra suum debitorem per Procuratorem, sed ipse debet personaliter adesse, vt in *ritu* 182. & docet *Marant. in suo speculo par. 6. actu*
11 *8. num. 27.* Sed si creditrix sit mulier Neapolitana honesta, & tunc non cōpellitur accedere ad Magnā Curiam ad liquidandum, sed tenetur accedere ad Ecclesiam propinquiorem; & Actuarius mediante accessu ibi capit verbum liquidationis, vt docent *Carauita ritu 166. nu. 24. & Marant. d. actu 8. post num. 5.*

12 Sic etiam debitor in materia liquidationis instrumenti nō potest comparere per Procuratorem, sed ipse personaliter comparere debet, vt in *ritu* 109. Sed si ipse debitor sit infirmus, instrumentum potest liquidari per accessum Iudicis ad domum debitoris; quod non est in creditore, nā si ipse creditor sit infirmus instrumētum non potest liquidari per accessum Iudicis ad domum creditoris. *de Franch. dec. 676. & Carauit. d. ritu 166. nu. 22.* licet *Marant. d. actu 8. num. 6.* dicat, quod, creditore infirmo, vel carcerato, Actuarius facit accessum ad carceres, vbi creditor est carceratus, vel ad domum, vbi ipse creditor est infirmus, & capit verbum liquidationis, nam dictum *Marantæ* impugnat *Carauit. d. ritu 166. num. 22. & de Franch. d. decis. 676.* sed in hoc casu supersedetur in liquidatione, donec creditor conualuerit. *Carau. d. ritu 166. nu. 22.*

13 Sed per *Pragm. 7. de instrum. liquid.* disponitur, quod quando debitor est infirmus, & commorat extra Ciuitatem Neapolitanam, si sit citatus super tenorem instrumenti in Magna Curia, ipse debitor potest comparere per Procuratorem specialiter constitutum ad allegandum suas exceptiones, & ad præsentandum scripturas, & ipse Procurator interrogatur super tenorem instrumenti, & proceditur ad liquidationem, prout si ipse debitor esset præsens, & dictum mādatum procurationis debet esse in specie ad illam causam tantum, & fides infirmitatis facta à Medico debet esse per actum publicum, & cum iuramento præstito per Medicum coram Officiali illius, qui fuit citatus super tenorem instrumenti, *Prag. 8. §. 8. de instrum. liquid.* de quo per *D. Merlin. controuers. forens. cap. 73.*

14 Sed regulam supra positam, & sic Reum in criminalibus non posse se defendi per Procuratorem in causa principali, ipso Reo non comparente personaliter, amplia pluribus modis, &

15 Primo, vt hoc procedat tàm in crimine publici iudicij, quàm in crimine priuato, *glos. in d. §. ad crimē, Iul. Clar. d. quæst. 32. ver & hæc conclusio, & Monticel. d. reg. 3. nu. 4.*

16 Secundo amplia, vt neq; ipse Reus in criminalibus possit comparere per Procuratorem ad allegandam declinatoriam fori, quod intellige de iure Regni, secus de iure communi, vt dixi in Tract. de Foro competen. cap. 8. vbi dixi, quod de iure Regni etiam si citatus sit Clericus, adhuc tenetur personaliter comparere coram Iudice laico ad petēdum se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum.

17 Tertio amplia in Regno nostro, vt neq; admittatur Procurator, Reo inquisito absente, & eo personaliter nō comparente, ad excipiendum qualiter occisus erat foriudicatus, qui poterat impunè occidi vigore, *Const. Regni pœnam eorum*, vt per *ritum* 269. docet ibi *Carauit. num. 3.* & ipsemet *Carauit. in Prag. 1. num. 160 cum plurib. seq. de exulib. Cabal. resol. crim. casu 23.* & ita decisum testatur *de Franch. dec. 314.* quod secus est de iure communi, nam de iure cōmuni admittitur Procurator, Reo nō comparente personaliter, ad excipiēdum qualiter occisus erat bannitus, qui vigore alicuius statuti, poterat impunè occidi, *Bart. in d. §. ad crimen, num. 19. & in l. vbi pactum, & ibi Bald. & alij, C. de transact. Carauit. d. ritu 269. nu. 3. & in Prag. 1. num. 160. cum plurib. seq. de exulib. de Franch. d. decis. 314. num. 1. & 2.*

Iul.

Digitized by Google

Iul. Clar. §. homicidium, ver item scias, & §. fin. quæst. 32. ver. quæro modo, Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, num. 16. & rub. audiantur excusatores, nu. 5. de Nigris in cap. Reg. misericordiam, num. 31. Idem Foller. in Prag. de foriudicatis, num. 35. Io. Grandis de bello exulum in pradicamento quantitatis, quæst. 3. num. 8. Nellus de bannitis in 2. parte, secundi temporis, num. 14. Monticel. dicta reg. 13. num. 19. & post num. 49. Hippolit. de Marsi. in pract. crim. §. sequitur, nu. 18. & 19. & in §. postquam, post num. 54. & seq. & Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, vers. septimus casus est, num. 18. fol. 15. & in tit. de homicidio, vers. septimo igitur, num. 1. fol. 192. à tergo, qui omnes præcitati Doctores concludunt, hoc procedere quando non est clarum, & notorium, occisum esse bannitum; sed hoc difficultetur in facto, vel in iure, quia tũc Reus non potest comparere per Procuratorem ad excipiendum qualiter occisus erat bannitus, qui vigore alicuius statuti poterat impunè occidi, secus si sit clarum, & notorium, occisum esse bannitum, & nihil de hoc dubitetur de facto, vel de iure, quia tunc admittitur Procurator, Reo nõ comparente personaliter, ad excipiẽdum qualiter occisus erat bannitus; & hoc etiam de iure Regni ex dictis per *Pras. de Franch. d. dec. 314. in fine*: sed quid si non sit oppositum, occisum fuisse foriudicatum, an lata sententia foriudicationis contra occisorem, ipse existens in fortijs Curiæ possit de hoc opponere, dicã infra cap. 25. n. . .

18 Quarto, amplia in Regno nostro, vt citatus de aliquo crimine non possit comparere per Procuratorem, & allegare indultum, quod secus erat de iure communi. *Caravit. d. ritu 269. nu. 4. & 5. & de Franch. d. dec. 314. num. 3. & 5.* vbi *Amend. num. 6.* nam pendente discussione indulti, interim indultandus debet carcerari. *Reg. Rovit. rub. de exulib. num. 21.* Et quod foriudicatus non possit petere indultum per Procuratorem, tenet *Foller. in d. Pragm. de foriudicatis, num. 35.* sed contrarium tenent *Cabal. d. casu 23. num. 13. Caravit. d. Prag. 1. num. 167. de exulib. Io. Grandis de bello exulum d. pradicamento quantitatis, quæst. 3. num. 8. Mastril. de indulto, cap. 23. num. 32. cum duobus numeris seq. & Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 31. num. 17.* Et pendente discussione indulti, interim indultandus non potest foriudicari, vt dicam infra cap. 10. num. 31.

19 Quinto amplia, vt quis non possit comparere per Procuratorem ad allegandum gratiam habitam à Principe de ipso delicto, de quo citatus fuit. *Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, num. 180.* licet contrarium videatur sentire ibi *Baldass. de Angelis, n. 136.* tamen primam opinionem tenet *Antonius sola super Constit. Sabaudiæ tit de indulgentijs, num. 14. & seq. fol. mihi 193. & in Const. abusus, num. 3. fol. mihi 193. glos. 1.*

20 Sexto amplia, vt quis non admittatur per Procuratorem ad excipiendũ qualiter actio delicti, de quo fuit citatus, sit præscripta, sed dicta exceptio reseruatur discutienda, Reo existente carcerato, *Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, nu. 17. & 26.*

21 Sed si non sit oppositum de dicta præscriptione, & feratur sententia foriudicationis, in hoc casu sententia ipsa est nulla, si actio delicti sit præscripta, ita *Guazzin. ad defensam Reorum, def. 2. cap. 2. num. 14. & 15.* Vnde foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest de hoc opponere, *Carrer. pract. crimin. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, nu. 26. fol. mihi 16.* Et hoc constito, quod erat præscripta actio, sententia foriudicationis non exequitur, ita *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. post num. 315. versic. quamuis.*

22 Septimo amplia, vt minor non admittatur per Procuratorem ad petendum restitutionem in integrum aduersus sententiam contra eum latam in criminalibus; sed ipse minor personaliter cõparere debet ad hoc petendum, vt dixi supra cap. 3. num. 22. & neque foriudicatus admittitur per Procuratorem ad dicendum de nullitate dictæ sententiæ, vt dicam infra cap. 12. n. 4.

23 Sed regula supra posita, & sic Reũ citatum debere comparere personaliter, & non posse admitti per Procuratorem, ipso nõ comparente personaliter, limitatur pluribus modis, &

24 Primo, nam in illis delictis tantum quis non potest comparere per Procuratorem, in quibus venit imponẽda pœna vltra relegationem, *l. 1. ff. an per alium causa appellat.* & est *ritus 91.* & est *tex. in arg. l. absentem, ff. de pœnis, glos. in d. §. ad crimen, & in d. cap. veniens, de accusat. Iul. Clar. d. quæst. 32. ver. ex hoc autem, & ver. hinc est, de Angel. ad Foller. ad pract. crim.*

Digitized by Google

crim.rubrica audiantur excusatores,num.1. ver. prima declaratio, Carolus Rota d.concluſ.9.num.26.& Garauit.ritu 269.num 8. vbi dicit, quod licet hoc ſit verum de iure communi,tamen per *d.ritum*, hoc eſt correctum, vndè in Regno tàm in grauibus,quàm in leuibus delictis quis non poteſt comparere per Procuratorem ad ſe defendēdum, & licet per *Pragm.30.§.2.de off.Magiſt.Iuſtit* ſit diſpoſitum, vt Reus non poſſit comparere per Procuratorem in delictis, in quibus venit imponenda pena mortis, vel membri abſciſſionis, tamen opinio *Carauitæ* obſeruatur in iſto Regno Neapolitano.

25 Secundo limita in Vniuerſitate, & muliere,quæ in criminalibus poſſunt defendi per Procuratorem,ipſis non comparentibus perſonaliter, *Conſtit. Reg.generalia iura*, & docet *de Angelis ad pract.crim. Foller. rub.audiantur excuſatores,num.1.ver.octaua declaratio.* Idem eſt in illuſtribus perſonis,quę etiam poſſunt defendi per Procuratorem, *l.fin. C.de iniurijs*, & docent *Affl.in Conſt. Regni beneficia Reipublicæ, num.6. Monticel. d.reg.13. num.29. & Hipp.de Marſ. pract. crim.§.ſequitur,num.25.* ſed licet *tex.in d. l.fin.* dicat, quod illuſtris perſona poſſit comparere per Procuratorem, tamen loquitur in actione iniuriarum, ergo ſecus eſt in crimine publici iudicij, *l.tunc conuenit*, vbi *gloſſ.de accuſat.* Immo hodie perſonę illuſtres,& mulieres non poſſunt cōparere per Procuratorem in omnibus cauſis criminalibus ad ſe ipſas defendendum, ſed perſonaliter comparere debent,*Carauit. ritu 108. & ritu 269. & de Angelis d. rub.audiantur excuſatores,num.1.ver.quinta declaratio*, ſed illuſtris perſona non tenetur præſtare fideiuſſoriam cautionem,ſed admittitur ad iuratoriam cautionem, dato, quod immobilia non poſſideat,*l.quoties,vbi* Bar. C.*de dignitatibus,lib.12.*

26 Et Vniuerſitas tūc in criminalibus admittitur per Procuratorem ad ſe defendendum, quando delictum eſt leue, ſecus ſi graue, & tunc dicitur Vniuerſitas, quando plus decem hominum de aliquo loco ſunt inquiſiti pro eodem delicto,& non eſt neceſſe, vt iunctim ſint citati, nam etiam ſi diſiunctim citentur, adhuc poſſunt comparere per Procuratorem,ita *Capiblanc.de Baronib.tom.2.cap.38. circa fin.* Et quando dicatur Vniuerſitas deliquiſſe, & quomodo puniatur, vide *de Nigris in cap.Regni 210. per totum*, & præcipuè à *num.15.vſq. ad fin.*

27 Et quando plus decem hominum ſunt inquiſiti de aliquo delicto poſſunt comparere per Procuratorem, *cap.Reg.204.* & docet *Foller pract. crim. rub.vel eos verbaliter citari faciat, num.15. & in pract.canonica,par.2.rub. reperti culpabiles citentur, num.34.* & docet etiam *Monticel.d.reg.13.num.48.* Immo etiam ſi inquiſiti ſint numero decem, & nō vltra adhuc poſſunt cōpare per Procuratorem, *cap.Reg. 211.* Quod ſi inquiſiti ſint numero decem non poſſunt citari diſiunctim, quod ſi citentur diſiunctim; adhuc poſſunt comparere per Procuratorē, vt diximus, & eſt *tex. de iure Reg. in cap.Reg.282.* & docent *de Nigris in cap* Reg.204. *num.6. & Carrerius pract.crimin. tit.de homicidio, ver.circa tertium,n.24.fol.mihi 218.*

28 Hoc tamen limita in crimine hæreſis,vel læſæ Maieſtatis humanæ, de quo crimine ſi ſint inquiſiti vltra decem,nō poſſunt comparere per Procuratorem, ſed perſonaliter comparere tenentur ad ſe ipſos defendendum,*d.cap.Reg.211.*

29 Sic etiam ſi in materia liquidationis inſtrumenti ſint citati ſuper tenorem inſtrumenti vltra decem, non poſſunt comparere per Procuratorē, ſed tenentur perſonaliter comparere,ita docet *Carauit.in ritu 166.nu.14.*

30 Et de iure communi,quando Vniuerſitas eſt inquiſita, non poteſt per Procuratorem comparere, ita *Monticel.d.reg.13. n.7.* ſed *num.46.* ibi ipſemet *Monticel* ſe cōtradicit,dicens,quod in cauſa Vniuerſitatis, licet criminalis ſit, tamen admittitur Procurator, & & idem tenent *Guazzin. ad defenſam Reorum,def 12.cap.1.poſt num:29.& Hippol.de Marſ pract.crim. d.§.ſequitur, n.24.*

31 Et aduertas, quod Vniuerſitas poteſt banniri in contumaciam, *Nellus de bannitis in prima parte primi temporis, num.5. Foller. pract.crim. rub.banniantur, n.34.& Io.Aloyſ. Catalan.de indulto cap.3. num.63. vbi num.69. & ſeq.* dicit, quod tunc dicitur Vniuerſitas delinquere, quando omnes de Ciuitate communicato conſilio,& præcedente deliberatione deliquerunt, alias ſecus, & docent *de Nigris d.cap.Reg. 210. n.15. & Carrerius pract. crimin.tit.de homicidio,*

verſ.

Digitized by Google

ver. circa secundum fol. mihi 215, per totum.

32 Et licet contra Ciuitatem non possit proferri sententia excommunicationis. *cap. Romana §. in Vniuersitatem de sent. excomm.* tamen singuli possunt sub nomine collectiuo excommunicari, puta omnes de tali Ciuitate. *Felin. in cap. dilecte in Christo de except. & Catalan. d. cap. 3. n. 64. cum tribus n. seq.*

33 Tertio regula principaliter posita limitatur, nam admittitur Procurator, reo absente, ad allegandum incapacitatem accusatoris, & sic ad declarari faciendum, accusatori non competere actionem accusandi. *Abb.* per illum *tex. in cap. veniens nu. 8. extra de accusat. Bar. in d. §. ad crimen post n. 18. Socin. in suis fallentijs reg. 322. ver. Procurator nu. 16. Iul. Clar. d. quæst. 32. ver. pariter etiam, & Monticell. d. reg. 13. n. 26.*

34 Quarto limita in Clerico, qui in criminalibus potest comparere per Procuratorem ad se defendendum. *Socin. d. reg. 322. d. ver. Procurator nu. 8. & Grassus de effect. cler. eff. 59.* Idem est in sene octuaginta annorum, qui neque tenetur personaliter comparere. *Rota Romana dec. 226. in nouis,* sed cõtrarium seruari, testatur *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 34. ver. dixi in fine;* prout etiam cõtrarium seruatur in Clerico, qui tenetur in criminalibus personaliter comparere, prout in dies videmus, practicari in Curijs Ecclesiasticis.

35 Quinto limita, nam agnati, & cognati, siuè Procurator citati possunt comparere in iudicio, reo non existẽte carcerato, & dicere de nullitate citationis, puta, quia citatio est circumducta, quæ non dicitur citatio, sed habetur ac si nunquam esset facta. *Bal. in l. fin. ff. de eo, per quem factum erit;* & ideo in hoc casu Procurator admittitur, Reo absente, ad dicendum de nullitate dictæ citationis. *de Franch. dec. 232. Regens Tapia in Cõst. Reg. editorum lib. 3. Caranit. ritu 269. nu. 18. Foller. pract. crim. rub. foriudicentur nu. 27.* & ibi *de Angelis nu. 13. & de Leonardis pract. Officialium cap. 13. n. 26. & n. 30. & seq.*

36 Sexto limita, nam quando hæres defuncti citatur ad dicẽdum causam quare, memoria defuncti non debeat damnari, ipse hæres potest comparere per Procuratorem. *Iul. Clar. d. quæst. 32. ver. debes scire, Socinus in suis fallent. ver. Procurator reg. 322. nu. 13. & de Angelis ad practicam Foller. rub. audiantur excusatores n. 1. ver. decimaquarta declaratio*

37 Septimo limita, quando Reus est detentus, quia tũc potest defendi per Procuratorem in criminalibus. *Bar. in d. § ad crimen n. 10. & in l. non tantum n. 6. ff. de appellat. Abb. in d. cap. veniens nu. 20. Bossus pract. crim. tit. an in criminalib. iudicijs n. 9. Caranit. ritu 106. nu. 3. & ritu 269. nu. 10. Iul. Clar. d. quæst. 32. ver. item quæro, Socinus d. reg. 322. ver. Procurator nu. 10. in fine, Foller. d. rub. audiantur excusatores n. 8.* & ibi *de Angelis nu. 1. ver. decima declaratio, Monticellus pract. crim. d. reg. 13. nu. 53. & Carolus Rota d. conclus. 9. n. 27.*

38 Octauo limita, nam si in criminalibus sit admissus Procurator, reo absente, parte non contradicente, processus factus cum ipso Procuratore, est validus, ita *Guazzin ad defensam reorum def. 12. cap. 1. n. 53. Angel. Aret. de malef. ver. qui Iudex videns, quod inquisiti nu. 55. Riccius decision. 321. in fine part. 4. de Angelis ad pract. Foller. d. rub. audiantur excusatores num. 1. ver. tertia declaratio,* latè *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. sequitur modò nu. 8 cum plurib. seq.* qui postremò hoc relinquit cogitandum, & faciunt dicta per *Frecciam de præsent. infirm. par. 9. quæst. 3. per totum;* sed *Iul. Clar. d. quæst. 32. ver. pone, quod in causa,* dicit, hoc procedere, si simus in delictis, in quibus non possit procedi, nisi ad instantiam partis, & adsit accusator, secus si simus in delictis, in quibus etiam possit procedi ex officio; sed quod si Procurator in criminalibus sit admissus, reo absente, & nihil sit oppositum, gesta per dictum Procuratorem non valere, sustinet *Monticel. d. reg. 13. n. 9.*

39 Nono limita, nam si quis sit citatus ad dicendum causam quare non debeat declarari excommunicatus, iste talis potest comparere per Procuratorem ad se defendendum. *Guazzinus ad defensam reorum def. 12. cap. 1. in fine,* & idem tenet *Riccius dicta dec. 321. part. 4.*

40 Decimo limita quando ex delicto venit imponenda pœna pecuniaria, quia tũc quis potest defendi per Procuratorem. *Iul. Clar. d. quæst. 32. ver. cæterum, & ver. dictum est, & ver. vlterius, Guazzinus d. def. 12. d. cap. 1. post num. 51. Monticell. d. reg. 13. n. 54. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. audiantur excusatores n. 1. ver. duodecima declaratio.*

41 Vnde dum in Regno nostro contra vsurarium sit imposita pœna publicationis omnium bonorum. *Const.*

Digitized by Google

Regni vsurariorum, & in ritu 21. ritu 196. & ritu 237. & prag. 3. de vsuris; si quis sit citatus de vsuraria prauitate potest comparere per Procuratorem speciale mandatum habentem ad se defendendum. *Caranit. ritu 21. n. 8.* nam Procurator admittitur, quando agitur de pęna pecuniaria; etiam si imponatur pęna priuationis omnium bonorum; & hoc procedit etiam si vltra hanc pęnam publicationis omnium bonorum imponatur etiam pęna infamiæ. *Boss pract. crim. tit. an in criminalib. iudicijs nu. 4.* & quando criminalis causa incidit in ciuilem, & pecuniariam, Procurator admittitur. *Thes. dec. 265. nu. 8.* Immo si quis sit banniendus in pęna pecuniaria, & ex forma statuti, talis sic bannitus possit impunè offendi, in tali casu admittitur Procurator. *Hipp. de Marsi. d. §. sequitur post n. 40.*

42 Et quod magis est, nam si sit iniunctum mandatum alicui per Excellentissimum Dominum Proregem sub pęna pecuniaria, si citetur ille, cui fuit factum dictum mādatum de contrauentione spreti mandati ad soluendum pęnam in mandato contentam, & in citatione sit dictum, quod legitimè compareat, licet per Magnam Curiam non fuit admissus Procurator, & citatus, fuit reputatus contumax, tamen contra dictum decretum sustinet *Regens Sanfelic. dec. 237.* & sic, quod debeat admitti Procurator.

43 Et quod plus est, nam per prag. Excellentissimi Ducis Medinæ editam sub die 1. Septębris 1638. disponitur, quod delinquens cum armis igneis vltra pęnam corporalem punitur pęna ducatorum mille, quæ intelligitur applicata Fisco statim commisso delicto, & potest exigi contracta contumacia; in citatione ad informandum, & tamē, contracta dicta contumacia, si compareat excusator, & opponat, cōtumacem reputatum per Iudicem laicum, esse Clericum, præsentatis bullis, & fide seruitij, dictæ bullæ ponuntur extra processum, & supersedetur in exequendo pro dicta pęna ducatorum mille. *Regens Sanfelic. decis. 277.*

44 Et à fortiori quis in causis ciuilibus admittitur per Procuratorem ad defendendam litem ciuilem, ipso conuento absente. *L. in pecuniarijs C. de procurat. & L. tunc conuenis ff. de accusat.*

45 Quod procedit etiam si conuentus pro causa ciuili sit inquisitus pro causa criminali, nam adhuc pro causa ciuili potest se defendere per Procuratorem, nam licet per *ritum 220.* si conuentus pro causa ciuili sit bannitus pro causa criminali, ipse bannitus nō possit se defēdere per Procuratorem in causa ciuili, vt etiam docet *de Franch. dec. 271. n. 7.* & ita decisum testatur *Thor. Comp. decis. tom. 1. ver contumax*, tamen *d. ritus 220.* loquens de bannito non habet locum in contumace tantum, vt aduertit *Caranit.* ibi *n. 3.* Et *d. Ritus* loquens de reo bannito conueniendo pro causa ciuili, habet etiam locum si ipse bannitus sit actor, nam bannitus non potest præsentare instrumētum contra aliquem via ritus *Galtier. de præsent. instrum. 1. par. 2 partis rub. aduertat creditor ad personam suam nu. 21.* Quod secus esset si statutum denegaret audientiam bannito agenti, vel litem mouenti, quia tunc si ipse bannitus ab alio conueniretur, audiretur in suis iuribus. *Iacob. de Arena de bannitis n. 20.* prout idem est in hæretico, & excommunicato, qui licet non possint agere, tamen conuenti se defendere possunt. *Caranit. ritu 220. n. 5. Iacob. de Arena* vbi supra *num. 21.* & *Nellus de bannitis in 1. parte 2. temporis n. 62.* vbi dicit, quod licet bannitus possit se defendere, tamen non potest actorem reconuenire, vbi ipse *Nellus* ibi *nu. 73.* dicit, quod bannitus, qui vigore statuti repellitur ab agendo, neq; potest per Procuratorem agere, & ibi ipse *Nellus nu. 76.* dicit, quod bannitus potest agere procuratorio nomine pro alio, quando fuit factus Procurator post bannum, secus si antè, quia tunc per bannum extinguitur mandatum; sed de hac *Nelli* opinione ego dubito, nam accusatus de crimine, quousque pendet sua inquisitio non potest esse Procurator alterius, vt in *l. ream criminis 6. C. de procurat.* Intellige, parte opponente, alias ipse accusatus potest alios defendere. *l. ita demum C. de procurat.* & docent *glos. & DD. in d. l. ream criminis.*

46 Et est validum statutum, quod excludit bannitum etiam à defensione sui iurium, prout est in Regno nostro per *d. ritum 220.* vt docet *Nellus de bannitis in 2. par. secundi temporis, num. 2.* Sed licet bannitus non admittatur ad accusan-

Digitized by Google

cusandum, seu ad agendum per Procuratorem: tamē ipse potest per Procuratorem, prosequi accusationem ante bannum propositam. *Foller prac. crim. rub. banniantur, num. 57.* & *Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis, nu. 59.* licet contrarium teneat *Riccius coll. 291.* Sic etiam si bannitus cedat iura sua alicui ex causa necessaria, & onerosa, cessionarius non repellitur ab agendo, secus si ex causa voluntaria, & lucrativa. *Reg. Ronit. rub. de exulib. num. 26.* & faciunt dicta per *Boss. in prac. crim. tit. banniti quid amittant, num. 15.* & latè de hoc tractant *Iacob de Arena de bannitis à nu. 29 vsque ad num. 35.* & *Nellus in eodem tract. in prima par. secūdi temporis, num. 74.*

47 Et aduerte, quod quādo lex disponit, vt talis delinquens decapitetur, si non soluerit mille infra certum tempus, talis delinquens citatus non potest comparere per Procuratorem ad se defendendum in principali negotio, sed personaliter comparere debet. *Monticell. d. reg. 13. num. 8.* Ied si iste delinquens sit notoriè soluendo, vel si nō sit soluēdo, & vult præstare idoneam cautionem de soluenda condemnatione pecuniaria, si eum condemnari contingat, in hoc casu potest iste delinquens comparere per Procuratorem. *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 32. ver. vlterius quæro,* & *de Angelis ad practicam crim. Foller. rub. audiantur excusatores, nu. 1. ver. decimaquinta declaratio.*

48 Decimoprimo limita, nam si quis citatus sit ad locum non tutū, non tenetur ibi personaliter comparere. *clem. pastoralis de re iudic.* Sed potest cōparere per agnatos, cognatos, amicos, vel per Procuratorem ad exeipiendum qualiter locus ille non sit tutus; puta si ibi habeat capitales inimicitias. *Boss. pract. crim. tit. an in criminalibus indicijs, num. 12. de Nigris in cap. Reg. post commissum, num. 19. Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, num. 34. in medio,* & *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. d q. 32. versic. idemque si talis,* nam citatus ad locū non tutū, nō tenetur ibi cōparere. *d. clem. pastoralis,* & *l. 2. § si quis, ff. si quis cautionib. cap. ex parte tua, de appellat. Bart. in l. quia poterat, § si quis alio, ff. ad Senat. Consul. Trebell. Affl. dec. 289. num. 19. cum plurib. seq. Guazzin. d. defen. 12. cap. 1. num. 30.* & *Marant. in suo speculo part. 6. nombre 1, num. 131.* Et quis non tenetur comparere in loco, vbi habet capitales inimicitias. *cap. pastoralis, 7. q. 1. cap. bonæ memoriæ, de elect.* Idemque est si citatus non possit comparere, ex quo deberet transire per terras inimicas. *de Nigris in d. cap. Reg. post commissum, num. 22.* & neque quis tenetur comparere in loco, vbi adest pestis. *de Nigris d. cap. Reg. post commissum, nu. 26.* & *Affl. d. dec. 389.*

49 Et ex hoc firmiter teneo, quod si persona nobilis sit citata per Magnā Curiam Vicariæ in longinquis partibus huius Regni tempore Solis in Leone, in hoc casu non tenetur comparere, sed potest per Procuratorem comparere, & allegare de temporibus extiuis, & est supersedendum quousque non sunt elapsa dicta tempora æstiua, secus si citatus sit persona rustica, & robusta, & cum esset citatus quidam Titulatus per Magnam Curiam Vicariæ in his partibus opposita exceptione tēporum extiuorum fuit dictum, quod præstita cautione per viam expromissionis per dictum citatum de se præsentando, finitis temporibus æstiuis, supersedeatur, & ita postea inueni tenentem. *D. Reg. Sanfel. dec. 31. nu. 4.*

50 Prout etiam si quis sit citatus ad locum inhonestum, nam neque ibi tenetur comparere. *l. si cum dies. §. si arbiter, ff. de receptis arbitris,* vbi *Bal.* dicit, quod citatio facta in loco inhonesto est ipso iure nulla, nam Iudex debet aliquem citare in loco honesto suæ iurisdictionis. *l. locus, ff. de iudic.*

51 Quod si ista exceptio loci non tuti non sit admissa, potest appellari. *Guazzin. d. def. 12. cap. 1. num. 41.* & *de Nigris d. cap. Reg. post commissum, num. 24.* vbi *num. seq* dicit, quod quando opponitur exceptio loci non tuti, causa loci non tuti debet exprimi, quare locus ille nō sit tutus, quod si exprimatur causa loci non tuti, & tunc talis exceptio excusat citatum à contumacia, secus si generaliter allegetur exceptio loci non tuti, quia tunc talis exceptio nō excusat citatum à pœna contumacię. *Guazzin. ad defensam Reorum, d. defens. 12. cap. 1. nu. 38.*

52 Sed *Caranit. d. ritu 269. num. 7.* dicit, quod in Regno per illum *text.* seu *rit.* tertius non potest comparere pro citato, & allegare exceptionem loci nō tuti; verum si deinde citatus, qui fuit repu-

reputatus contumax, compareat, & verificat exceptionem loci non tuti, excusatur à contumacia.

53 Vnde si foriudicatus sit captus, & ostendat locum, vbi debebat comparere, non esse tutum, in hoc casu foriudicatio est nulla. *Cumanus cons.146. & Bossus pract.crim. tit.de banni nullitate n.6.* nam citatus habēs notoriè locum iudicij suspectum, vel alias non tutū, timens offendi propter potentiam inimicorum, excusatur si non comparet. *Cartar.de exequut.sent.cap. fin.num. 256.*

54 Hinc est, quod si quis sit foriudicatus pro vno delicto, si pro alio delicto foriudicetur ab eodem Iudice, ista secunda foriudicatio est nulla, nisi ipse foriudicatus pro secundo delicto sit citatus cum assecuratione primæ foriudicationis. *Boss.pract.crim.tit.de citationib.n.35.cum plurib. seq.& tit.de banni nullitate n.9. Guazzin.d def.12.cap.1.nu. 44.& num.58. Foller.pract.crim.rub.vel eos verbaliter citari faciat n.32.& Iul.Clar. d. quæst.32. ver.tu scis.* Et ista assecuratio debet fieri à Principe, & non ab officiali. *Iul.Clar.d.quæst.32. ver.sed hic quæro;* quod intellige, quando pro primo delicto citatus fuit factus foriudicatus, alias si fuit tantum reputatus cōtumax, & tunc potest citari pro secūdo delicto cum assecutatione primi delicti, & ipsa assecuratio potest fieri à Iudice. *Boss d.tit.de citationib.n.39.& d. tit.de banni nullitate nu.10. & in tit.de remedijs ex sola clementia Principis num.58.* Et sufficit, vt assecuratio primi delicti fiat generaliter absq; expressione talis delicti, vt deindè rectè possit sequi foriudicatio pro secundo delicto, vt ita decisum testatur *Thon.compen. decis. tom.3. sect. tertia, ver. salvus conductus fol. 223.* & quod bānito sit dandus salvus conductus, quando bannitur pro alio delicto; dicit *Farinac.pract.crim.tit.de inquisitione quæst.11.n.58.*

55 Sed quando locus, vbi reus debet comparere, non sit tutus propter inimicitias capitales, & tunc citatus nō tenetur comparere, etiam si citetur cum assecuratione Principis, vel Iudicis. *Boss.d.tit.de banni nullitate post nu. 10. Guazzin.d.def.12.cap.1.num.36.& post nu.43. Iul.Clarus d.§.fin.quæst.34.ver.allegetur, & Afflictus in dec.289.nu.21.& nu. seq.*

56 Sed quod nullitas opposita, ex quo in citatione non fuit promissa securitas pro contumacia prius orta ex alio levi delicto, non militat, dicit decisū, *Regens Sanfelic.dec.236.per tex.in l.sed & si quis §.illud quoq; ff.si quis cautionib.*

57 Et ista exceptio loci non tuti debet opponi. *de Nigris d.cap.Reg.post commissum nu.23.* quod intellige quando locus non tutus, non est notoriè non tutus, secus si sit notoriè non tutus; quia tunc citatus non tenetur allegare exceptionem loci non tuti. *Guazzin.d.def.12.cap.1.nu.33.* vbi dicit, quod citatus ad locum notoriè non tutum non tenetur comparere, & citatio est nulla, idem tenet *Affl.d.dec.289.nu.24.* Et *nu.35.* dicit ipse *Guazzin.* ibi, quod si Iudex, qui citauit, sciebat locum non esse tutum pro citato, in hoc casu acta sunt nulla, secus si ignorabat, locum non esse tutum, quia tunc processus valet, sed citatus restituitur in integrum, citat *Afflictum dec.29.nu.4.& Baiardum ad Iulium Clarum §.fin. quæst.39. n.26.*

58 Et quilibet admittitur ad opponēdum exceptionem loci nō tuti absq: mandato, ita *Guazzinus ad defensam reorum d def.12.cap.1 post n.7.& n.39.*

59 Sed quis dicitur contumax, qui est citatus ad locum, qui sua culpa factus est non tutus. *Hipp.de Marsi.de bannitis ver.contumacia n.37.* sed ego teneo contrarium, nam contumax in vno iudicio pro causa criminali, si citetur pro alia causa criminali in eodē iudicio, locus ille dicitur non tutus ex culpa ipsius inquisiti; & tamen ipse debet citari cum assecuratione primi delicti, vt teneatur comparere vt diximus supra *nu.54.* ergo opinio *Hipp. de Marsi* non est vera.

60 Decimosecūdo limita, nā agnati, & cognati possunt allegare infirmitatē citati. *Guazzin.d.def.12.cap.1.nu.22. Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores n.27.* vbi *de Angelis n.1.ver.undecima declaratio, de Leonardis pract.Official. cap.13. n.28.& Iul.Clar.d. §. fin.quæst.33.in princ.* & est *tex.de iure Regni in ritu 269.& in pragm.30.§.2.de officio Magistri Iustit.* & 61 est alius *ritus 267.* vbi etiam habetur, quod debet constare de infirmitate per fidem vnius Medici, & docet *Iul. Clar. pract.crim. §. fin. quæst.34. ver. dixi* 62 *etiam.* Et infirmitas debet esse grauis, ita vt infirmus non possit comparere absq; periculo vitæ. *Guazzin.d.def.12. cap.1.*

Digitized by Google

cap.1.n.25. & Monticellus d.reg.13.nu.24. & seq. & probatur in *d.ritu* 267. & hoc debet constare per dictã fidem, quod infirmitas sit grauis; alias dicta fides nõ iuuat citato. *Carauit.d.ritu 267.n.5.*

63 Et de iure communi tunc sufficit fides vnius Medici; quando Medicus est electus à publico, vel si in loco nõ adsit, nisi vnus Medicus. *Carauit.d.ritu 267.n.8.* alias de iure communi requiritur, vt fides sit facta à duobus Medicis. *Iul.Clar.d.§.fin.quæst.34.ver.dixi etiã, & in §.homicidium ver.scias autem, Affl.in Const.Reg.terminum vitæ nu.42. Guazzin. d.def.12.cap.1.nu.23. de Nigris d.cap.Reg. post commissum nu.14. Foller d.rub.audiantur excusatores nu.28. Paris de Puteo de syndic. ver.negligentia cap.1.n.23. & Carauit. d.ritu 267.num.8.* sed in Regno semper sufficit fides vnius Medici, vt in *d.ritu* 267. vbi *Carauit.nu.6. & nu.seq.* & docet *Iulius Clarus d.quæst.34.ver.dixi etiam.*

64 Et in Regno vltra attestationem Medicorum debet præsentari instrumentum publicum, quod continere debet ipsam attestationem, alias excusatio nõ admittitur. *Iul.Clar.d quæst. 34.nu.4.circa finem, & Guazzin.d.def.12.*

65 *cap.1.n.23.* Verum de æquitate fit cõdemnatio sub conditione, quod, si infra certum terminum iuxtà loci distantiam constiterit legitimè de infirmitate, aut talis delinquens comparuerit, delegatur, ita *Foller.d.rub.audiantur excusatores post nu.33.ver.est tamen, &*

66 *Carauit.ritu 267.n.3.* & quando citatus est in loco Iudicis citantis, & allegatur infirmitas, dato quod non præsentatur fides Medicorum, & publicum instrumentum, tamen admittitur petitio illius, qui infirmitatem citati allegauit, sed citatus, qui tali modo excusatur, reputatur contumax sub conditione, quod præsenti, vel sequenti die accedat Actuarius, & eo reperto infirmo, delegatur à pęna cõtumaciæ; & facto accessu per dictum Actuarium, si reperiatur, quod citatus sit infirmus, & tunc si delictum sit graue, infirmus idoneè debet cauere de se præsentando quamprimum cõualuerit, vel fit præceptum pęnale, vt Iudici videbitur. *Carauit.d.ritu 267.post*

67 *n.4.* sed quando infirmus est extra territorium Iudicis citantis, & tunc, præsentata fide infirmitatis cum dicto instrumento, datur terminus; ita *de Leonardis præst.Officialium cap.13.nu.28. & Foller. d.rub. audiantur excusatores nu.*

68 *31. & post nu.33.* vbi *num.32.* dicit, quod quando allegatur infirmitas, interponitur decretum v3. *& per Curiam fuit citatus condemnatus, & contumax reputatus, verum si quàmprimùm conualuerit, & se præsentauerit, delegatur à contumacia, & interim in libro non describatur;* sed vera practica est, vt non dicatur *quàmprimùm conualuerit,* sed debet dici; *verum si infra mensem, vel alium terminum compa-*

69 *ruerit, delegatur,* & licet, elapso dicto termino, nõ conualuerit; præsentatur alia fides, & datur alius terminus vsq; quo verè sit sanus; ita idem *Foller. d. rub.audiantur excusatores nu.33.in fine. &*

70 *Carauit.d.ritu 267. post num.3.* vbi dicit, quod si per Fiscum, vel per partem probetur contrarium, & sic quod citatus sit sanus, & tunc ipse citatus reputatur contumax.

71 Et quilibet admittitur ad allegandam infirmitatem citati absq; mandato. *Carauit.d.ritu 267.n.4. Foller.d rub. audiantur excusatores nu.29. & Guazzinus d.def.12.cap.1.n.22.*

72 Quod si citetur aliqua mulier prægnans, ipsa potest excusari, & non tenetur cõparere, nisi ipsa mulier prægnans sit persona rustica, quæ possit accedere ad Curiam, quia tunc tenetur comparere, nisi esset valde partui proxima, quia tunc excusatur, vt est *ritus 267.* & docẽt *Foller.d rub.audiantur excusatores n.30. & Caball.resol.crim. casu 79.*

73 Et Iudex si habuit notitiam de infirmitate citati, & procedat ad sententiam in contumaciam ipsius citati infirmi, in hoc casu sententia ipsa est nulla. *Affl.dec.29.n.1. & Farinac.conf 89. num.2.in fine,* alias si Iudex non habuit notitiam de infirmitate citati, & in contumaciam ipsius citati procedat ad sententiam condemnatoriam, valet ipsa sententia; sed datur condemnato restitutio in integrum, constito de dicta infirmitate. *Guazzin.d.def.12. cap.1. n.24.*

74 Et contumax nõ dicitur infirmus, vel impeditus infirmitate suorum *l.2.§.si quis in iudicio ff. si quis cautionib. Hipp. de Marsi. de bannitis ver.contumacia n.18.* & quod infirmitas suorum consanguineorum excusat citatum à cõparendo, dicunt *Foller.præst.canon.c.10. nu.51.ver.non comparentes glos.in cap.communis filius 23. dist. & Beiard. ad Clarum §.fin.*

Digitized by Google

§. fin. quæst. 34. num. 22. sed alij hoc restringunt in infirmitate patris, matris, filij, viri, & vxoris, sed *Carauit. ritu* 269 *num.* 24. *in fin.* dicit, quod citatus non excusatur in non comparendo ob infirmitatem prædictorum, sed *Baiard. d. quæst.* 34. *num.* 22. *in fin.* dicit, quod attenta qualitate causæ non malè faciunt Iudices, si aliquem breuem dilationem citatis darent ob grauissimam infirmitatem parentum, filiorum, aut vxoris, quando ex dicta dilatione præiudicium Fisco non inferretur, quod si non concederetur ista dilatio, dicitur potius sæuitia, quàm iustitia; sequitur *Guazzin. d. defens.* 12. *cap.* 1. *num.* 26. *& num. seq. & de Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub. audiantur excusatores, num.* 20. sed ipse *Foller. d. rub. audiãtur excusatores, num.* 34. dicit, quod ipse nunquam vidit, admitti, vt infirmitas vxoris, vel filiorum citati excuset citatum à non comparendo, durante dicto impedimento, & secũdum opinionem *Follerij* practicatur.

75 Sed quæritur quid si citatus sit Baro, an instrumentum infirmitatis ipsius possit confici per Notarium vassalum dicti Baronis? & videtur dicendum quod non, nam Notarius vassallus non potest conficere instrumenta nec pro, nec contra Baronem suũ, alias instrumenta sunt nulla. *cap. Regni* 289. & docent *Anna sing.* 244. *Gaitus de credito, cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 820. *Riccius collec.* 614. *Affl. in Const. Reg. in locis demanij, nu.* 11. *& Freccia de præsen. instrumen. part.* 2. *num.* 3. vbi licet dicat, quod hoc non obseruatur, tamen hoc obseruari testatur *Capibl. de Baronib. Prag.* 1. *nu.* 347. Immo Notarius vassallus non potest conficere instrumenta nec pro, nec contra Affictatorem feudi. *Viscont. in add. ad Præs. de Franch. dec.* 118. *Riccius decis.* 158. *num.* 5. *par.* 2. *& Nouarius in praxi elect. fori, to.* 1. *sect.* 2. *in præfatione n.* 10. *& seq.* sed contrarium puto verum, nam licet dictum actum publicum fiat in fauorem Baronis, tamen non fit ab ipso Barone, sed fit à Medicis attestãtibus de eius infirmitate; prout etiam Notarius vassallus potest scribere testamentum sui Baronis, & dictum testamẽtum valet. *Anna filius d. sing.* 244. *& Capibl. d. Pragm.* 1. *num.* 347. sed contrarium esse verum, & sic Notarium vassallum non posse conficere testamentum sui Baronis, testatur *Gaitus, vbi sup. à num.* 844. *vsque ad fin.* Sed Notarius vassallus potest recipere obligationes penès acta Curiæ in fauorẽ ipsius Baronis. *de Franch dec.* 118. *Capiblanc. d. num.* 347. *& Gaitus, vbi sup. num.* 842. & licet instrumentum factum per Notarium vassallum Baronis in beneficium ipsius Baronis non valeat, tamen ex dicto instrumento probatur voluntas contrahentium, & possunt examinari testes, qui interuenerunt in dicto instrumento, & ordinariè agi potest, *Capibl. d. Prag.* 1. *n.* 349. *& Gaitus, vbi sup. n.* 835. *& nu. seq.*

76 Decimotertio limita, nam agnati, & cognati citati, ipso citato non cõparente personaliter, possunt opponere exceptionem captiuitatis, & sic, quod Reus reperitur captus ab hostibus, vel à latrunculis. *Guazzin. d. def.* 12. *cap.* 1. *num.* 46. *Abb. d. cap. veniens, n.* 21. *de accusat. & de* Nigris *d. cap. Reg. post commissum, num.* 15. & est *tex. de iure Reg. in d. ritu* 269. Et probata causa captiuitatis, datur citato restitutio in integrũ. *Baiardus ad Iul. Clar. §. fin. q.* 94. *nu.* 69. *& Guazzin. d. def* 12. *cap.* 1. *nu.* 46.

77 Decimoquarto limita, nam agnati, & cognati possunt opponere, qualiter citatus reperitur carceratus in alio Tribunali. *Monticell. d. reg.* 13. *post num.* 49. *ver. alia est cautela, Guazzin. dicta def.* 12. *cap.* 1. *num.* 29. *Iul. Clar. d. §. fin. q.* 34. *ver. de carcerato,* Foller. *pract. crim. rub. audiantur excusatores, num.* 57. *de Leonardis pract. Officialium, cap.* 13. *num.* 29. *Hippolit. de Marsi. pract. crim. §. sequitur, num.* 31. *cum plurib. num. seq. & de* Nigris *d. cap. Reg. post commissum, nu.* 17.

78 Quod si citatus sit carceratus in alio Tribunali, si contra eum proferatur sententia foriudicationis, constito de carceratione prædicta, ipse foriudicatus restituitur in integrum aduersus dictam sententiam foriudicationis. *arg. l.* 2. *C. quibus ex causis maiores,* & ita decisum testatur *Iul. Clar. d. §. fin. quæst.* 34. *d. ver. de carcerato circ. med.* in quo *ver. de carcerato,* dicit ipse *Iulius Clar.* quod quando carceratio in alio Tribunali est affectata, non iuuat citato; idem tenent *Carauit. d. ritu* 269. *num.* 16. *Foller. d. rub. audiantur excusatores post num.* 34. *& 62. & de Leonardis d. cap.* 13. *num.* 29. vbi dicit, quod quando citatus est carceratus in Tribunali inferiore, fit ordo per Tribunal Supremum citantem, quod carceratus cautè

Digitized by Google

tè detineatur per dictum Tribunal inferius, & idem tenet *Foller. d. rub. an-*
79 *diantur excusatores post num.* 34. vbi dicit, quod quando citatus reperitur carceratus extra territorium Iudicis citantis infra dietam, & tunc de carceratione debet constare per fidem authenticam, alias si vltra dietam, & tunc debet constare de carceratione per instrumentum publicum, & authenticum, alias condemnatur.

80 Sed cum quidam fuisset citatus super tenorem instrumēti per Regiam Audientiam Calabriæ Vltra, & in vltimo peremptorio comparuit amicus, & opposuit, quod citatus erat carceratus in Magna Curia, sed non produxit fidem carcerationis, Regia Audientia processit ad cōdemnationem; facta appellatione, fuit reuocata liquidatio facta per Regiam Audientiam; nam quamuis excusator carcerationem allegauerit, tamen consequenter absentiam implicitè allegauit, & sufficit si implicitè absentia allegetur. *cap. super hoc in fine, de renunciat.* Ergo ipsi erat danda dilatio competens pro absentia, quæ dum non fuit data, omnia, quæ subsequuntur, sunt nulla, vt infra dicemus nu. 90. vnde merito liquidatio est nulla. *Reg. Sanfelic. decis.* 306.

81 Et quando Iudex procedit ad sententiam foriudicationis contra aliquem, qui reperitur carceratus in alio Tribunali, si ipse Iudex sciebat dictam carcerationem, sententia foriudicationis est nulla. *Hippol de Marsil. pract. crimin. §. sequitur, num.* 36. *& seq. & Guazzin. ad defensam Reorum def.* 6. *cap.* 1. *num.* 19. & faciunt dicta supra cap. 6. num. 12.

82 Et ante exequutionem sententiæ semper est habenda ratio morbi, vel alterius impedimenti, propter quod citatus comparere non potuit, & super hoc ipse condemnatus audiri debet, petita prius per eum restitutione, quamuis statutum contumacem pro confesso habeat, & tanquam cōtra confessum procedi mandat. *Bal. in l.* 1. *C. de requirendis Reis*, sequitur *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. nu.* 262.

83 Decimoquinto limita, nam quis potest comparere pro Reo inquisito absente, & dare testes Iudici, non tanquam Procurator, sed tanquam instructor, seu informator Curiæ de defensionibus inquisiti absentis, & petere, vt ipse Iudex ex officio examinet dictos testes ad videndum veritatem facti, quia tunc hoc Iudex ex suo officio facere debet. *Guazzin. d. def.* 12. *cap.* 1. *num.* 49. *Capolla cautela* 66. 109. *&* 255. *Hippol. de Marsil. d. §. sequitur, num.* 18. *&* 42. *vsque ad finem, Monticell. d. reg.* 13. *num.* 42. *cum plurib. seq. & post num.* 49. *& Chartarius de exequut. sent. in præfatione, à num* 35. *vsque ad num.* 52. Et hoc procedit, etiam si statutum disponat, vt nullus interuenire possit pro Reo absente, nec tanquam Procurator, nec tanquam defensor, nec tanquam instructor. *Aret. cons.* 147. *Hipp. de Marsil. d. §. sequitur, num.* 42. *& cons.* 90. *num.* 30. *vsque ad finem, Iason. in l.* 2. *C. qui test. facere poss. & Monticell. d. reg.* 13. *post num.* 44. *vers. quod verum*; Et stante statuto, vt in causa criminali nō admittatur Procurator ad opponendam aliquam exceptionem, sed quod compareat principalis personaliter, non per hoc impeditur, implorari officium Iudicis, vt se informet de tali exceptione. *Angel. in l. fin ff. de petit hared. &* Petrus Garzia *à Toleto dicto* 70. Sed hęc limitatio potest procedere tempore, quo capitur informatio, & ante citationem, secus, capta informatione, & citato Reo, quia tunc puto, esse contrarium, nam quando contra Reum sunt probata indicia, Iudex non debet Procuratorem admittere, sed debet facere, vt Reus personaliter compareat, siuè sit locus torturæ, siuè personali interrogationi. *Bal. in l. fin. C. de procurat. Hippol. de Marsil. d. §. sequitur, num.* 7. *& Monticell. d. reg.* 13. *num.* 56. Et licet Iudex ex officio debeat facere defensiones pro Reo. *Hipp. de Marsil. pract. crim. §. nunc videndum, num.* 7. *& d. §. sequitur, num.* 43. *& seq. & Carrab. de sindic. par.* 2. *num.* 34. Et licet Iudex ex officio debeat quærere probationes innocentiæ Rei, etiam nullo hoc petente, *l. si non defendatur, ff. de pœnis, l.* 1. *§. fin. vbi DD. ff. de quæst. cap. iudicantē* 30. *q.* 5. & docet *Carauit. vitu* 69. *num.* 12. *& seq.* tamen hoc intelligitur, ipso Reo præsente, secus si ipse Reus sit absens, & contra eum procedatur in contumaciam, quia tunc hoc Iudex facere non potest, *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæst.* 44. *ver. quæro etiam, & quæst.* 61. *vers. sed hæc quidem circa finem*, de quo vide *Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, à num.* 12.

Digitized by Google

84 *vsque ad num.21.* verum, quando constat Iudici, contumacem non esse culpabilem, licet sit contumax, tamen Iudex non potest, nec debet eum cõdemnare. *Carrerius d.num.12. Hippol.de Marsi.sing.72.in fine, & in pract.crimin. §. aggredior, n.135.* Et quando Iudici constat, contumacem non esse culpabilem ex processu informatiuo, ipse Iudex non debet procedere ad sententiam foriudicationis, ita *Farinac. pract. crimin.it.de inquisitione, quæst.11.num.20. & Chartar.de exequut.sent.in præfatione, n.27. vbi num.seq.* dicit, quod quando Iudex veritatem habet, quod quis non sit delinquens, licet confessionem illius habeat ex contumacia vigore statuti, illum tamen cõdemnare non debet, & dicam infra cap.13. num.17. Et dicit ibi ipse *Chartar. n.29.* quod si delictum sit probatum duobus, vel tribus testibus, & Iudex sciat, inquisitũ esse innocentem, debet adhuc in cõdemnationẽ supersedere, & idem dicit in *cap.fin. n.177. & seq.*

85 Decimosexto, potest Princeps ex gratia concedere, quod pro causa capitali Procurator admittatur, Reo non comparente personaliter, cum clausula non obstante, ita *Hippolit. de Marsi. pract. crim. §.sequitur, num.17. & de Angelis ad pract.crim. Foller.d.rub.audiantur excusatores, num.1. ver.nona declaratio, & Thes.dec.265. n.17.*

86 Decimoseptimo limita, nã in causis criminalibus admittitur Procurator ad probandum notoriũ. *Hipp.de Marsi. d.§.sequitur, nu.26. Carrer.d.vers.septimus casus est, num.15.in fine, & Præs.de Franch. dec.314. nu.2.*

87 Vltimo (alijs omissis) limita, nam agnati, cognati, & amici in vltimo peremptorio (Reo non comparente personaliter) possunt opponere exceptionẽ absentiæ, & sic allegare, quod Reus reperiatur absens. *l. inter accusatorem, & l.pen §.ad crimen, ff.de publ.Iud. l.absens, ff.de procurat. & l.Reos, C.de accusat.* & est *tex. de iure Regni in vitu 266. & 269.in fine,* & docent *de Nigris in cap. Regni, siue quis, num.19. in fine, Monticell.d. reg.13. num.16. Iul.Clar. d.§ fin.quæst.32. ver.prædicta autem; & quæst.33.in princip. Foller. d.rub.audiantur excusatores, nu.10.* & ibi *de Angelis, num.1. vers. secunda declaratio, & num.3. de Leonardis pract. offic. cap.13.num.27 & Guazzin d.def.12.cap.1. num.3. cum plurib.seq. vbi num.6.* dicit, quod quilibet comparens admittitur ad allegandum absentiam ipsius citati absque mandato, idem tenent *Iul. Clar.d.§.fin.quæst.33. vers.sed numquid, & Monticell.d.reg.13. post nu.16.*

88 Quæ absentia potest etiam allegari per mulierem, vel per Clericum consanguineum citati. *de Nigris in cap.Regni 228.num.50. & 51.* nam ad allegandũ absentiam quis admittitur, etiam si non possit esse Procurator. *Guazzin. d.def.12.cap.1, num.10.* licet *Danza de pugna D D.tom.2.tit.de absentia, cap.3. nu.47. cum duob.seq.* dicat, Clericum non admitti ad allegandum absentiam citati in foro laicali.

89 Et Iudex tenetur audire causas absentiæ citati, quas pro eo absente aliquis allegat, vt notatur in *l.seruum quoque, §.publicè, ff.de procurat.* & docet *Chartar.de exequut.sent. cap.fin. num.266.* vbi dicit, hoc procedere absque cautione rati, & *num.267.* dicit ipse *Chartar.* ibi, quod si ipse Iudex parti terminum ad probandum causas impedimentorum allegatorum non dederit, & ad condemnationem processerit, sententia est ipso iure nulla, secus si terminus petitus non fuisset, & ipse *Chartar.d.num.267.in fin.* dicit, quod allegata iusta absentia, non potest quis foriudicari, citat *Gramat.conf.ciuili 152. num.24.*

90 Et quando Iudex non admittit absentiam, quæ debet admitti, & procedat ad vlteriora, acta sunt nulla. *Iulius Clarus d.§.fin.quæst.34.nu.1.in fine, Guazzin.d.def.12.cap.1.num.11.14. & 20. & de Nigris d.cap.Reg. post commissum, num.37. & Reg.Sanfelic.dec.31. num.6.* & faciunt dicta infra num. 107. nam allegatio absentiæ operat, vt si admitti debeat, & non sit admissa, id, quod deindè fit, nulliter fit. *Foller.d.rub.audiantur excusatores num.19. & Thom. Ferrat. cautela 18. in princip.* Et allegans causas absentiæ debet audiri, alias si non audiatur, & procedatur ad sententiam foriudicationis, dicta sententia est nulla. *Nellus de bannitis in 3.par. primi temporis, num.5. Chartar.de exequut. sent. cap.fin. num.213. & Monticell.d.reg.13. post num.49. ver.dicas.* Immo contumax non dicitur, qui ex iusta causa est absens; & probata dicta iusta causa, processus reuocatur. *Hipp.de Marsi.de bannitis, ver.contumacia, num.33. & n.158.*

91 Et quando non est admissa absentia

Digitized by Google

tia allegata per consanguineum citati, & citatus sit reputatus contumax, potest ipse consanguineus de hoc appellare. *Gramat. in Const. Reg pœnam eorũ num. 13. de Franch. decis 589. Regens Tapia in decis. Sacri Regij Consilij 17. & Regens Sanfelic. dec. 33* & licet in contrarium videatur tenere *Regens Rouit. in rub. de appellat. nu. 14. vsq; ad finem*, tamen ipsemet *Regens Rouit.* ibi in fine videtur inhærere primæ opinioni; immo si sit concessa absentia, & deindè petatur prorogatio, si ipsa prorogatio absentiæ sit denegata, potest ab ista denegatione prorogationis appellari. *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de absentia cap 3. n. 17. cum plurib. seq.* Quod si dètur modica dilatio ad denunciandum, potest etiam ab hac modica dilatione appellari. *de Nigris in d. cap Regni post commissum n. 11. in fine*; sed si non sit appellatum, & sit processum ad sententiam foriudicationis, ipsa sententia est valida, & nõ annullatur ex ipsa dilatione nimis breui. *Reg. Sanfel. dec. 225. n. 12.*

92 Sed si ipsa absentia malitiosè petatur per consanguineos citati, & tunc non admittitur, vt in *d. ritu 266.* nam in tantum causa absentiæ recipitur in quantum sit iusta. *d. l. inter accusatorẽ, & d. §. ad crimen*: puta si sit probabilis, & necessaria, vt causa militiæ, vel probabilis tantum, vt causa studij, vel necessaria tantum, vt relegationis, secus si sit voluntaria, quia tunc non recipitur, *glos. in d. §. ad crimen*, sed si consanguineus simpliciter dicat, reum esse absentem, adhuc absentia est admittẽda si de fraude non appareat. *Guazzin. d. def. 12. cap 1. num. 4. & Iul. Clar. § fin. quæst. 34. ver. sed pone*, vbi *ver. seq.* dicit, quod absentia de iure debet probari per allegantem dictam absentiam, sed in Regno nostro Neapolitano statur iuramento allegantis dictam absentiam, idem tenet *Guazzin. d. def. 12. cap. 1. n. 12. & Foller. d. rub. audiantur excusatores n. 15.* prout etiam licet de iure communi allegans absentiam pro inquisito citato teneatur satisdare, & promittere, citatum sistere in termino. *Bal. & Paul. de Cast. in rub ff. in ius vocati, vt eant*, tamen in Regno nostro Neapolitano non tenetur satisdare, prout etiã in Regno Lusitaniæ neq; tenetur satisdare, vt testatur *Valasq. dec. 66. n. 14.*

93 Et quando inquisitus fuit visus tẽpore delicti, vel per diem antea, si ipse citetur immediatè post delictum, in hoc casu non est admittenda absentia. *d. cap. Reg. post commissum*, & docẽt *de Franch. dec. 327. & dec. 589. Guazzin. d. def. 12. cap. 1. nu. 17. Regens Tapia dec. Sacri Regij Consilij 16. n. 18. de Angelis ad pract. Foller. d. rub. audiantur excusatores n. 12. & num. 14. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de absentia cap. 2. n. 5. & Regens Sanfelic. dec. 33.* Et licet ipsemet *Danza* ibi *d. cap. 2. in fine* dicat, paucis vicibus vidisse, *cap. Reg.* prædictum obseruatum, & practicatum, nec à Iudicibus expertis allegari, tamen contrarium est verum, & sic, *d. cap. Regni* esse in viridi obseruantia.

94 Quod *cap. Regni post commissum*, Limitatur, si sit multum tempus, quod sit commissum delictum, & deindè citetur reus, nam in hoc casu, licet per diem antè citationem, vel in die delicti citatus sit visus, tamen admitti debet absentia. *Carauit. d. ritu 266. nu. 7. Iul. Clar. § fin. d. quæst. 34. ver. sed pone in fine, Guazzin. d. def. 12 cap. 1. nu. 17. Foller. d. rub. audiantur excusatores n. 20. de Franch. dec. 327. & dec. 589. Danza d. tit. de absentia cap. 2. n. 11. & seq. & de Nigris in d. cap. Regni post commissum n. 11.*

95 Sed si citatus fuit reus ad informãdum, & ad capitula, & non comparuit, & fuit reputatus contumax, qui ob absentiam excusandus non erat, quia tempore delicti fuit reus ipse visus, si post contractam dictam contumaciam Prorex mandat; quod procedatur ad sententiam foriudicationis, nõ expectato anni circulo, si reus ipse iterum citetur ad informandum, & ad capitula cũ inserta forma breuiationis, elapsis duobus mensibus à die patrati delicti, si allegetur absentia, in hoc casu non est concedenda, vt ita decisum testatur *Dominus Regens Sanfel. dec. 32.*

96 Sic etiam *d. cap. Reg. post commissum*, limitatur, si Iudex, vel Fiscus dederint causam fugæ inquisito, quia tunc nõ obstante, quod ipse fuit visus tempore delicti, vel die præcedenti, tamen est concedenda dilatio ad denunciandum, & ipsa absentia allegata per cõsanguineum inquisiti est admittenda. *Gizzarell. dec. 17. n. 9. & Danza d. tit. de ab-*
97 *sentia cap. 2. nu. 8.* vbi *nu. 9.* dicit, quod licet tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuit denegata ab-

Digitized by Google

sentia, ex quo inquisitus fuit visus tẽpore delicti, vel die præcedenti, tamẽ si tempore citationis ad foriudicandũ allegetur de nouo absentia, ipsa est admittenda, & concedenda.

98 Et neque debet admitti absentia, si reus fuit citatus personaliter. *Guazzinus d.def.12.cap.1.n.17. Visont. ad Præs. de Franch. decis.327. Danza d.tit. de absentia cap.3.nu.45. & Carauit. d.ritu 266. in fine*, prout neque absentia admitti debet, quando ipsa est procurata, vel affectata per fraudem. *Guazzin. d.def.12.cap.1. n.16. & Thomas Ferratius cautela 18.*

99 Et est arbitrarium Iudici, quando ipse vult admittere absentiã, & quando non. *de Franchis d.decis.327. in fine* citat *Carauit. d.ritu 266. nu.7.* Idem tenet *Amend. ad eundem Præs. de Franch. d.decis. 327 nu.1. Regens Rouitus in rubrica de appellationibus n.24. & Episcopus Riccius ad Præs. de Franch. dec.589.*

100 Et quando absentia non debet admitti, si tamen fuerit admissa, debet dari competens dilatio ad denunciãdum secundum distantiam loci, vbi allegatur, reperiri inquisitum. argumento eorum, quæ traduntur per *Præs. de Franch. dec.560.* nam dilatio ad denunciandum debet concedi secundum distantiam loci. *Affl. in Const. Reg. exceptiones n.4. & Danza d.tit. de absentia cap.2.n.4.* & est concedenda ad rationẽ viginti milliarium pro qualibet die. *l.1.ff. si quis cautionib. & l.3.ff. de verb. signif.* & docet *Baiard. ad Clarum §. fin. quæst.34.n.2.* & quantùm tempus dari debeat ad denunciandum, quando allegatur absentia, vide eundem *Danzam d.tit. de absentia cap.3.à nu.1. vsque ad n.16.* vbi *d.n.16.* dicit ipse *Danza*, quod ipsa dilatio nõ debet esse minus vnius mensis ex *Viuio dec.361. n.2.*

101 Absentia quando conceditur, illa debet intimari excusatori. *Viuius dec. 361.n.3.* intellige, quando allegata absentia, non in continenti conceditur dilatio, secus si in continenti concedatur, præsente excusatore, quia tunc non debet notificari. *Danza d.tit de absentia cap.3.n.26 cum plurib.seq.* sed *Anna sing.611.* dicit, quod licet decretum sit latum, partibus præsentibus, tamen adhuc debet notificari.

102 Et allegata absentia pars, & Fiscus possunt probare contrarium. *Nouar. dec. Regiæ Audientiæ Apulea 75. & de Leonardis pract. Officialium cap.13.n.27. ver. & nota*; & causa absentiæ nõ admittitur, inscio Fisco. *prag. relata ad prag.15.§.6. de off. Magistri Iustit.*

103 Exceptio absentiæ, infirmitatis, & captiuitatis debet opponi per consanguineos citari antè vltimam contumaciam incusatam, & Curia pro Tribunali sedente, alias post rectam Curiam consanguineus nõ potest allegare dictam exceptionem, sed inquisitus tenetur personaliter comparere, alias reputatur contumax. *prag. 51. de off. Magistri Iustit. & est Ritus 268.* & docet *Carauit. in ritu 206. in fine, & Regens Sanfelic dec.32.n.5.* & principalis ipse potest comparere, & contumaciam purgare de sero, vsq; ad primũ somnum, vt in *ritu 93. in fine, & in ritu 206.* & sic vsq; ad mediam noctem, *l. more Romano, vbi Paulus de Castro ff. de ferijs*, & est *ritus 215. & ritus 306.*

104 Sed veritas est, quod absentia potest allegari, etiam incusata vltima contumacia, & post rectam Curiam, non obstantibus iuribus supra allegatis, vt docet *Foller. d rub. audiantur excusatores n.166.* & secũdùm opinionem *Foller.* hodie practicari, testatur *Danza d.tit de absentia cap.3.n.34. cum plurib. seq.* & præcipuè *n.38.*

105 Quod si consanguineus citati allegat absentiam antè vltimam contumaciam, & tunc incusatur vltima contumacia, & fit decretum, vt in præcedenti *cap. num.7.* & additur hoc modo v3. *verum stante absentia inquisiti allegata per talem consanguineum dicti inquisiti, supersedeatur in describendo pœnam contumaciæ in libro prouẽtuum per dies tot, dummodo dictus inquisitus non fuerit visus, vel captus.* vel additur hoc modo v3. *verum, si dictus inquisitus compauerit infra mensem, delegatur à contumacia, & interim in libro non describatur*, ita *Foller. d. rub. audiantur excusatores n.12. & Danza d.tit. de absentia cap.3.n.28. & n.41.* nam quando reus citatus non comparet in vltimo peremptorio, sed comparet aliquis ad excusãdum ipsum reum citatum, Iudex debet pronunciare reum contumacem, & illum condemnare ad pœnam in citatione contentam cum tali conditione, quod si reus infra tale tempus comparuerit, non censeatur contumax. *Bar. in l. quæsitum ff. de re iudic. & de Nigris in d.cap. Regni post commissum, num.7.* Si vero dicta absentia sit allegata post interpositum decretũ,

vt supra

Digitized by Google

vt supra in præcedenti cap. d. num. 7. & tunc in comparitione absentiæ interponitur decretũ tenoris sequentis videlicet. *Firma remanente contumacia, si dictus T. de T. comparuerit infra dies tot, pœna contumaciæ non describatur in libro prouentuum, dummodo dictus T. de T. non fuerit visus, vel captus;* & elapso tempore absentiæ, interponitur decretum, videlicet. *Stante lapsu temporis absentiæ, dictus inquisitus remaneat condemnatus, & pœna contumaciæ describatur in libro prouentuum.*

106 Et aduerte, quod si absentia non sit admissa per Iudicem, ex quo delinquens fuit visus in die delicti, vel ante, si per Iudicem ad quem sit prouisum, vt idem Iudex, à quo prouideat super grauamen absentiæ non admissæ, prouisione non facta, in hoc casu potest procedi ad sententiam foriudicationis. *de Franch. dec. 327. & de Angelis, ad pract. crim. Foller. d. rub. audianeur excusatores, nu. 14. ver. scias autem.*

107 Aduerte etiam, quod si tempore citationis ad informandum, & ad capitula fuerunt allegata iusta impedimenta per agnatos, & cognatos citati, & non fuerunt admissa, & sit processum ad sententiam foriudicationis, in hoc casu ipsa sententia est nulla. *Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, num. 13. & Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, nu. 34.* & faciunt dicta supra, nu. 90.

SVMMARIVM.

1 *Bannum, & adnotatio bonorum fit contra contumacem in citatione ad informandũ, & ad capitula; & quid sit ponere Reum in bannos nu. 2.*

3 *Bannum an dicatur sententia interloquutoria, & possit reuocari? & nu. 4.*

5 *Bannum præcedere debet, vt possit proferri sententia foriudicationis, & num. 7. sed bannum non fit in Magna Curia Vicaria, & neque in Vrbe Romana, n 9. & 12.*

6 *Annus, in quo quis persistere debet in contumacia, vt possit foriudicari, à quo tempore incipiat currere? & num. 17. & 19.*

8 *Bannum debet publicari Curia sedente, & deinde per Ciuitatem, alias est nullũ, & n. 11. & quid in Magna Curia, ibid. & n. 10.*

13 *Bannum debet esse certum, & in scriptis, & alia requisita habere debet, vt ibid.*

14 *Forma banni dua traduntur, & num. 15.*

16 *Adnotatio bonorum an fieri debeat; & n. 18. 20. & 21. Et quo tempore, & pro quibus delictis fiat? num. 16. Et an habeat locum tàm in bonis mobilibus, quàm stabilibus? num. 22.*

CAP. IX.

De Banno, & Adnotatione bonorum.

1 INquisito effecto contumace in citatione ad informandum, & ad capitula, contra ipsum fit bannum, & eius bona adnotantur. *Affl. in Constitut. Reg. pœnam eorum, nu. 10.*

2 Et ponere Reum inquisitum in banno nihil aliud est, quàm ipsum extra protectionem Ciuitatis ponere. *de Leonardis pract. offic. cap. 13. nu. 35. in fine, Cabal. resol. crim. casu 181. num. 9. Tartag pract. crim. par. 1. cap. 6. num. 9. & Foller. pract. crim. rub. banniantur, num. 1.* vbi dicit, quod bannire in foro sæculari, est ad similitudinem excommunicationis in foro Ecclesiastico, quia sicut excommunicatio eijcit excommunicatum à communio Fidelium, ita bannum in foro ciuili seperat bannitum à beneficijs, quæ competũt personis sæcularibus, citat *Bal. in l. 1. C. de hæred. instit.* & idẽ tenet *Catalan. de indulto cap. 13. num. 3. cum plurib. seq. & Carolus Rota in florileg. pract. conclus. concl. 9. nu. 53.*

3 Et bannum dicitur sententia interloquutoria. *Mayant. in suo speculo par. 6. rub. & demum fertur sententia, nu. 30. Angel. Aret. de maleficijs, ver. qui Iudex videt, quod inquisiti non comparent, num. 1. Carol. Rota in florileg. pract. conclus. conclus. 9. nu. 55. Catalan. d. cap. 13. num. 65. & seq. Cabal. d. casu 181. nu. 5. & seq. & Charter. de exequnt sent. cap. 1. num. 151. & num. 441. cum plurib. seq. vbi num. 444.* dicit, quod ideo dictum bãnum potest reuocari, cum sit sententia interloquutoria, quæ benè potest reuocari per eundem Iudicem, qui eam tulit, etiam si ab ipsa sententia interloquutoria sit appellatum. *l. quod iussit.* & ibi *Bart. nu. 12. Alex. & alij ff. de re indic. cap. cum cessante extra de appellat.* nisi sit bis confirmata, quia tunc non potest reuocari. *Abb. in d. cap. cum cessante, & Mastril. in decis. 23. num. 3, & 4.* & idem est si res non sit integra, puta si ipsa sententia interloquutoria sit demandata exequutioni, quia tunc non potest reuocari *Bald. in l. post sententiam in fine, nu. 13. C. de sent.*

Digitized by Google

sent.& interloquut.omn.Iud. Regens Rouit. in rub.de reuocat. & suspens.gratiarum, nu. 16.& Pract.Papiens.in rub.de forma sententiæ interloquutoriæ super incompetentia Iudicis, nu.9.

4 Sed tunc bannum dicitur sententia interloquutoria, quando non transit in condemnationem,& post dictum bannum expectatur alia sententia condemnatoria, alias si bannum in condemnationem transeat,& deinde non expectatur alia sententia condẽnatoria,tunc dictum bannum dicitur sententia diffinitiua.*Farinac,pract crim. tit.de inquisitione,quæst.11 nu.92. cum plurib.num.seq. & Chartar.d.cap.1, num* 440. citat *Bald.in l.1. post num.12. C.de hæred. instit.& Nattam cons.542.num.7.lib.3.* & in Regno post bannum expectatur alia sententia diffinitiua,& bannum non transit in condemnationem, sed illud fertur,vt ad sententiam diffinitiuam procedi possit in vim fictæ confessionis statutariæ, & dictum bãnum fertur à Iudice intendente hinc ad sententiam diffinitiuam procedere, vt desumitur ex *Constit.Reg. pœnam eorum*, & propterea bannum hoc exequi non debet,sed ipsa sententia, quę post bannum sequuta est, exequi debet. *Bal d.l.1. post d.num.12. C.de hæred. instit.& Chartar.d.cap.1.num.448. & seq. vbi num.447* dicit,quod ideo bannitus ex solo banno non videtur infamis.

5 Et in Regno non potest procedi ad sententiam foriudicationis, nisi præcedat bannum. *Affl.in d.Constit.Reg.pœnam eorum,num.10.& 11.de Nigris in cap. Reg.siue quis, num.19.ver.& est aduertendum,& Nouarius de grauam.vassall.tom.3,*

6 *grauam.9.num.11.* nam annus, in quo inquisitus debet persistere in contumaciam, vt possit foriudicari,incipit currere à die banni,vt in *d.Const.Reg. pœnam eorum*,vbi *Affl.num.12.* & *Riccius coll.1401.ver.animaduertas secundo*, & dicam infra cap. seq. num. 2. Et dictus annus incipit currere, non à die banni,sed à die,quo dictum bannum fuit publicatum per loca solita,ita *Carrer. in pract. crim. tit. de appellatione,vers.septimus casus est,num.48 fol.mihi 17.& Carolus Rota in florileg.pract.conclus.conclus.9. num.59.*

7 Et formata inquisitione,citatur inquisitus ad comparendum intra certum tempus inquisitioni respõsurus, & dictis citationibus legitimè exequutis, si inquisitus non compareat, propter illam contumaciam, & delictum, pro quo citatus fuit, ponitur in banno, & in ipso bãno assignatur contumaci certus terminus ad comparendum, & se defendendum, qui terminus si à statuto sit determinatus, nec minui, nec prorogari potest à Iudice. *Bald.in Auth iubemus in fin. C.de iudicijs, & Chartar. de exequut. sent. cap.1. num.427.* vbi in fine dicit, quod si inquisitus in dicto termino non cõparuerit, ipse habetur pro confesso, & conuicto, & postea in illum,vti in confessum, & conuictum fertur sententia diffinitiua condemnatoria in pœnam delicti,& *num.429.* dicit ipse *Chartar.* ibi, quod per totam Italiam obseruatur,quod inquisitus solemniter citatus, non comparens, ponitur in banno, & deinde diffinitiuè condemnatur,citat *Iul.Clar. pract.crimin.§. fin.q.44. ver sed hodie.*

8 Bannum debet publicari, Curia pro tribunali sedente. *Affl.in d.Const. Reg.pœnam eorum,num.11.*& deinde debet publicari per Ciuitatem alta voce,multis astantibus,& solet publicari in plateis,& locis principalibus Ciuitatis.*Nouarius d.grauam 9.nu.12.* alias bannum est nullum. *Foller pract crim. rub.banniantur,num.5. Regens de Ponte de potestate Proregis tit.1.§.3.num.18.& Nouarius d.grauam.9.num.13.* Sed hoc non habet locum in Magna Curia Vicariæ,vbi sufficit,bannum publicari tãtum,Curia pro tribunali sedente, & non requiritur,publicari per Ciuitatem; ita *Affl.in Const. Reg. grandis vtilitas,num.19.Reg.de Ponte d.§.3. num.19.de Nigris d.cap.Reg.siue quis,num.19.vers.& tale bãnum.Foller.d.rub.banniantur,n.3.& 7.Carrerius pract. crim.tit.de appellat.ver. septimus casus est,num.46 fol.mihi 17. Nouarius d.num.13.& Gramat. cons.crim.71.*

9 *num.7.* vnde non videtur tuta opinio *Scaglioni in Prag.1. num.78. de duello, & de Angelis ad Gizzarell.dec.17.num.4.* asserentium,quod in Magna Curia Vicariæ non fiat bannum, sed annus incipiat currere à die vltimæ contumaciæ contractæ in citatione ad capitula, nam *de Angelis* citat *Foller. d.num.3.* qui *Foller.* est pro contraria opinione ipsius *de Angelis*,nam ipse *Foller* ibi tenet,vt diximus, quod in Magna Curia semper fit bannum, quando est

10 expectandus annus. Immo dictum bannum

Digitized by Google

bannum factum in Magna Curia, nõ solum debet publicari, Curia sedẽte, sed etiam debet publicari per loca solita Ciuitatis, vt testatur *Gramat. d.*
11 *cons.71.num.17.* Et quando bannum non est publicatum per loca solita redditur nullum, & non potest procedi ad sententiam foriudicationis. *Carrer. dict. num.46.* Et si sit emanatum bannum, sed nulliter, & tunc si sequatur sententia condemnatoria, quæ fundatur in banno ipso, dicta sententia est ipso iure nulla, *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. posi num.150. vbi num.159.* dicit, quod quando bannum est nullum, bannitus non habetur pro confesso, & bannitus nulliter habetur pro non bannito, & quod quando bannum non valet, neque subsequens sententia, quæ in ipso bãno fundatur, valeat, & sit ipso iure nulla. tenent idem *Chartar. d. cap. fin. num.186. in fine, Rolandus à Valle cons.31. num.19. vol.1. Hipp. de Mars. pract. crim. §. posiquam, nu.57. & Guazzin. ad defensam Reorum def.35. cap.22. num.1.* & à fortiori sentẽtia diffinitiua lata, omisso bãno, contra contumacem est nulla, & non meretur exequutionem. *Chartar. de exequut. sent cap.1. num.436.*

12 Sed opinio *Baldassar. de Angelis, & Seaglioni* practicatur in Magna Curia Vicariæ, & sic, quod non fiat bannum, sed annus incipiat currere à die vltimæ contumaciæ contractæ in citatione ad capitula, sed in Curijs Baronalibus fit bannum. *Carolus Rota d. conclus.9. posi num.76.* prout etiam in Vrbe Romana bannum non fit, sed fit extra Vrbem in Statu Ecclesiastico. *Farinac. d.q.11. nu.44. ver. differt autem, & num.102. in fine, ver. sublimita id quod.*

13 Et bannum debet esse certum, & in scriptis. *Affl. in Const. Reg. grandis vtilitas, num.20.* Et dictum bannum debet continere personam Iudicis, & nomen, & cognomen illius, qui bannitur, & causam pro qua bannitur, & debet continere annum, mensem, & diem, alias bannum non valet. *Gramat. d. consc. crim. 71. num.17. Chartar. d. cap. fin. num.186. ver. prout etiam. Nouarius de grauamin. vasall. tom.3. grauam.9. num.14. de Nigris d. cap. Reg. sine quis num.19. vers. & tale bannum, & Foller. d. rub. banniantur, num.5. vbi num.8.* dicit, quod bannum debet publicari die iuridico, & non feriato, alias est nullum, vbi *n.26.* dicit ipse *Foller.* ibi, quod attenditur cõsuetudo loci infra quantũ tempus quis possit banniri, contracta vltima contumacia in citatione ad capitula.

14 Forma banni traditur per *Follerium d. rub. banniantur, num.4.* quæ talis est videlicet.

Nos Franciscus Antonius Strategotius Ciuitatis Salerni, &c. Quibusuis Iuratis, & seruientibus nostræ Curiæ, & alterius cuiuscunque ad infrascripta requirendo, scire facimus per præsentes, qualiter formata inquisitione, & informatione per nos, & nostram Curiam ad querelam Ioannis de Landulpho super homicidio patrato in personam quondam Ludouici de Landulpho eiusdem Ciuitatis de mense Octobris proximi præteriti anni 1545. tertiæ Indictionis Regnante Cæsarea Maiestate, & dominante in dicta Ciuitate in pertinentijs, & territorio dictæ Ciuitatis, & propriè, vbi dicitur ala carnala iuxta suos fines sub Præsidatu quo supra, fuerint super dicto homicidio reperti culpabiles Ioãnes Angelus, & alij infrascripti dictæ Ciuitatis, qui citati per nos, & nostram Curiam ad ipsam informandum super dicto homicidio sub die 4. Martij anno 1546. comparere recusauerunt in primo, & vltimo peremptorio, fuit propterea eisdem prima contumacia accusata sub die 5. prædicti mensis, & adueniente vltimo peremptorio, fuit eisdem accusata vltima cõtumacia, & per Curiã fuerunt condemnati ad pœnam in mandato contentam sub die verò eodem 4. Martij fuerũt similiter citati ad recipiendum copiam capitulorum, qui similiter comparere recusauerũt in primo, & vltimo peremptorio sub die nono eiusdem, fuit eisdem instante querelante, & Curiæ Coadiutore accusata vltima contumacia, & fuerunt condemnati ad tertiam partem eorum bonorum mobilium, & decretum, cætera bona fore adnotanda, nec non eosdem fore supponendos banno, mediante decreto ipsius Curiæ lecto, & lato sub die quo supra, & quia processũ est ad adnotationem bonorum, & nobis nouiter instatum fuit, prædictos contumaces publicè banniri, vt iuris, & moris est, & agnoscentes instum peti, propterea dicimus, committimus, & mandamus vobis, quibus supra ad pœnam vnciarum auri viginti quinque nobis, & nostræ Curiæ in casu contrarij applicandam, quod receptis præsentibus ad omnem instantiam dicti querelãtis, & Curiæ Coadiutoris debeatis publicũ bannum alta, & intelligibili voce more præconio in locis publicis, & consuetis, in quibus Vniuersitas dictæ Ciuitatis, & maior pars ipsorum congregari solet emanare, quod nemo

de

de dicta Ciuitate ex nunc in antea cuiuſuis gradus, conditionis, & ſtatus audeat, ſeu præſumat receptare, nec receptari facere prædictos contumaces inquiſitos, vt ſupra, nec eis ferre auxilium, fauorem, & conſilium, nec cum eis loqui, conuerſari, potum, & eſcam dare: ſimiliter nec locum, nec ignem: ſed illos capere, & capi facere acclamando adiutorium, & nobis, & noſtræ Curiæ impartiri auxilium ad ipſos capiendum, ipſique teneantur, tractentur, et reputentur, et habeantur pro rebellibus noſtræ Curiæ, homicidiarijs, et delinquentibus ſub pœna contenta in Regia pragmatica, et caueat vnuſquiſq; vt contrarium non faciat datum &c. referatur &c.

15 Alia forma banni traditur per *Nauarium in tract. de grauaminib. vaſſal. tom. 3. grauam. 9. n. 29.* & eſt tenoris ſequentis videlicet.

Nos, &c. pro Tribunali ſedentes loco, & more ſolitis, & conſuetis, & propriè in domibus, &c. declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod in præſenti anno 1620. Inditione, &c. 7. Iulij. Regnante &c. ac dominante, &c. ſub Præſidatu, &c. fuiſſe commiſſum quodam homicidium per N. in perſonam N. eum interficiendo dolosè, temerè, & appenſatè, & ſuper eo delicto fuit per nos, & noſtrã Curiam capta informatio, & citatus dictus N. ad informandum nos, & noſtram Curiam per N. iuratum ſub die T. menſis, qui O. non comparuit, nec aliquis pro eo, qua de re fuit contra eum ſub die N. accuſata prima contumacia, inſtante Curiæ Coadiutore, & elapſis quinq; diebus peremptorys neq; ipſe, neque aliquis pro eo compauit, fuit inſtante Curiæ Coadiutore ſub die N. incuſata vltima contumacia, Curia pro Tribunali ſedente, &c. & inſtatum condemnari ad pœnam contumacia, & banno ſupponi, & eius bonorum annotationem fieri, & poſtmodum, eadem noſtra Curia ſedente, ad pœnam in ipſa citatione contentam condemnatus, & declaratum ſupponendum eſſe banno, & adnotationem eius bonorum faciendum ſub die, etc. et illa ſequuta ſub die tali, fuit, et eſt contumax, et pro contumace à nobis habitus, et reputatus, et ipſum tanquam contumacem, in contumacia perſeuerante, bãnimus, dicimus, et expellimus ab omni protectione, et fauore Ciuitatis, etc. et eius diſtrictu; et bannimus, quod nullus dictæ Ciuitatis, ac diſtrictus, et in ea habitans, commorans cuiuſcumq; conditionis exiſtat audeat, nec præſumat acceptare dictum N. recipere, nec cum ipſo conuenire, nec practicare, nec ei modo aliquo locum, vel ignem dare ſub pœna, & ad pœnam vnciarum aurei centum, Curiæ in caſu contrarij, & c. immo ſi fortè contingerit ipſum videre, eundem capere ſi poteſt, qui videt poſſit inſequendo illum clamoribus, ac auxilium inuocare ſub pœna prædicta, &c. Ordinamus propterea omnibus hominibus, & perſonis dictæ Ciuitatis, & diſtrictus, ac omnibus in illis commorantibus, qui requiſiti fuerint, vel ipſum, aut ipſos clamantes ſenſerint omnẽ, auxilium vel fauorem illi, vel illis ſic perſequentibus, vel clamantibus ſub pœna prædicta præſtent, &c. Ordinantes vni ex iuratis dictæ Ciuitatis, quod præſens bannum publicet in iudicio, et in omnibus locis dictæ Ciuitatis, et diſtrictus ſolitis, et conſuetis ſimilia banna publicari, et eo bannito, et publicato affigere in locis, quibus ipſa eadem banna ſolita, et affixari, etc.

Et formam relationis ſeruiẽtis Curiæ, quæ fieri debẽt poſt publicationẽ banni prædicti in eius calce, ponit idẽ *Nouar.* ibi *n. 30.* & eſt v 3.

Die, etc. N. Iuratus retulit mihi N. Actuario, etc. banniſſe, et publicaſſe publica, alta, et intelligibili voce dictum bannum in iudicio dictæ Curiæ, et alijs locis dictæ Ciuitatis ſolitis, ac conſuetis vbi omnia banna, et ſimilia banniri, et publicari ſolent præſentibus, pro teſtibus, etc. et ita, etc.

16 Et contracta vltima contumacia in citatione ad capitula, antè ſupradictũ bannum fit adnotatio bonorum inquiſiti, nam adnotatio bonorum debet fieri, contracta contumacia. *Gramat. conſ. crim. 52. nu. 1. & in Conſt. Reg pœnam eorum nu. 21. Carolus Rota in florileg. pract. concluſ. concluſ. 9. nu. 38. & Cartar. de exequut. ſent. cap. 1. nu. 7.* ſed in practica ſeruatur, vt adnotatio bonorum poſſit fieri etiam ante citationem. *Foller. pract. crim. rub. adnotentur bona contumacis n. 1. circà medium, Cartar d cap. 1. n. 19. cum plurib. numeris ſeq* & præcipuè *nu. 21. & Guazzin. ad defenſam reorum def. 8. cap. 1. n. 2.* vbi *n. 1.* dicit ipſe *Guazzin* quod tũc adnotatio bonorum fit, quando pro delicto poteſt fieri vniuerſalis bonorum confiſcatio, de quo vide *Foller.* vbi ſupra *n. 3.* ſed quod de iure communi adnotatio bonorum ſit facienda poſt ſentẽtiam condemnatoriam, & non anteà tenent *Peregrinus de iure Fiſci lib. 5. tit. 1. n. 196. & Regens Rouit. rub. de ſent. foriud. n. 13.* ſed opinio *Foller. & Guazzin.* ſeruatur in Regio noſtro per *Conſt. Reg. grandis vtilitas* vbi *Affl nu. 17.* & deſumitur ex *Rouito d. n. 13.* & quod adnotatio bonorum fiat ante contumaciam, tenet *Maſtril. de indulto cap. 22. n. 19. & ſeq.*

17 Et

Digitized by Google

17 Et annus, infra quem quis perseuerare debet in contumacia, vt possit foriudicari, incipit currere à die factæ adnotationis bonorum. *Gramat. cons. crim. 71. n. 15. & cons. ciuili 152. n. 32. & de Nigris in d. cap. Reg. siue quis nu. 19. ver. &*
18 *talis annus*; sed quod si foriudicatio sit facta, non præcedente adnotatione bonorum, talis sententia foriudicationis valeat, & nõ annulletur, ex eo, quod non fuit facta adnotatio bonorum, dicit decisum *de Franch. decis. 515.* & docet *Danza de pugna DD. tom. 1. tit.*
19 *de foriudicatis cap. 1. n. 4.* nam annus currit à die banni, etiam non facta adnotatione bonorum. *Riccius coll. 1401. ver. animaduertas secundo.* Vndè non videtur tuta supradicta opinio, quod annus currat à die factæ adnotationis
20 bonorum, nam hodie de generali consuetudine Italiæ adnotatio bonorum non seruatur, vt testantur *Follerius pract. crim. rub. foriudicentur n. 1. circà mediam, de Leonardis pract. officialium cap. 13. num. 35. & Tartag. pract. crim. part. 1. cap. 6.*
21 *post nu. 8.* sed bannum hodie successit loco adnotationis bonorum. *Cartar. de exequut. sent. cap. 1. nu. 18. & Boss. pract. crim. tit. de citationib. nu. 6.* & bannum idē operatur, quod de iure adnotatio bonorum, *Cartar. d. cap. 1. n. 126. & n. 409.*
22 Et adnotatio bonorum hodie non habet locum, nisi in bonis mobilibus. *Augustinus in add. ad Angelum. Aret. de maleficijs, ver. qui Iudex videns. quod inquisiti non comparent nu. 8. & Carturius d. cap. 1. n. 24. & seq.* vbi dicit, quod in Ducatu Mediolani, & in Regno Neapolitano etiam immobilia adnotantur.

SVMMARIVM.

1 *Bannum fieri debet, contracta contumacia: & elapso anno, à die dicti banni reus potest foriudicari: & annus currit à die promulgationis dicti banni. num. 2. & quid si tempus anni sit breuiatum à statuto, quo tempore incipiat currere dictum tempus breuiatum? n. 29.*

3 *Sententia foriudicationis, si sit lata ante annum, est nulla amplia vt ibidem; sed in Regno Siciliæ reus, elapso quatrimestri tempore potest foriudicari. n. 4.*

5 *Trahens ictum scopetæ ad necandum, etiam non sequuto effectu, potest foriudicari infra quindecim dies à die contumaciæ, quod procedit etiam in Curijs Baronalibus ibidem. Limita vt n. 6. & 7. sed quoad alios, qui dolosè interuenerunt, & non traxerunt ictum scopetæ, debet expectari annus n. 8.*

9 *Annus expectari debet ad foriudicandum plures, qui commiserunt homicidium cum vno ictu scopetæ, & ignoratur à quo sit emissus dictus ictus. & n. 10.*

11 *Tempus dierum quindecim statutum ad aliquem foriudicandum in delictis factis cum armis igneis non currit pendente tempore absentiæ concessæ ad denunciandum, vel pendente appellatione à denegata absentiæ.*

12 *Osculantes, & rapientes mulieres infra quantum tempus possint foriudicari?*

13 *Occidens innoxium pro noxio potest foriudicari, elapso mense, post contumaciam.*

14 *Prouocans aliquem ad duellum quo tempore possit foriudicari?*

15 *Delinquens si associetur cum forasoitis, & cum ipsis deambulet, & delinquat per cãpaneam, si infra decem dies non compareat coram suo ordinario, à quo fuit reputatus contumax, dicitur foriudicatus ipso iure.*

16 *Visus armatus cum armis igneis in comitiua quatuor bannitorum potest foriudicari infra quatuor dies.*

17 *Recaptum facientes, si citati ab eorum ordinarijs non compareant, elapsis quatuor diebus, dicuntur foriudicati, & traditur practica quomodo procedatur contra istos ad declarationem foriudicationis. n. 18. & quare ista practica fuit inuenta? n. 19.*

20 *Ignem immittens in aliqua re, vel occidens animalia illius, cui fuit petita quantitas pecuniæ, & ipsa non fuit missa, dicitur foriudicatus ipso facto; sed tamen est citandus, & debet declarari, haberi pro foriudicato. n. 21.*

22 *Læsæ Maiestatis crimen committens absens condemnatur absq; citatione.*

23 *Banchery falliti, si se absentent, & non compareant per sex dies, si citati non compareant infra alios sex dies, possunt foriudicari.*

24 *Prorex potest dispensare ad tempus anni, qui datur ad foriudicandum, & dictum tempus breuiare in delictis grauibus. amplia nu. 25. & ipsa abbreuiatio potest esse minus trium mensium, reiecta opinione aliorum contrarium tenentium. n. 26.*

27 *Tempus anni ad foriudicandum, si fit breuiatum à Prorege contra reum contumacem, ipse contumax est iterum citandus ad informandum, & ad capitula cum inserta forma dicta breuiationis.*

28 *Sententia foriudicationis lata post tempus*

breuiatum à Prorege est valide.

30 *Tempus ad foriudicandum currit, pendente guidatico, & pendente guidatico, potest proferri sententia foriudicationis contra guidatum, qua sententia prolata, dicitur sublatum guidaticum de iure Regni, secus de iure communi.*

31 *Indulcandus, pendente discussione indulti, non potest foriudicari pro delictis factis ante tempus alicuius seruitij, propter quod sit indulcandus de ipsis delictis.*

32 *Carceratus, si sit condemnatus ad mortem, & tempore, quo cõtra eum sententia executioni demandari debebat, euasit, an facinus possit foriudicari, & permitti, vt ab omnibus possit impune occidi?*

33 *Reus si purgauerit indicia, & sit habilitatus de se præsentando, nouis superuenientibus indicijs, si noua superuenient indicia, & Reus ipse citetur ad se præsentandum, si non compareat, potest foriudicari.*

CAP. X.

Infra quantum tempus post cõmissum delictum quis possit foriudicari?

1 COmmisso delicto, de quo venit imponenda pœna mortis naturalis, delinquens citatur ad informãdum, & ad capitula, vt dixi sup. cap. 5. n. 2. & effecto cõtumace in dictis citationibus, ipse inquisitus ponitur in bando, vt dixi supra cap. præcedenti num. 1. & 7. quo posito, & elapso anno à die banni, ipse inquisitus potest foriudicari, vt in *Const. Regni pœnam eorum*, & annus prædictus currit à die

2 banni, vt in *d. Const. Reg. pœnam eorum*, vbi *Affl. num. 12. Reg. Rouit. rub. de sentent. foriud. num. 4. & de Angelis ad Gizzarell. dec. 13. num. 8. & dec. 17. num. 3. vbi num. 4.* dicit, quod in Magna Curia Vicariæ non sit bannum, sed annus currit à die vltimæ contumaciæ contractæ in citatione ad capitula, & diximus supra cap. præcedenti, num. 9. & 10.

3 Quod si sententia foriudicationis sit lata ante annum, sententia ipsa est nulla. *Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, versic. septimus casus est, num. 49. fol. mihi 17. à tergo, & Nouarius de grauamin. vassallor. tom. 3. grauam. 9. num. 15.* & hoc dato, quod Iudex esset certus, contumacem non comparuisse post annũ, nam adhuc si proferat sentẽtiam foriudicationis ante annum, ipsa est nulla. *Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, nu. 12.*

4 Et in Regno Siciliæ vltra Pharum, elapso quatrimestri tempore, Reus potest foriudicari. *Mastril. de indulto cap. 14. num. 1. & cap. 30. post num. 4.* sed in Regno Neapolitano, elapso anno, vt diximus.

5 Verum in pluribus casibus in Regno isto Neapolitano tempus anni est breuiatum, &

Primo, qñ qs interficit aliquẽ ictu scopictæ; qa tũc interficiẽs, elapsis 15. diebus numerandis à die vltimæ contumaciæ contractę in citatione ad informãdum, & ad capitula, potest foriudicari. *Prag. 48. de armis*, quæ hodie est 2. *de ictu scopicta*, quæ fuit confirmata per *Prag. 3. de ictu scopict.* & postremò hoc fuit confirmatum per *Pragm.* Comitis Montis Realis de armis editam die 29. Martij 1637. §. 1. in fine. *Nouar. de grauam. vass. to. 3. grauam. 9. n. 22. & Carolus Rota in flor. pract. concl. cõcl. 9. n. 77.* Quę supradictę Pragmaticę procedũt ẽt in Curijs Baronalib. *Prag. 10. §. 48. de off. Iud.* Et hoc procedit, si quis trahat ictũ scopictæ, & nõ sit sequuta mors; nã adhuc trahens ictũ scopictæ potest foriudicari cum breuiatione dierum quindecim, vt colligitur ex *d. Prag. 2. & ex d. Prag. 3. de ictu scopicta*; nam talis trahens ictum scopictæ, etiam non sequuta morte, punitur pœna mortis, *d. Prag. 1. & d. Prag. 3. de ictu scopicta*, & simile statutum est in Regno Siciliæ, vt testatur *Mastril. dec. 155.* Quod procedit, etiam si absque pilæ emissione ex focono tantum flamma corruscaucrit, si tamen constet, pilam inhærere in corpore; alias deficeret delictum in genere. *Riccius coll. 1363. Reg. Rouit. dicta Prag. 1. de ictu scopicta, & Mastril. d. dec. 155.*

6 Sed tunc trahens ictum scopictæ, non sequuta morte, punitur pœna mortis, quando trahens dictum ictum est solitus delinquere, & appensatè trahit ictum scopictæ, alias, vno ex his duobus deficiente, trahens ictũ scopictæ non punitur pœna mortis, vt ita decisum testatur *Gizzarel. decis. 25.* & successiuè non potest foriudicari, ex his, quę dixi supra cap. 3. n. 1. & 2.

7 Immo si statutum disponat, vt trahens ictum scopictæ puniatur pœna mortis, etiam non sequuta morte, & licet hoc sit in rixa, tamen si quis trahat

hat ictum ſcopictæ ad ſui defenſionē, puta quia fuit prouocatus ab aduerſario, cum eiſdem generibus armorum, in hoc caſu trahens ictum ſcopictæ non punitur pœna mortis. *Cabal. reſol.crim.caſu* 88. & conſequenter non poteſt foriudicari, nam ſtatutum hoc generale, & ſimpliciter loquens de rixa, non videtur tollere defenſionem ipſius, ſed videtur illam reſeruare. *Alex. conſ.*113. *num.*8. *lib.*5. *Decius in l. vt vim, num.*9. *ver. & talis defenſio, ff. de iuſt. & iure, Hipp. de Marſ. ſing.*59. *& Bald. conſ.*111. *num.*1. *lib.*4. nam defenſio propriæ perſonæ eſt de iure naturæ, ita vt ſtatuto tolli non poſſit, *d.l. vt vim*, & docet *Cabal. d. caſu* 88. *num.*2. *vbi num.*3. dicit, quod neque Papa, vel Imperator poſſunt dictam naturalem defenſionem tollere; & quis pro defenſione poteſt vti armis prohibitis. *Cabal. reſol.crim.caſu* 62. & pactum, quòd non liceat ſe defendere, non valet. *Cabal. reſol.crim.caſu* 101. *nu.*42.

8 Sed ſi ſint plures in committendo homicidium, & vnus tantum trahat ictum ſcopictæ, & interficiat aliquē, iſte talis, qui traxit ictū ſcopictæ foriudicatur cum breuiatione termini dierum quindecim, & non alij, qui dolosè interuenerunt in homicidio cum armis igneis, & non traxerunt ictum ſcopictæ, nam quo ad iſtos debet expectari annus, vt ita deciſum teſtatur *Dominus Conſiliarius Merlinus omni laude dignus controuerſ. forenſ. cap.*47. reiecta opinione *Thori comp. deciſ. to.*2. *ver. Pragmatica ictu ſcopicta*, contrarium deciſum referentis. Et idem puto cōtra mādantem, aliquem interfici ictu ſcopictæ, nam ſequuto effectu, ipſe mandans non poteſt foriudicari, elapſis quindecim diebus, ſed debet expectari annus, ſed tantum mandatarius poteſt foriudicari, elapſis dictis quindecim diebus; ſed aſſiſtens in homicidio proditorio punitur eadem pœna, qua principalis proditor punitur, ſed ſi principalis delinquens non commiſit homicidium proditorium, & talis ſocius aſſiſtebat proditoriè, iſte ſocius non punitur pœna proditionis impoſita, ſed punitur eadem pœna, qua punitur principalis, & non maiori pœna, ita *Cabal. de omni genere homicidij, num.*412. *& ſeq.* Sed hæc procedunt quo ad pœnam imponēdam, & non quoad breuiationem temporis foriudicationis.

9 Sed quæritur quid ſi erant tres intus domum, vel in aliquo alio loco armati cum ſcopictis ſtudiosè, & cōmunicato conſilio ad aliquem occidēdum, & vnus ipſorum traxit ictum ſcopictæ, & interficit occidendum, ſed non conſtat de emittente ictum, an omnes poſſint foriudicari, elapſis quindecim diebus, iuxta *Prag.*2. *de ictu ſcopictæ*? & prima facie videtur dicendum, quod ſic, nam homicidium factum à pluribus vnico vulnere, licet non conſtet de vulneratione, tamen omnes tenentur de homicidio. *Gramat. conſ. crim.*5. *num.*1. quod intellige, quando plures, communicato conſilio ad aliquem occidēdum ſunt cōgregati in aliquo loco, & vnico vulnere interficiunt hominem, & non conſtat de vulnerante, nam tunc omnes tenentur pœna homicidij, *Paul. Chirlan. de relaxatione carcerati, rub. de abſolutione innocentis, ver. ſexto quæro num.*1. *cum duob. num. ſeq. & Cabal. reſol. crim. caſu* 192. *in princ.* Secus ſi hoc ſit in rixa, & vulneratus nō habeat, niſi vnicum vulnus, vel minora vulnera, & pauciora, quàm fuerunt rixantes, quia tunc nemo ipſorum rixantium debet puniri pœna mortis. *gloſ. in l. item mela, §. ſed ſi ſeruum pluries, ff. ad leg. Aquiliam. Hipp. de Marſ. in l.*1. *num.*90. *ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Cabal. d. caſu* 192. *nu.*12. *Chartar. de exequut. ſent. in præfatione, n.*55. *& in cap. fin. num.*237. *vſque ad nu.*243. *& Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, nu.*26. Sed ſi fuit appenſatè, & animo deliberato, tunc omnes puniuntur pœna mortis, dato, quod non cōſtet de vulnerante, vt ita deciſum, teſtatur *Theſ. dec.*31. *& Iul. Clar. pract. crim. §. homicidium, ver. alia etiam eſt*; licet contrarium teneant *Boſs. pract. crimin. tit. de homicidio, num.*16. *& Affl. in Conſlit. Regni terminum vitæ, num.*27. Sed omnia ſupradicta procedunt quo ad pœnam imponendam, ſed quæſtio noſtra eſt, an contra omnes poſſit procedi cum breuiatione dierum quindecim, ſeruata forma, *Pragm.*2. *de ictu ſcopictæ*; & puto, quod ſit expectandus annus, quo ad omnes ratione incertitudinis, cum ignoretur, quis emiſit ictū ſcopictę, & *d. Prag.*2. loquitur de emittente, vel occidente aliquem cum ictu ſcopictę; quod dum ignoretur de emittēte ictum ſcopictę, licet omnes

Digitized by Google

puniatur pena mortis, vt diximus, tamen contra eos non potest procedi ad sententiam foriudicationis cum breuiatione dierum, quindecim, sed contra omnes est expectandus annus, nam in dubijs nemo est condemnandus. *Anna alleg. 58. num. 15.* & melius est nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare. *l. absentem ff de panis*, & in obscuris media via est tenenda. *l. Titius, vbi Alex. ff. ad Senat. Consult. Trebell.* & in ambiguis, quod est minimũ sequi debet. *l. semper in obscuris ff. de regulis iuris, c. in obscuris de regulis iuris in 6. Thes. dec. 89.* Et in ambiguis quæstionibus semper pro reo est respondendũ, & in criminalibus mitior opinio in dubijs quæstionibus est seruanda. *Gramat cons. crim. 5. n. 9.* & semper in penis benignior interpretatio est faciẽda. *cap. in panis de reg. iuris in 6.* & in criminalibus semper tenẽda est opinio, quæ in mitiorem, & benigniorem partem tendit. *l. interpretatione ff. de panis l. factum cuiq; sunm § in panalibus ff. de regul. iuris, Caball. resol. crim. casu 200. nu. 145.* Hinc est, quod licet si inueniãtur arma propè pedes alicuius, præsumatur, apposita esse ab eo. *Bal. in l. 3. §. 1. ff. de off. Prafecti vigilum*, licet *Hipp. de Marsi. pract. crim. § pro complimento n. 28.* teneat cõtrarium, sed secundùm opinionem *Baldi* dicit esse statutum Florentiæ *Caball. resol. crim. casu 230. nu. 1.* & tamen si sit inuentus culter propè pedes multorum, & nescitur, à quo ipse culter fuit proiectus, si veniat imponenda pena pecuniaria, omnes tenentur ad dictam penam pecuniariam, sed vnica pena soluitur ab omnibus, sed si sit imposita pena corporalis, & omnes absoluuntur ratione incertitudinis, vt docet *Caball. d. casu 230. Reg. Sanfelic. dec. 255.* nam inermis, si reperiatur cum alijs armatis, non punitur pœna asportationis armorum. *Hipp. de Marsi. d. § pro complimento n. 37.*

10 Sed licet expectetur annus, tamen elapso anno omnes isti possunt foriudicari, dato quod vnus ictus sit emissus à pluribus, & non constat de emittente, vt docent *Iul. Clar. d. § homicidium, ver. sed hic incidenter in fine*, & *Cartar. de exequut. sent. cap. fin. post n. 239.*

11 Quæritur etiam, quid si in vltimo peremptorio sit allegata causa absẽtiæ, & ipsa sit concessa ad instantiam alicuius consanguinei inquisiti, an pendente tempore absentiæ, currant quindecim dies, qui debent expectari, vt quis possit foriudicari, vel si sit appellatum à denegata absentia, quæ appellatio debet admitti, vt dixi supra *cap. 8. n. 91.* & Iudex à quo sit inhibitus per Iudicem ad quem, vt non procedat, an remissa causa per Iudicem ad quem Iudici à quo, istud tempus appellationis impediat cursum dictorũ dierum quindecim? & videtur dicendum quod non, nam *d. pragm. 2. de ictu scopicta* dicit, quod interficiens aliquẽ ictu scopictæ, elapsis quindecim diebus numerandis ab vltima contumacia contracta in citatione ad informãdum, & ad capitula, potest foriudicari, sed vltima contumacia dicitur cõtracta non obstante petita absentia, nam in termino ad denunciandum dicitur; firma remanente contumacia, vt dixi supra *d. c. 8. n. 105.* ergo, &c. sed contrarium videtur esse verum, & sic, istud tempus dierũ quindecim non currere, durante dilatione concessa ad denunciandum, vel pendente tempore appellationis à denegata absentia, & primo per *text. in auth. si tamen in medio C. de tempor. & reper. appellat. & in clem. quamdiù de appellat.* vbi habetur, quod si causa sit compromissa, & per expirationẽ compromissi causa agitatur coràm Iudice ordinario, tempus compromissi non computatur in tempore instantiæ primo loco inceptæ corã ipso Iudice ordinario: secundo facit, nam si in causa principali incidat quæstio, quæ debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum; & illud incidens sit remissum dicto Iudici Ecclesiastico; pendente discussione facienda per Iudicem Ecclesiasticum super illud incidens non currit instantia in causa principali. *Cavyc. decis. 11. n. 10.* Vltimo facit doctrina *Baldi in l. contra maiores circa finem C. de inoff. testamẽto*, vbi ipse *Bal.* dicit, quod dum disputatur de mandato, non currit perẽptorium, *Baldum* sequitur *Capic. d. dec. 11. post num. 9.* Et pro hac vltima opinione facit *text. de iure Regni in prag. 15. § che le parte, de suspitione offic.* vbi habetur, quod infra quadraginta dies à die primę petitionis notificatę principali potest Iudex allegari suspectus; quod si principalis sit absens, & detur terminus ad denunciandum, dictus terminus dierum quadraginta incipit

pit currere à die, quo elapsus est terminus prædictus datus ad denunciãdum: facit etiam *tex. in d.l. contra maiores C. de inoffic. testamento*, vbi habetur, quod infra quinquennium potest dici de inofficioso testamento, & tamen si sit dictum de nullitate ipsius testamenti, pendente iudicio ipsius nullitatis, non currit dictum tempus quinquennij, infra quod potest dici de inofficioso testamento.

12 Secundo deosculatores, & rapientes mulieres possunt foriudicari infra sex menses, non expectato anno. *cap. Reg. vt sinè mortalis peccati*, sed hodie per *pragm. 1. tit. de osculantib. mulieres*; deosculans mulierem per vim potest foriudicari, elapsis tribus mẽsibus, & docet *Reges Ronit. rub. de sent. foriud. n. 6. & Carolus Rota d. concluſ. 9. post n. 91. ver. secundus est casus*, quod non puto, extendi in raptore mulierum, nam ipse non potest foriudicari, nisi elapsis dictis sex mensibus, iuxta *d. cap. Regni, vt sinè mortalis peccati*, nam *d. pragm. 1.* breuians tempus in tribus mẽsibus, quoad osculatorem mulierum, nõ debet extendi ad raptorem mulierum, nam pœnæ sunt restringendæ, & non ampliandæ, *cap. odia de regulis iuris in 6.* sed quod *d. prag. 1.* breuians tempus in tribus mensibus quoad osculatorem mulierum, debeat extendi ad raptorẽ mulierum, facit ratio, nam vbi duo sunt æquiparata à iure veteri, lex noua disponens super vno, censetur idẽ disponere super altero. *l. vt tantum ff. de seruo corrupto l. si quis seruo persuaserit, vbi glos. C. de furtis, Viuius commun. opin. lib. 1. opin. 308. Bar. in l quod vero ff. de legib. & Genuens. pract. Archiep. Neapol. cap. 21. post nu. 2.* Quod procedit si sit facta æquiparatio in illa materia, licet non sit facta in illo indiuiduo. *Petrus de Beninendis dec. 78. n. 6. et de Nigris in c. Regni ad hoc, n. 162.* ergo, &c. sed ego nõ discedo à prima opinione, & supradicta ratio potest procedere in fauorabilibus, secus in odiosis, & pœnalibus, & statutũ corrigens ius commune in vno casu, non extenditur ad alium. *l. præcipimus C. de appellat.* & extensio in correctoriis non solum à simili, sed à maioritate rationis non est licita. *Viuius com. opin. lib. 1. opin. 107.* Verum raptor potest impunè interfici à consanguineis raptæ tempore, quo aufugit cum rapta in flagranti crimine, si sit de dicto crimine conuictus. *l. vnica C. de raptu virg.*

13 Tertiò si quis occidat aliquem cõsanguineum ex odio, quod habet cũ alio consanguineo occisi, in hoc casu est breuiatum tempus anni ad vnum mensem, quo elapso, & dicto delinquente permanente in contumacia per dictum mensem, ipse potest foriudicari, vt est *tex. de iure Regni. in prag. vnica de offendentibus innoxium pro noxio.*

14 Quarto si quis prouocat aliquem ad duellum, potest foriudicari, elapsis tribus diebus. *prag. 1. de duello*, & docet *Regens Ronit. rub. de sent. foriud. n. 6. & Carolus Rota d. concluſ. 9. post nu. 91.* & per *d. prag. 1. de duello*, talis diffidator, licet nõ sequatur certamen, tamen punitur pœna mortis, quod si diffidatus acceptat duellum, & pugnat, tenetur de vulneribus illatis, quod si mors prouocantis sequatur, & tunc tenetur pœna mortis, de quo vide *Capibl sing. 48.* sed per *prag. 2. de duello*, pro prima vice diffidator punitur pœna relegationis per quinquẽnium, & ad ducatos duo mille, & diffidatus, si acceptauit duellum, punitur, vel ad ducatos duo mille, vel ad relegationem per quinquẽnium, & pro secunda vice punitur iuxta *d pragm. 1. de duello*, quod habet etiam locum, quo ad assistentes in duello. Quod si prouocatus non acceptauit duellum, non notatur infamia *d. prag. 1. & pragm. 2. de duello*, & in quantum *d. prag. 2.* dicit, quod pro prima vice diffidans non puniatur pœna mortis, intellige si nõ sequatur mors, alias punitur pœna mortis ex capite legis Corneliæ de Sicarijs, vti homicida voluntarius.

15 Quinto si quis delinquet, & associetur cum foriudicatis, & cum ipsis deambulat, & delinquat per campaneam, si infra decem dies non compareat coràm suo ordinario, à quo fuit reputatus contumax, dicitur foriudicatus ipso iure. *prag. 1. prag 5. prag. 6. prag. 9. & pragm. 11. de exulib. Nouarius d. grauam. 9. nu. 21. & Carolus Rota d. concluſ. 9. nu. 78.* qui decem dies currunt à die, quo incepit ire per campaneam delinquendo cum foriudicatis. *d. prag. 9. & d. prag. 11. de exulib.* Quod intellige, si iste talis delinquens associetur cum foriudicatis per campaneam, secus si stet absconditus cum foriudicatis intus habitata, quia tunc non dicitur foriudicatus. *d. prag. 6. de exulib. pragm. 3.*

Digitized by Google

§. 4. *de receptatoribus malefactorum.*

16 Sexto, si legitimè sit probatum, aliquem fuisse visum armatum cum armis igneis in comitiua quatuor bannitorum, iste talis punitur pœna mortis naturalis, & contra ipsum potest breuiari tempus foriudicationis infra quatuor dies, & quando reperitur in flagranti cum dicta comitiua, ipse potest impunè occidi, dato, quod non fuisset per sententiam declaratus foriudicatus, & de eius capite potest indultari vnus bannitus, vel delinquẽs, vt in *Prag.* Ducis Medinæ edita die 25. Iulij 1643. §. 5. & in *Prag.* edita per Excellentiss. Magnum Admiratum Castigliæ Viceregem huius Regni sub die 19. Maij 1644. §. 6.

17 Septimo, capientes homines intus habitata, vel intus eorum domus, vel massarias causa extorquẽdi pecunias ab ipsis, habentur ipso facto pro foriudicatis, tanquam si per sententiam essent declarati foriudicati. *Prag.* 8. *de exulib.* Sed postea fuit statutum, vt capientes homines intus habitata, vel intus eorum domus, vel massarias, vel in quolibet alio loco, etiam in vijs publicis, causa ab ipsis extorquẽdi pecunias, si citentur ab eorum Officialibus etiam Baronalibus, & non compareant infra quatuor dies, habẽtur ipso facto pro veris foriudicatis, tanquam si essent per sententiam declarati foriudicati. *Prag.* 10. *in princip. de exulib.* & docet *Regens Rouit. rub. de sent. foriud. n.* 6. *& Carolus Rota d. concl.* 9. *n.* 79. Et in *d Pragm.* 10. *in princ.* disponitur, hoc etiam procedere contra eos, qui mittunt imbasciatas, vel literas alicui ad petendum pecuniam, vel aliam rem cũ minis offendẽdi eorũ personas, vel bona, si petitum non mittatur, & hoc dato, quod sit tentatum tantum, non sequuto effecto. *d. Prag.* 10. *in princ.*

18 Et in materia recaptus inquisitus citatur ad informandum, & ad capitula, & in citatione dicitur, quod inquisitus peremptoriè cõpareat post quatuor dies, & in eadem citatione ad capitula debent etiam citari agnati, cognati, amici, & vicini inquisiti, ad dicendum causam quare dictus inquisitus, elapsis quatuor diebus, non debeat haberi pro vero foriudicato, tanquam si esset per diffinitiuam sententiam declaratus: & notificata dicta citatione, in vltima die dictorũ dierũ quatuor incusatur prima contumacia, & postea, elapsis alijs tribus diebus, incusatur vltima contumacia, & prouidetur hoc modo videlicet. *Et vocato d. T. de T. in banco iuris per talẽ seruientem alta, & intelligibili voce more præconio, qui non comparuit, nec aliquis pro eo, qui legitimam excusationem proponeret, ideo fuit reputatus contumax, & prouisum, d. T. de T. haberi pro vero diffidato, rebelle, contumace, & pro vero foriudicato, prout si esset per diffinitiuam sententiam taliter declaratus, ita quod ipsi nulla appellationis, seu supplicationis remedia superesse cognoscat, & quod omnia ferè pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur, ita vt ab omnibus offendatur, & occidatur impunè, eiusque offensores, & occisores præmia consequantur, bonaque eius omnia Fisco nostro publicamus, applicamusque irremissibiliter, seruata tamen distinctione Cõstitutionis Regni foriudicatorum bona, taliter in his decernentes, isto, & omni alio modo meliori, &c.*

19 Et hodie hæc practica est inuenta, ad tollendum altercationes DD. nam alij tenent, quod si inquisitus reputatus contumax de crimine recaptus sit captus viuus, non statim facta recognitione eius personæ, est morti tradendus pro exequutione sententiæ foriudicationis, sed prius est citandus ad dicendum causam quare non debeat reputari pro vero foriudicato, & condemnato per sententiam, & debet formari processus declaratiuus super hoc, ita *Chartar. de exequut. sent. cap.* 3. *num.* 76. *& de Leonardis practic. officialium cap.* 15. *num* 28. tamen alij tenent cõtrarium, & sic, quod si inquisitus reputatus contumax pro crimine recaptus sit captus viuus, non est citandus ad dicendum causam quare non debeat reputari pro foriudicato, & non debet formari processus declaratiuus super hoc, sed põt statim, facta eius personę recognitione, morti tradi, ita *Regens Rouit. in Pragmat.* 12. *num.* 3. *cum duobus numeris seq. de exulib. Nouarius dec. Regiæ Audientiæ Apulea* 39. *& in coll. ad Prag.* 10. *nu.* 7. *de exulibus, Capiblanc. de Baronib. tom.* 1. *super Pragmat.* 8. *par.* 2. *num.* 129. *& tom.* 2. *cap.* 52. *nu.* 13. *& seq. & Danza de pugna DD. tom.* 2. *tit. de armatione per campanam, cap.* 1. *nu.* 19.

20 Octauo, si quis imponat ignem in bonis, vel occidat animalia ipsius, cui fuit petita aliqua quantitas pecuniarum,

Digitized by Google

rum, & ipse eam noluit mittere, iste talis immittens ignem, vel occidens animalia, si citatus pro eadem causa ab eius Officiali non compareat infra quatuor dies, dicitur foriudicatus ipso facto. *Prag. 12. de exulib.* Sed hodie, si quis mittat alicui ad petendum aliquam pecuniarum quantitatem, & ex quo dicta quantitas non fuit missa, ipse immittat ignem in bonis, vel occidat animalia illius, cui fuit petita dicta quantitas, tàm ipse, quàm illi, qui scienter portauerunt literas, vel Nuncium ex causa dicti recaptus sunt ipso facto foriudicati. *Prag. 13. & Prag. 14 de exulib.*

21 Sed licet isti tales sint foriudicati ipso facto vigore dictarum Pragmaticarum, tamen sunt citandi, nam citatio est de iure diuino, & non potest tolli per statutũ, vt dixi supra cap. 5. num. 7. & 8. & in vltimo peremptorio, si non compareant, debent declarari, haberi pro foriudicatis, argumẽto eorum, quæ traduntur per *Bellonem dec. 689. per Bost. pract. crim. tit. de hæreticis, num. 26. & tit. de crimine læsæ Maiestatis, num. 75. per Carrerium pract. crimin. tit. de hæreticis, ver. expedito, num. 10. & seq. fol. mihi 275. per Io. Ant. de Nigris in cap. Reg. 13. num. 40. & per Capic. decis. 130.* & licet per statutum quis possit ipso facto banniri, vel ad mortem condemnari, tamen adhuc requiritur sententia declaratoria Iudicis, antequam fiat exequutio. *Hipp. de Marsil. pract. crim. §. aggredior, nu. 113.* Et sententia declaratoria requiritur, quamuis verba statuti ipso iure pœnam imponant. *Leius, qui delatorem.* vbi *Bart. & Albanus ad Bart. ibi num. 1. ff. de iure Fisci, Charter. de exequt. sent. cap. 1. num. 187. & Mastril. de indulto cap. 22. nu. 14.*

22 Nono, nam in crimine læsæ Maiestatis humanæ, compilato processu, profertur sententia in absentẽ, etiam absque alia citatione. *cap. Regni nuper apud Tranum,* & docent *Muscatel. pract. crim. tit. de crimine læsæ Maiestatis humanæ, rub. de priuilegijs, & c. num. 32. Foller. pract. crim. rub. item, quod commisit crimen læsæ Maiestatis, num. 91. & Gnazzinus ad defens. Reor. def. 10. cap. 1. n. 6.*

23 Decimo, si Bancherij, & Magazenerij post citationem se absentent, post quindecim dies possunt foriudicari in Regno Neapolitano, & in Regno Siciliæ vltra Pharum. *Mastril. de indulto cap. 30. num. 3.* sequitur *Nouarius de gratiosis. vassallo. 3. gratiam. 9. n. 27.* qui dicunt, in Regno Neapolitano esse *Prag. 1. & 5. de nummularijs,* & in Regno Siciliæ vltra Pharum esse, *Pragm. 4. de bancherijs,* sed in Regno Neapolitano per *d. Pragm. 1. & 5.* quæ hodie est 4. *de nummularijs,* disponitur, vt si bancherij decocti se occultãt per sex dies, si citati non compareant, elapsis alijs sex diebus, possunt foriudicari, vndè opinio *Nouar. & Mastril* in Regno Neapolitano non est vera, prout neque est vera opinio eiusdem *Nouarij d. gratiam. 9. nu. 26.* in quantum asserit, Mercatores decoctos, qui se occultauerũt per sex dies, si citati non compareant, elapsis alijs sex diebus, posse foriudicari, citat *d. Pragm. 1. & 5.* quæ, vt diximus, loquuntur de bancherijs, & non de Mercatoribus; & in tantum isti bancherij foriudicantur, in quantum sint decocti dolo, & fraude, secus si casu, & aduersa fortuna. *Marsilia in Consil. Barensi rub. de cessione bonorum, nu. 34. fol. 109.* sequitur *Nouarius d. gratiam 9. d. nu. 26.* sed opinio istorum potest procedere per *d. Prag. 1.* ibi (quotidiè decipiunt) secus per *d. Pragm. 4. de nummularijs,* quæ expressè mandat, vt isti bancherij decocti si per sex dies se occultent, & citati non compareant, elapsis alijs sex diebus, possint foriudicari, dato, quod casu fortuito sint decocti. Et decoctus habetur pro mortuo, & pro absente. *Rota Genuensis dec. 91. n. 26. & Catalanus de indulto cap. 55. num. 21. & seq.*

24 Decimoprimo, vltra supradictos casus, quãdo quis committit aliquod graue delictum, Prorex solet dispensare ad tempus anni, & ordinare, vt infra certum tempus delinquens possit foriudicari, anni circulo non expectato, ita *Giurba. dec. 17. num. 15. de Franch. dec. 213. num. 25. & seq. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 46. cum plurib. numeris seq. & cons. 69. num. 1. Mastril. de indulto cap. 30. num. 4. Masuc ad Capic. dec. 131. nu. 5. Nouar. coll. ad rub. Prag. de sent. foriud. num. 9. & d. gratiam. 9. nu. 20. Carolus Rota d. concluſ. 9. post num. 79. & 91. Riccius coll. 140. circa med. Reg. Rouit. rub. de sent. foriud. num. 6. & Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, nu. 52. fol. mihi 17.* Quod rescriptum Proregis debet inseri in citatione, vt de eo notitiam habeat inquisitus, ita

Giz-

Gizzarell.d.dec.17.nu.11.& de Franch dec. 589. post nu.1. Quod secus est, quando dictum tempus anni est breuiatum per aliquam pragm. quia tunc dicta prag. non est inserenda in citatione, nam pragmatica facit ius in Regno, & vnusquisq; tenetur scire leges. *l leges 9. C.de legib.* & ideo nō est inserēda.

25 Et Prorex potest tempus anni breuiare quo ad foriudicādum aliquem etiam in causis spectantibus ad Barones. *Nicol. Antonius Palma diuersorum iuris commun.glosa 23.n.9.& n.10.& Danza de pugna DD. tom.1.tit.de foriudicatis cap. 1.in fine.*

26 Et licet *Staibanus cons.9.nu.7. & Affl.in Const.Reg. pœnam eorum num.26.* dicant, quod abbreuiatio facta à Proregē nō debeat esse minus trium mensium, alias foriudicatio est nulla, tamen veritas est, quod sit in arbitrium Proregis abbreuiare dictum tempus, prout ipsi placuerit: *Boller. prag de foriudicatis n.5. Gizzarell.dec.17.n.17.& Danza d.tit. de foriudicatis cap.1.in fine. ver.& pro coronide.*

27 Et quando debet expectari annus, vt quis possit foriudicari, si delinquēte citato, & reputato cōtumace, Prorex abbreuiat tempus anni, ipse contumax iterum debet citari ad informandum, & ad capitula cum inserta forma dictæ breuiationis *de Franch. d. dec.589. & Gizzarell.d dec.17.* Vnde ex his non mihi videtur tuta opinio *Affl.in Const.Reg.pœnam eorum n.27.* asserentis, quod si quis sit reputatus contumax, & bannitus, & durante anno Rex scribat Iustitiario, quod elapsis tribus mensibus, debeat eum foriudicare, non obstante, quod non sit elapsus annus, si Iustitiarius eum foriudicat infra annum, & infra eundem annum compareat foriudicatus, & dicat de nullitate sententiæ, ipsa sententia debet declarari nulla, ex quo est lata infra annum, tū saluando opinionem ipsius *Affl.* dico, eam procedere posse, quando inquisitus non fuit denuò citatus cum inserta forma rescripti breuiantis tempus anni, vt supra diximus *n.3.*

28 Scias, quod si tēpus anni sit à Prorege breuiatum ad duos menses, si elapsis dictis duobus mensibus, proferatur sententia foriudicationis, ipsa est valida, vt ita decisum testatur *Regi Tapia dec.S.R.C.53.* sequitur *Thes.Cōp. decis.tom.3.ver. foriudicationis fol.471.*

29 Aduerte, quod quando aliquod statutum breuiat tempus anni præfixi per *Const.Regni, pœnam eorum*, ad foriudicādum aliquem, si dictum statutum exprimat à quo tempore currat dictum tempus breuiatum, & tunc stādum est statuto, alias si simpliciter loquatur, & tunc tempus breuiatum currit à die banni, nam nouum statutum breuians tempus anni habet interpretationem à *Const.Regni pœnam eorum*, nam lex noua recipit interpretationem à lege antiqua *l.1.§ lex falcidia.ff.ad legem falcid. l.sciendum ff.qui satisd are cogantur*, & docet *Regens Rouit. in prag.35.n.2. de off. Sacri Regij Consil.& de Nigris in cap.Regn.ad hoc n.160.* vbi *n.seq.* dicit, quod lex noua simpliciter loquens debet distingui per legem antiquam in illa materia distinguentem, sed *d. Cōst.Reg.pœnam eorum*, dicit, quod annus currit à die banni, ergo tempus breuiatum per nouum statutum currit à die bāni, nam dictum nouum statutum est limitatorium tantum quoad tempus, sed alia solemnia remanent firma quoad *d.Const pœnam eorum*, argumento *l.qui sepulchra C.de sepulchro violato l.si eum qui ff.de exercitat. act.l.3.in princ.ff.de libera homine exhib.& l.quoties ff.de actionibus, & obligationibus*, quod nota.

30 Et aduerte, quod tempus ad foriudicandum currit, etiam pendente guidatico. *prag.3.de guidaticis*, immo, pendente guidatico, potest proferri sententia foriudicationis contra guidatum, & dicta sententia foriudicationis prolata, dicitur sublatum guidaticū. *pragm.10. §.68. de off. indic.* quod secus erat de iure communi, quo iure, si sēntentia foriudicationis sit lata pendēte securitate, ipsa est nulla, vt docent *de Franch.dec.673.& decis.674.& de Angelis ad pract. Foller. rub. foriudicentur post n.13.*

31 Sed si quis committat delictum propter quod debeat foriudicari, si deinde faciat aliquod seruitium, propter quod debeat indultari vigore alicuius banni, vel statuti, pendente discussione dicti indultus, cōtra istum delinquentē non potest proferri sententia foriudicationis, nam iste talis delinquens, dato quod esset foriudicatus, dum de proximo expectaret indultū, non posset impunè occidi, vt dicā infra *c.27.n.60.& c.24.n...* Quod

si ipse

si ipse esset captus, & tunc esset relaxãdus, vt dicã infra c.25.n. . .ergo contra istum talem de proximo indultandum non potest proferri sententia foriudicationis, dum ipse non existẽs in posse Curiæ, non possit impunè occidi, & existens in posse Curiæ, sit relaxandus, & ideo ne dicta sententia foriudicationis frustratoriè proferatur, ipsa non debet proferri, & per indultum non potest vlterius contra delinquẽtem procedi, nam indultum operatur criminis peremptionem, vt dicam infra d.c.25.n. . . Quod si indultãdus, pendente discussione indulti, delinquat ipse punitur tantum de delicto denuò eommisso, & non de delicto, de quo debeat indultari. *de Frãch. dec.433.* & dicã infra c.24.n. . .ergo si nõ punitur, contra eum non potest proferri sententia foriudicationis pro delicto, de quo sit indultandus, & ista exceptio indulti potest opponi per Procuratorem, vt dixi supra c.8.n.18.

32 Sed pone, quod reus inquisitus sit carceratus, & seruatis seruandis sit condemnatus ad mortem, & sententia fecisset transitum in rem iudicatam, & antequam exequatur sententia, reus aufugiat à carceribus an in hoc casu Iudex possit statim, non expectato aliquo tempore, dictum reũ foriudicare, & permittere, vt ab omnibus possit impunè occidi, vel debeat facere, & formare processum in contumacia equè ac si non esset ipse reus ordinariè condemnatus? & videtur dicẽdum, posse Iudicem statim permittere, vt ipse reus ab omnibus possit impunè occidi, prout etiam Iudex potest permittere carnifici, vt si tempore exequutionis sententiæ sit timor extractionis, reum occidat cũ gladio in itinere. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento. vbi.quæst.3.nu.6. Guazzin.ad defensam reorum def.5.cap.6. nu.5.& Affl.in Const. Regni terminum vitæ. nu.37.* Sic etiam, si ipse reus deindè sit ductus ad Curiam, certè contra eum potest exequi dicta sententia; ergo si potest exequi dicta sententia, eo deinde carcerato, potest etiam Iudex, quando reus ipse aufugit, statim permittere, vt ab omnibus possit impunè occidi, & non formare alium processum in contumaciam, nam vltra quod ipse reus est condemnatus ad mortem, habetur quoq; pro confesso propter ipsam fugam. *l.ad conuentariẽsem C.de custodia reorum, & in l.in eos, vbi glos. ff.eod.tit.de custod. reorum.* & dicam infra *cap. 20. num. 42.* & pro hac opinione facit, nam Iudex potest mandare, vt qs capiatur viuus, vel mortuus quando clarè constat ex processu, quod capiendus commisit delictum capitale, & pœna mortis dignus sit. *Cassonus de inditijs, & tormentis cap.9. rubrica de captura, & carcere n.13. & nu.24.* ergo à fortiori si quis sit condemnatus ad mortem, Iudex potest permittere, vt ipse capiatur viuus, vel mortuus. *Angel.Aret.de maleficijs ver. fama publica nu.54.in fine.ver.non obstat dictum Baldi, & Farinacius tit. de carceribus, & carceratis quæst.32.nu.53.* facit etiam ratio, nam quando reus citatur ad capitula, dicitur in citatione, quod reus veniat litem contestaturus, se defensurus, &c. sed quia lis fuit contestata cum ipso reo, & iam fuit condemnatus, & se defendere amplius non potest; ergo non est citandus. Secus si nõ fuisset condemnatus, quia tunc aufugiens à carceribus, potest absens condemnari pro delicto, pro quo manebat carceratus, vt dicam infra *cap.20. n.45.* sed est citandus, vt docet *Farinac. pract. crim. tit. de carceribus, & carceratis quæst.30.n.40.44.& 45.* sed contrarium puto esse verum, & sic Iudicem non posse statim, quod aufugit ipse condemnatus ad mortem, permittere, vt ab omnibus possit impunè occidi, sed necesse esse in contumaciam formare processum, & seruatis seruandis ipsum foriudicare, & permittere, vt ab omnibus possit impunè occidi, nam sententia in iudicio ordinario lata, dicitur suspensa ex fuga condemnati, dum tempore, quo lata fuit ipsa sententia, reus erat in vinculis, & Iudex tempore prolationis dictæ sententiæ habebat intentionem, vt ipsa exequeretur contra reum præsentem, & in sententia dixit, reum esse furcis suspendendum, sed sententia condemnatoria criminalis ad vnguem secundum eius verba exequi debet. *Bar.in l. si expressim ff. de appellat. & Cartarius de exequut. sent.cap. fin.num.237.* ergo, dum sententia dicit, reum præsentem esse furcis suspendendum, non debet exequi contra reum absentem, permittendo Iudex, vt ab omnibus possit impunè occidi; nam quando reus est

Digitized by Google

præsens, tempore executionis sententiæ confitetur peccata sua, accipit Sãctiss. Sacramẽtũ Eucharistię, & cõfortatur à personis religiosis, vt dicã infra cap. 26. n. ... quod non est, qñ est per campaneam, & occiditur per aliquem; & quando lex dicit, vt quis, commisso aliquo delicto, statim intelligatur foriudicatus, tamen adhuc requiritur citatio, & declaratio, talem haberi pro foriudicato, vt dixi supra num. 21. ergo licet Reus fuisset præsens condemnatus, tamen denuò absens condemnari debet, & quando deinde incipit iudicium in contumacia, Reo absente, ex quo cessauit iudicium ordinarium ex fuga condemnati, iudicium in contumacia debet formari equè, ac si iudicium ordinarium non esset inceptum; & contraria procedunt, quando Reus est præsens, & neque obstat, quod ipse Reus sit condemnatus, & propter fugam habeatur pro confesso, nam Reus licet sit legitimè conuictus, tamen in contumacia contra eum debet legitimè formari processus, & seruatis seruandis, & non ex abrupto foriudicari, & permitti, vt ab omnibus possit impunè occidi, & neque obstat, quod Iudex possit permittere, vt quis possit capi viuus, vel mortuus, quando plenè probatur delictum, & capiendus sit Reus mortis, nam hoc potest procedere in foriudicato, quem si Iudex viuum aut mortuum capere mãdat, licitè mandat. *Foller. pract. crim. rub. notatus capiat de persona, num. 30. & ibi de Angelis, nu. 127. & seq. & nu. 131.*

33 Sic etiam si Reus sit carceratus, & purgauerit indicia, & sit habilitatus de se præsentando, nouis superueniẽtibus indicijs, si noua superueniant indicia, & Reus citatus ad se præsentandum non compareat, ponitur in banno, & condemnatur, vti contumax, & habitus pro confesso, quemadmodũ condemnatus fuisset, si nunquam comparuisset, & ab initio contumax fuisset. *Cabal. resol. crim. casu 36.*

SVMMARIVM.

1 *Citari debet Reus ad foriudicandum, antequam contra eum profertur sententia foriudicationis, alias sententia est nulla. Immo debent citari eius agnati, cognati, amici, & vicini, num. 2. & quid si vnus ipsorum non sit citatus, an sententia foriudicationis sit valida? nu. 3.*

4 *Consanguinei foriudicandi quando sunt præsentes in loco iudicij, sunt specialiter citãdi, alias si sint absentes, vel incerti, & tunc citantur per edictum.*

5 *Reus principalis specialiter citari debet ad foriudicandum in domo sua solitæ habitationis, sed in duobus casibus potest citari per edictum, num. 6.*

7 *Formæ citationis ad foriudicandum tres traduntur, & nu. 8.*

9 *Citatio ad foriudicandum debet notificari, & in eius calce fit relatio Nuncij; & quid si in dicta relatione sit omissa clausula (suæ solitæ habitationis) ibid.*

10 *Prima, & vltima contumacia incusari debet in citatione ad foriudicandum.*

11 *Forma decreti, quod interponitur in vltimo peremptorio citationis ad foriudicandum, Reo, vel alio non comparente, & nu. 12.*

13 *Consanguinei foriudicandi, si compareant in vltimo peremptorio citationis ad foriudicandum, plura opponere possunt ad impediendam prolationem sententiæ foriudicationis vsque ad n. 22.*

23 *Appellari potest per consanguineos foriudicandi à decreto, quod Reus foriudicetur, ante lectam sententiam foriudicationis; & interim ipsa sententia non potest legi, ibidem; & neque foriudicandus potest occidi, num. 24.*

25 *Ordo citationum si rectè nõ sit seruatus, Iudex non debet deuenire ad sententiam cõtra Reum contumacem, alias sententia est nulla.*

CAP. XI.

De citatione ad foriudicãdum; & de exceptionibus opponendis per consanguineos foriudicandi ante sentẽtiam foriudicationis.

1 REo inquisito reputato contumace in citatione ad informandũ, & ad capitula, & emanato banno cõtra eum, & facta adnotatione bonorũ, & elapso anno à die bãni, vel elapso tẽpore statuto per Regias Pragmaticas in foriudicando aliquẽ, ipse foriudicandus citatur ad foriudicandum, nam contumax non potest condemnari sine noua citatione ad faciẽdum

Digitized by Google

dum excusationem suam, vt doceat de impedimento suo, quare non cõparuit, ita *Hippol. de Marsi. pract. crim. §. examinanda. nu. 34. & seq.* & est *tex. in l. & post additum. 73. ff. de iudicijs*, & quòd requiratur citatio ad sententiam post sequutum bannum, dicit *Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 430.* vbi dicit secus esse in Statu Ecclesiastico, in quo per *Const. Marchiæ lib. 4. cap. 10.* disponitur, non requiri citationem ad sentẽtiam post sequutum bannum, licet de iure secus dicendum sit, vt dicit ipse *Chartar.* ibi; & licet contumax non debeat citari ad sententias interloquutorias, tamen debet citari ad sententiam diffinitiuam. *Hipp. de Marsil. tract. de bannitis, vers. contumacia, n. 64.* & quòd quis non possit foriudicari, nisi præcedente citatione ad foriudicandum, dicit *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 44. & Carolus Rota in florilegio pract. conclus. conclus. 9. num. 87.* Et quando Reus non est citatus ad foriudicandum, si contra eum sit lata sententia foriudicationis, ipsa sentẽtia est nulla, dato, quod lata sit contra Reum absentem. *Marant. in suo speculo par. 6. membro 1. num. 16.* nam sententia lata absque partis citatione est nulla. *clem. pastoralis de re iudic. clem. sæpè, §. sententia de verbor. signific. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Marant. in suo speculo part. 4. dist. 16. num. 10. Capic. dec. 2. Affl. dec. 346. in fine, & Riccius coll. 147. & 2145.*

2 Et nõ solùm ipse principalis inquisitus debet citari ad foriudicandum, vt diximus; sed etiam debent citari eius agnati, cognati, amici, & vicini ad allegandum iustam causam impedimenti, & ad dicẽdum causam quare, dictus T. de T. non debeat foriudicari. ita *glos. in Const. Reg. pœnam eorum*, & ibi *Affl. num. 18. & num. 68.* & ibi *Gramat. num. 11. & seq. Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, n. 61. fol. mihi 17. Iul. Clar. d. §. fin. quæst. 44. vers. item quæro, de Nigris in cap. Reg. siuè quis, num. 19. ver. & antequam. Reg. Rouit. rub de sent. foriud. num. 2. & 3. de Leonardis pract. official. cap. 13. num. 39. de Franch. decis. 514. num. 1. & decis. 516. num. 1. & 2. Nouarius de grauam. vaßall. tom. 3 grauam. 9. num. 5. & seq. & Carolus Rota d conclus. 9. nu. 88.*

3 Et quando non citantur omnes agnati, & cognati foriudicandi in citatione ad foriudicandum, si sequatur sententia foriudicationis, ipsa est nulla. *glos. in Const. Regni pœnam eorum, & de Franch. dec. 516.* Sed quòd si in citatione ad foriudicandum sint citati aliqui cõsanguinei foriudicãdi, sed nõ sit citatus pater, & frater ipsius foriudicandi, si ipsi consanguinei citati opponant; quòd non fuit citatus dictus pater, & frater, hoc non obstante, procedendum sit ad sententiam foriudicationis, dicit decisum *Dom. Reg. Sanfelic. decis. 125.* Sed prima opinio procedit quando Iudex sciebat, alios adesse consanguineos foriudicandi, & ipsos non citauit, quia tunc si sequatur sententia foriudicationis, ipsa est nulla, secus si ignorabat, & ideo illos non citauit, sed tantùm citauit illos consanguineos, de quibus habuit notitiam; quia tunc sententia foriudicationis est valida, & ita procedit opinio D. *Regentis Sanfelic.* vt videtur distinguere *Reg. Tap. dec. S. R. C. 50. n. 11. vers. & hæc.*

4 Et agnati, cognati, vicini, & amici foriudicandi sunt specialiter citandi, quando sunt eiusdem loci, vbi principalis inquisitus foriudicatur, alias si sint aliundè, & tunc sufficit si per ædictum citentur, vt ita decisum testantur *de Franch. dec. 516. & Nouar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 12.* & docet *Regens Rouit. in rub. de sent. foriudicat. num. 3.* Et ego multoties processi ad sententias foriudicationis, & feci ordinem illis de Vniuersitate, quod darent listam agnatorum, cognatorum, amicorũ, & vicinorum foriudicandi, & habita dicta nota, illos feci specialiter citare; & incertos, & absentes citare feci per ædictum; & hanc practicam deindè inueni positam per *D. Reg. Hectorem Capic. Lat. dec. 74.* nam contra incertos, & absentes potest procedi ad citationem per ædictum. *Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat, num. 37. & Marant. in suo speculo par. 6. memb. 1. n. 82.* Et semper quando persona citanda est incerta, vel ignoratur, vbi est, vel si sit persona extera, potest citari per ædictum. *Riccius dec. 199. par. 3.* Et practicam citationis per ædictum, ponit *Foller. vbi supra, num. 38.* Et de ista citatione per ædictum, vide *Marant. d. par. 6. dicto membro 1. num. 82. cum plurib. num. seq.*

5 Sed principalis foriudicandus debet specialiter citari ad foriudicandũ in domo suæ solitæ habitationis. *de*

Angel. ad Gizzarell. decis. 13. num. 6. & seq. Immo si tempore citationis ad informandum, & ad capitula foriudicandus habitabat in vna domo, & tempore citationis ad foriudicandum habitat in alia; si citatio ad foriudicandum sit notificata primæ habitationi, citatio est nulla, & consequenter, si ex ipsa citatione sit processum ad sentẽtiam foriudicationis, ipsa sententia est nulla, vt decisum testatur *de Franch. dec. 514.* nam reus debet citari domi, in qua habitat tempore citationis, & non domi solitæ habitationis, quam antè tenebat. *Plotus cõs. 60. n. 1. Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 31. ver. intelligo de domo. & Guazzin. ad defensam reorum def. 10. cap. 2. nu. 23.*

6 Sed si delinquens post delictum se absentet cum sua familia, & vadat ad habitandum extra Regnum, in hoc casu potest ipse citari ad foriudicandum per ædictum. *de Franch. dec. 516. in fine.* Sic etiam licet citatio ad foriudicandum sit facienda in domo inquisiti; tamen si domus rei ob eius contumaciam sit diruta, citatio potest fieri per ædictum. *Gramat. in Const. Regni edictorum num. 7. & 8. & Thor. Comp. decis. tom. 1. ver. citatio fol. 98.*

7 Et *Io. Antonius de Nigris in cap. Regni siuè quis n. 19. versiculo, & antequam.* ponit formam citationis ad foriudicãdum, & aliam formam citationis ad foriudicandum ponit *Affl. in Const. Regni pœnam eorum n. 19.* & aliam formam citationis ad foriudicandum ponit. *Foller. pract. crim. tub. foriudicentur num. 4.* quæ talis est v3.

Nos talis Iudex talis loci &c. Seruientibus nostræ Curiæ, vel aliarum quarumuis Curiarum insolidum requirendis, sciré facimus, qualiter perquisitis actis criminalibus, in illis inuenimus inquisitum T. de T. de tali loco de appensato, & crudeli homicidio commisse cum ictu scopiçta, vel alio genere armorum in personam T. de T. de tali loco, de quo appensato, & crudeli homicidio fuit dictus T. de T. citatus ad informandum sub die, mensis, & anni, & accusata contra eum prima contumacia sub die mensis, & anni, & expectato vsq; & per totum vltimũ peremptorium, & minimè ipso comparente, contra eundem fuit accusata vltima contumacia sub die, mensis, & anni, & fuit reputatus cõtumax, & condemnatus ad pœnam in mandato contentam; fultq; etiam citatus ad recipiendum copiam capitulorum dictæ Inquisitionis formatæ super dicto homicidio, & contra eum fuit accusata prima contumacia sub die tali: demum expectato de æquitate per triduum, & minimè ipso comparente, nec aliquo eius nomine iustam excusationis causam proponente, fuit contra eundem accusata vltima contumacia sub die tali, & condemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium; fuitq; decretum, cetera bona fore adnotanda iuxta formam Const. Regni; & decretum fore ponendum in banno; demum per eandem Curiam contrà eundem sub die tali processum fuit ad adnotationem bonorum, & sub die tali publicè fuit bannitus, & præconizatus alta, & intelligibili voce more præconio, idq; in locis publicis, & consuetis, & à dicto die dicti banni promulgati elapsus est integer annus datus per Regni constitutiones cõtumacibus pro termino ad comparendum, & ipse talis de tali inquisitus perseuerans in eius duritia, & contumacia minimè comparuit, nec aliquis pro eo ad proponendam aliquam legitimam causam excusationis (& quando proceditur cum breuiatione dierum quindecim iuxta formam Regiæ pragmaticæ, & tunc dicitur) & à die vltimæ contumaciæ contractæ in citatione ad informandum, & ad capitula elapsi sunt dies quindecim dati per Regias pragmaticas contumacibus pro termino ad comparendum. Et quia nouiter instati fuimus, contra eundem citatum, & contumacem procedi ad sententiam foriudicationis; ideo vobis vt supra iam dictis insolidum dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem dicti Procuratoris fiscalis siuè &c. vos, vel alter nestrum, qui fuerit requisitus se cõferat ad domum propriæ habitationis dicti inquisiti, ipsumque nostri parte peremptoriè citet, & requirat, quatenus ad primam iuris personaliter compareat coram nobis, & nostra Curia ad dicendum, & ad allegandum causam quare ad dictam sententiam foriudicationis contra eum procedi nequeat, & ad allegandum causas iustæ absentiæ, prout tunc erant, ipsamq; citationem notificet infrascriptis affinibus, agnatis, cognatis, amicis, & vicinis, & etiam præconizet in locis publicis, & consuetis, alta, & intelligibili voce more præconio, prædicta omnia notificando, vt nemo possit ignorantiam prætendere, & qui ipsorum voluerit causas iustæ absentiæ, prout tunc erant allegare, vel aliter proponere, & opponere, quod ad sententiam foriudicationis procedi non debeat, comparere valeant intra eundem terminum. datum &c. referatur &c. subscribantur Iudex, & Actuarios.

8 Aliam

Digitized by Google

8 Aliam formam citationis ad foriudicandum tradit *Nouarius in tract. de grauam. vassall. tom. 3. grauam. 9. nu. 31.* & est tenoris sequentis videlicet.

Nos N. Capitaneus, &c. quibuscunq; Iuratis nostræ Curiæ insolidum, & qui prius ad infrascripta fuerit requisitus salutem, ac diligentiam in commissis, ac scire te facimus, quod iam est elapsus annus, quod N. dictæ Ciuitatis eius iuribus non contentus armatus de mense, &c. anno, &c. animo, & proposito interficiendi N. ipsum insultauit, & occidit in loco tali, & N. citato, vt debuisset compavere in certo termino ad informandum ipsam Curiam super dicto homicidio, nec non citatus fuit ad recipiendum copiam capitulorum, non comparuit: fuit quapropter per Curiæ Coadiutorem accusata prima contumacia cõtra eum sub die N. & elapsis quinque diebus fuit incusata vltima contumacia, instante dicto Curiæ Coadiutore, fuit bannitus, & condemnatus ad pœnam in citatione contentam, nec non fuit banno suppositus, & minimè comparuit, nec aliquis pro eo; vnde vltima die anni per Curiæ Coadiutorem fuit accusata vltima contumacia contra ipsum bannitum, & ipsum foriudicari secundum Const. Regni, &c. Nos volentes cum æquitate procedere, decreuimus, ipsum fore citandum antequam procederemus ad sententiam foriudicationis: ideo vobis, vt supra insolidum committimus, vt peremptorie citetur, moneatur, ac requiratur prædictus N. in eius domo, in qua pater, mater, & eius familia consueuerunt hactenus commorari, & nunc commorantur, vt infra terminum dierum trium coram nobis hora solita causarum in domibus nostræ solitæ residentiæ dictæ Ciuitatis, se præsentare habeat, & debeat, & compareat purgaturus contumaciam eius: & se deinde legitimè defensurum, & pro eius maiori notitia voce præconia citetis dictum N. monens vt supra per Ciuitatem in locis solitis, publicis, & consuetis, vbi maior pars hominum ipsius Ciuitatis cõgregari solet, nec non eodem modo voce præconia requiras consanguineas, affines, cognatos, & amicos ipsius N. quod si aliquis de ipsius consanguineis, affinibus, cognatis, agnatis, & amicis vellet bannitum ipsum defendere, vel legitimam causam absentiæ ipsius allegare, & pro eo fideiussores idoneos de stando iuri, & se præsentando in forma præstare, infra eundem terminum coram nobis in Curia compareat propositurus, & allegaturus causam, quam eidem bannito cõperte putauerit ad impediendam foriudicationis sententiam ferendam contra ipsum N. alias ipso non comparẽte, vel aliquo pro eius parte, vt supra procedetur per nos, & nostrã Curiam ad foriudicationis sententiam, iustitia mediante, ideo citetur, & referatur, vt supra quoniam, &c. coram quibus, etc. datum, etc.

Forma vero citationis ad foriudicandum, qua vtitur Magna Curia Vicariæ in homicidio facto cum armis igneis, talis est v3.

Philippus Dei gratia Rex &c. Don Ioannes Baptista Spinellus Marchio Fuscaldi, Ciuitatis Paulæ, eiusque status, ac Terræ Guardiæ Dominus &c. Regius Collateralis Consiliarius, ac huius Regni Siciliæ Magnus Magister Iustitiarius, & Regens M. C. V. Quibusuis Alguzerijs, & seruientibus dictæ M. C. vel aliarum quarumuis Curiarum, & locorum ad infrascripta insolidum requirendis, noueritis qualiter, perquisitis actis, processibus, & libris condemnatorum M. C. V. inter alia inuenimus, fuisse emanatam citationem ad informandum, & ad capitula contra Tales de talibus Talis Terra tenoris sequentis v3. & hic inseritur citatio ad informãdum, & ad capitula vna cum relationibus Nũcij, contumacijs prima, & vltima incusatis, ac decretum per quod fuerunt inquisiti reputati contumaces; quibus omnibus præinsertis. sequitur v3. *Postremo, supradictis Talibus in dictis eorum contumacijs, & banno per dictos dies quindecim integros perseuerantibus, fuit per Magnificum Regium Procuratorem Fiscalem posit. ipsos prædictos dies quindecim accusata contumacia contra ipsos contumaces, bãnitos, & in dictis eorum contumacijs, & banno per dictos dies quindecim integros perdurantibus, & maxima cum instantia petijt, per dictam Magnam Curiam debitè procedi debere ad foriudicationis sententiam contra prædictos tales iuxta formam prædictarum Regiarum pragmaticarum omni modò meliori. Nos itaq; considerãtes, quòd nihil obedientia obedientibus prodesset, si contumacia contumacibus nõ obesset, cogitantesq; quod ibi maturius agendum fore, vbi de vita hominis agitur; ac cupientes, potius, vt dicti Tales, dictis eorum contumacijs, & banno purgatis; in dicta Magna Curia comparerent, & ius eorum dicerent, & eorum innocentiam, si quam forte prætenderent, docerent, quàm seuero iustitiæ gladio occidantur, ad eorum malitiam superandam; ideo vobis vt supra iam dictis, qui vestrum ad prædicta fuerit requisitus, dicimus committimus, & mandamus, quatenus ad omnem instantiam, & requisitionem dicti Regij Fisci peremptorie citet supradictos*

Tales

Tales personaliter, si ipsos de persona reperiri contingerit; sin autem in domibus suarum solitarum habitationū, quatenus ad primam, vel infra dies tot. &c. post præsentium intimationem personaliter in dicta Magna Curia compareant dictas eorum cōtumacias, & banna purgaturi, ac de eorum innocentia, si quam forte prætendunt, aduersus prædicta eorum singula ostensuri; Et insuper citentur, moneantur, & requirantur subscripti agnati, cognati, affines, vicini, et amici dictorum Talium inquisitorum, quatenus similiter in eodem termino in d. M.C.V. compareant, ad dicendum causam quare, contra prædictos Tales bannitos, & contumaces, vt supra in dictis eorum contumacijs, & banno perdurantes per dies quindecim, & vltra, procedi non debeat per d. M.C.V. ad sententiam foriudicationis, seruata forma prædictarum Regiarum Pragmaticarum, alias per nos, & dictam M.C.V. procedetur contra prædictos Tales, iustitia mediante, ad dictam sententiam foriudicationis eorum, & cuiuslibet ipsorum absentia, & contumacia, nō obstantibus, alias, &c. citetis, & referatis in forma. datū Neapoli, &c. Et in calce istius citationis fit summarium hoc modo videlicet. *Citatio ad foriudicandum cum abbreuiatione termini dierum quindecim, seruata forma Regiarum Pragmaticarum.*

Forma relationis Nuncij, quæ fieri debet in calce citationis ad foriudicandum, talis esse debet v3.

Adì, &c. Nella T. Terra io T. de T. seruiente ordinario della T. corte refero hoggi sopradetto dì, &c. con la presente citatione ad foriudicandum, & quanto in essa se contiene hauere citato ad foriudicandum li retroscritti Tali de Tale principali inquisiti tutti domi alle loro solite habitationi, per non hauerli possuti hauere de persona, presente li Tali, & Tali persone de loro casa, & presente Tali de Tali per testimonie. Et anco refero nella sopradetta giornata, & dì, vt supra in dicta Terra io predetto T. seruiente, vt supra con la presente citatione ad foriudicandum hauere citati Tali de Tali padre, madre, fratelli, consanguinei, agnati, affini, amici, & vicini de detti Tali principali inquisiti personalmente & domi, conforme stanno segnati; presente per testimonij Tale, & Tale de Tale, modo, & forma, vt supra sibi commissa. Io Tale seruiente refero, vt supra manu propria, &c.

9 Expedita citatione ad foriudicandum, ipsa notificatur per Nuncium, & in calce ipsius fit relatio ipsius Nūcij, quod si sit omissa in relatione citationis coniunctorum clausula (solitæ habitationis) sed Nuncius tantum referat, citasse dictos coniunctos domi; in hoc casu non vitiatur relatio, & sequuta sententia foriudicationis, non per hoc ipsa sententia annullatur, vt ita decisum testatur *D. Regens Sanfelic. dec. 225. num. 8.* Quod secus est, si dicta clausula (solitæ habitationis) sit omissa in citatione Rei principalis, quia tunc est nulla, vt dixi supra cap. 6. nu. 16.

10 Et postea, facta relatione in dicta citatione ad foriudicandum, incusantur prima, & vltima contumacia. *de Franch. dec. 514. num. 10. Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, num. 5. & Carolus Rota d. concl. 9. nu. 89. & seq.*

11 Et incusata vltima contumacia, si nemo comparuit interponitur decretum tenoris sequentis videlicet.

Et per Curiā visis banno, & contumacijs incusatis contra d. T. de T. citatum relatum, & non comparentem, visisque adnotatione bonorum, publicatione banni, perseuerantia ipsius in contumacia per annum integrum à die publicationis ipsius banni, visisque instātijs factis nobis, & nostræ Curiæ per querelantem, visisque citationibus expeditis contra dictum contumacem, eiusque affines, cognatos, amicos, & vicinos ad allegandum causam iustam impedimentorum, prout tunc erant, visisque ipsorum Nuncij relationibus, & contumacijs incusatis prima, & vltima, & quia nemo comparuit fuit per eandem Curiam prouisum, & decretum fore procedendum, prout procedi mandatur contra dictum T. de T. ad sententiam foriudicationis, seruata forma iuris hoc suū, &c. Istam practicam tradit *Foller. d. rub. foriudicentur, num. 6. de Leonardis pract. official. cap. 13. num. 40. in fine, & Regens Salernitanus dec. 3. num. 1.*

Aliam formam decreti, ponit *Nonar. de grauam. vassall. tom. 3. grauam. 9. nu. 32.* & est videlicet.

Die, &c. Curia pro tribunali sedente, citatus supra dictus N. & eius Affines, consanguinei, agnati, cognati, & amici voce præconia per loca solita, & consueta dicta Ciuitatis, vt mos est, relatus, & in hanc vocatus, dicta Curia pro Tribunali sedente, non comparuit, nec aliquis pro eo, qui eum excusaret, nec aliquis pro eo, qui peteret absentiā, instante dicto Curiæ Coadiutore, & petente, fuit accusata vltima contumacia in forma, & expectatis consanguineis, affinibus, agnatis, cognatis, amicis, & vicinis eius relatis, &

vo-

Digitized by Google

vocatis in banco alta, & intelligibili voce, & non comparentibus, nec aliquis comparuit pro eo, qui ipsum legitimis excusationibus excusaret, & absentiæ causam proponeret, seu allegaret, instante dicto Curiæ Coadiutore, & petente hodie, &c. fuit accusata vltima contumacia contra prædictum N. & per ipsam Curiam fuit decretum, fore, et esse procedendum contra dictum N. inquisitum, ac spectato ad sententiam foriudicationis, et alios actus incumbentes, et ita per hoc sum, etc. & hoc procedit, quando debet expectari annus.

12 Sed quando proceditur cum breuiatione dierum quindecim, & tunc, incusata vltima cõtumacia, interponitur decretum, hoc modo videlicet.

Vocato in banco iuris d. T. de T. per talem seruitorem alta, et intelligibili voce more præconio, qui dictus T. de T. non comparuit, nec aliquis pro eo, qui iustam causam impedimenti allegaret, ideo fuit reputatus contumax, et prouisum, vt infra. Iesus. Et per Curiam, visis citationibus ad informandum, et ad capitula, visisque ipsarum Nuncij relationibus, ac perseuerantia contumaciæ per d. T. de T. dierum quindecim, et plus à die vltimæ contumaciæ in dictis citationibus, visisque instantiis factis nobis, et nostræ Curiæ per querelantes, visisque citationibus ad foriudicandum expeditis contra dictum contumacem, eiusque affines, cognatos, amicos, et vicinos, et allegandum iustam causam impedimenti, prout tunc erant, ac visis ipsarum Nuncij relationibus, et contumaciis incusatis prima, et vltima, et quia nemo cõparuit, ideo fuit per eandem Curiam prouisum, et decretum, fore procedendum, prout procedi mandatur contra d. T. de T. ad sententiam foriudicationis, seruata forma iuris, hoc suum, etc.

13 Sed si in vltimo peremptorio citationis ad foriudicandum compareãt consanguinei, affines, amici, & vicini foriudicandi, & tunc multa opponere possunt.

Primo, ipsi possunt allegare absentiam citati, & ipsis est concedenda dilatio ad denunciandum, dato, quod tẽpore citationis ad informãdum, & ad capitula fuit denegata dicta dilatio, ex quo inquisitus fuit visus tẽpore delicti, vel die præcedenti, vt dixi supra cap. 8. nu. 97.

14 Secũdo, ipsi agnati, & cognati possunt dicere, & opponere, foriudicandum esse mortuum, quo constito, nõ potest proferri sententia foriudicationis contra ipsum mortuum, *de Nigris in cap. Reg. sine quis, num. 19. versic. & oportet*, alias si proferatur sententia foriudicationis cõtra mortuum, ipsa sententia est nulla. *l. in summa, §. fin. ff. de re iudic. l. penul. ff. quæ sent. sine appellat. rescind.* & docent *de Franch. dec. 245. Guazzin. ad defens. Reorum, defens. 35. cap. 27. num. 1. Nouarius de grauam. vassall. tom. 3. gram. 9 num. 17. & in coll. super rub. Prag. de sent. foriud. num. 19. & Carolus Rota in florilegio practic. conclus. conclus. 9. num. 19.* Immo si sententia sit lata contra aliquem eo die, quo decessit, neque valet. *Gizzarel. dec. 9.* Et ipsi agnati, & cognati foriudicandi debent opponere de morte foriudicandi, alias sententia valet, nam quando iudicium est ceptum cum viuo, & pẽdente iudicio, moriatur, & proferatur sententia, si Iudex ignorat mortem tempore sententiæ, in hoc casu sententia est valida, vt ita decisum testatur *Mastril. dec. 137.* Sed hoc procedit in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus non valet sententia lata cõtra mortuum, dato, quod Iudex ignorat, Reum esse mortuum, ita *Guazzinus d. def. 35. cap. 27. num. 2. & post num. 3.* & Reus contumax si moriatur antequam cõtumax pronuncietur, hæredi non nocet. *Hippol. de Marsi. de bannitis, versic. contumaciæ, nu. 52. & in l. de vnoquoque, nu. 13. ff. de re iud.* & dixi sup. cap. 7. n. 12.

15 Tertio, agnati, & cognati possunt comparere, & opponere, qualiter citatus à Iudice laico sit clericus. *Hippolit. de Marsi. pract. crim. §. sequitur, nu. 27.* Quod si hoc opponant, & præsentent bullas clericatus, & fidem seruitij coram ipso Iudice laico citante; & tunc dictæ bullæ ponuntur extra processum, & superseditur in proferendo sententiam foriudicationis. *de Franch. dec. 329. & dec. 688. in fine, & Regens Rouit. in rub. de sent. foriud. num. 11.* vbi hoc ampliat, etiam si citatus à Iudice laico, esset clericus primæ tõsuræ; idem tenet *Thor. compend. decis. tom. 2. verb. foriudicatio fol. 248.* & hoc amplia etiam, in clerico coniugato citato à Iudice laico ad foriudicandum, vt desumitur ex *Reg. Sanselic. dec. 14. num. 13.* & clericatu opposito, superseditur etiã ab exequutione pœnæ ducatorum mille impositæ cõtra delinquẽtes cũ armis igneis per Regiam Pragmaticam editam per Excellentissimum

Du-

Ducem Medinæ ſub die 1. Septẽbris 1638. vt docet *Regens Sanfelic. dec. 277.*

16 Sed ſi Clericus poſt delictum efficiatur laicus, licet ipſe puniatur à Iudice Eccleſiaſtico, vt dixi in *tract. de foro competenti cap. 7.* tamẽ ſi poſtquam ſit effectus laicus, citetur ad foriudicãdum, & eius agnati, & cognati præſentant bullas coram Iudice laico, qui eum citauit, non per hoc impeditur foriudicatio, ſed ipſe citatus perſonaliter comparere debet, quod ſi comparet, remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum, ita *Dominus Conſiliarius Merlinus controuerſarum forenſium cap. 49. n. 8. & ſeq.*

17 Quarto, quando agnati, & cognati foriudicandi citantur in citatione ad foriudicandum poſſunt comparere, & ex eorum perſona allegare Iudicẽ in ſuſpectum, idem Dominus Cõſiliarius *Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 48.* nam quilibet tertius poteſt pro ſuo intereſſe Iudicem ſuſpectum allegare. *Abb. in cap. cum ſuper per illum tex. de off. deleg.* & ita practicatum, teſtatur *Anna ſing. 500.* & docent *Affl. deciſ. 235. in fine, Regens Rouit. prag. 1. n. 75. & in prag. 7. n. 2. de ſuſpit. offic. Graßus de except. except. 24. nu. 12. Guazzin. ad defenſ. reorum def. 1. cap. 19. n. 30. & Riccius coll. 161.*

18 Quod ſi ipſe Iudex poſt allegatam ſuſpitionem per ipſos agnatos, & cognatos foriudicandi procedat ad ſententiam foriudicationis, ipſa ſententia eſt nulla. *Bar. in l. quia poterat ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Baiard. ad Clarum §. fin. quæſt. 43. num. 9. & ſeq. Marant. in ſuo ſpeculo part. 4. diſt. 16. n. 4. Marcell. de Vulpe in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici c. 25. n. 23. Guazzin. d. def. 1. cap. 19. n. 55. & cap. 20. & Riccius coll. 1747.*

19 Quinto, agnati, & cognati foriudicandi citati in citatione ad foriudicãdum poſſunt opponere, qualiter foriudicandus fecit aliquod ſeruitium poſt delictum per eum commiſſum, propter quod ſeruitium ipſe debeat gaudere indulto delicti, pro quo Curia intendit eum foriudicare, & propter hoc poſſunt impedire foriudicationem, vt dixi ſupra *cap. 10. n. 31.*

20 Sexto, agnati, cognati, amici, & vicini citati in citatione ad foriudicandum poſſunt petere copiam actorum ordinariorum, & dicere de nullitate dictorum actorum. *de Nigris in c. Regni ſiuè quis num. 19. circa finem, de Leonardis pract. offic. cap. 13. n. 40.* ſed tunc nullitates propoſitæ per ipſos agnatos diſcutiuntur, quando ipſę nullitates non tangunt factum principale, ſed tãtum acta ordinatoria, ſecus ſi tangant factum principale, quia tunc non diſcutiuntur. *Gizzarell. deciſ. 16. in fine, & Nouarius amicus meus in dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 14.* & an ipſi agnati, & cognati poſſint dicere de nullitate actorum ordinariorum, lecta ſententia foriudicationis, dicam infra cap. ſequenti n. 4.

21 Immo conſanguineus, qui non fuit citatus in citatione ad foriudicãdum, poteſt comparere, & petere copiam actorum ordinariorum, & impedire ſententiam foriudicationis. *Nouarius deciſ. Regiæ Audientiæ Apuleæ 20.* & deſumitur ex dictis per *Regentem Rouit. rub. de ſent. foriud. n. 34.*

22 Et quando agnati, & cognati foriudicandi comparent, & dicunt de nullitate actorum ordinariorum, & petunt copiam dictorum actorum, & tunc conceditur petita copia cum clauſula, firma remanente contumacia, & ſupradicto decreto, ſed interim ſuperſedeatur in lectura ſentẽtiæ foriudicationis donec aliter &c. ita *Foller. d. rub. foriudicentur in fine, & de Leonardis d. cap. 13. n. 40. in fine.* Et propoſitis nullitatibus, ipſæ diſcutiuntur, præcedente monitione ad diſcutiendum dictas nullitates, quæ nullitates ſi militant, fit decretum, nullitates obſtare, & proindè iterum reus citetur ad informandum, & ad capitula, quod ſi non militant, & tunc fit decretum, nullitates non obſtare, & proinde cõtra dictum T. de T. inquiſitum procedatur ad lecturam ſententiæ foriudicationis, prout procedi mãdatur, hoc ſuum &c. ita *de Leonardis d. cap. 13. d. nu. 40. in fine.*

23 Et poſtquam eſt latum dictum decretũ, quod reus foriudicetur, agnati, & cognati foriudicandi poſſunt appellare ab iſto decreto. *de Franch. deciſ. 329. & Regens Rouit. rub. de ſententia foriud. poſt n. 50.* Intellige, vt poſſit appellari ab iſto decreto per agnatos, & cognatos foriudicandi antè lectam ſententiam foriudicationis; & interpoſita iſta appellatione non poteſt procedi ad lecturam ipſius ſententiæ foriudicationis. *Nouarius d. grauam. 9. n. 33.* & ita expediuntur literæ inhibitoriales

Digitized by Google

les per Iudicem ad quem tum clausula, dummodò sententia foriudicationis non sit lecta, ita *de Franch. decis. 688.n.2.in fine*, sequitur *Regens* Rouit. *d. rub.de sententia foriud.n.34.* Et quod talis appellatio suspēdat foriudicationem, dicit *Gramat.in Const.Regni pœnam eorum nu.13. & de Angelis ad pract.crim.Follerij, rub.captis foriudicatis, recognoscantur nu.5.* & faciunt dicta per *Nellum de bannitis in 4.parte 1.temporis n.3.& n.4.*

24 Et quando est appellatum à sentētia foriudicationis, pendente appellatione, foriudicatus non potest occidi. *Io.Maria Monticell. pract.crim.reg.3.n.31. Iul.Clar.pract.crim.§.homicidium, ver. successiuè quæro*, Viuius *dec.335.Riccius coll. 291. & Blanc. practica criminali ver, ignorantia n.106.* & dicam infra *cap.17.n.63.* Quod potest in Regno nostro procedere, non lecta ipsa sententia foriudicationis, nam, ea lecta, non potest à dicta sententia appellari in Regno, vt in *Const.Reg.pœnam eorum in fine*, & dicam infra *cap.14.nu.3.*

25 Et Iudex antequam contra contumacem ad exequutionem procedat, & ipsum confessum de crimine habeat, & ab omnibus exceptionibus ipsum excluſum declaret, ante omnia animaduertere debet, si ritè, & benè ordo edictorum, & citationum seruatus sit, alias condemnatio sequi non potest, quod si sequuta sit, ipsa condemnatio est nulla, & inualida ipso iure, ita *Cartarius de exequutione sententiæ contumacialis capto bannito cap fin. n.161.& n.seq.* vbi *n.164.* dicit, quod ex ficta confessione ex contumacia surgente per inordinatum processum nulla sequi potest sententia, quod si feratur, nulla est.

SVMMARIVM.

1 *Sententia foriudicationis quando legi debeat?*

2 *Reus si compareat ante lectam sententiam foriudicationis auditur in causa principali, dato quod sit interpositum decretum, quod ipse foriudicetur, secus lecta ipsa sententia, quia tunc non auditur, nisi compareat, adhuc Iudice pro Tribunali sedente. nu.3. Sed quid si compareant agnati cum supplicatione, quod stante appellatione, Iudex à quo transmittat acta, dummodò sententia foriudicationis non sit lecta, & ipsa sententia sit lecta, sed adhuc Iudex sedeat pro Tribunali? d. n.3.*

4 *Consanguinei foriudicati, lecta sententia foriudicationis, non possunt dicere de nullitate, ipso foriudicato non existente in fortijs Curiæ.*

5 *Formæ sententiæ foriudicationis plures traduntur vsq; ad n.11.*

12 *Sententia secundū eius verba exequi debet, sed Iudex potest declarare suam sententiā dubiam.*

13 *Pœna dicitur expressa in sententia, quamuis verè expressa non sit, si tamen factum sit declaratum in sententia.*

14 *Exequutio facienda non est contra delinquentem, nisi sequuta sit sententia declaratoria.*

15 *Sententia valet, licet in ea non sit specificata aliqua pœna, si tamen sit dictum: condemnamus ad pœnam in tali lege contentam.*

16 *Sententia prius debet scribi, & postea proferri; & per quem debeat legi? nu.17.& debet proferri in scriptis. n.20.& in latino sermone. n.22.*

18 *Sententia foriudicationis debet proferri die iuridico, & non feriato, fallit in pluribus casibus, & n.19.*

21 *Adnotatio facta per Iudicem in calce processus, talem fuisse foriudicatum, non probat sententiam foriudicationis, si ipsa non reperiatur in processu.*

23 *Sententia in criminalibus an possit proferri, nemine instante. & an debeat proferri, Curia pro Tribunali sedente? & n.24.*

25 *Sententia est nulla, quando est lata extra locum Curiæ, puta in Ecclesia.*

26 *Iudex debet residere in loco solito, vbi prædecessores soliti fuerunt ius reddere. Et quid in delegato, & Iudice secundarum causarum? ibidem. Et quid in Præside Prouinciæ? n.27.28.& 29. Et quid in Episcopo, & Archiepiscopo? d.nu.27. Et quid in Commissario Campaneæ? nu.30.*

31 *Sententia est nulla, si sit lata extra iurisdictionem Iudicis proferentis dictam sententiam.*

32 *Sententia est nulla, si sit lata ab vno Iudice delegato, altero Iudice delegato absente, secus est in Iudicibus ordinarijs.*

33 *Sententia lata absq; voto assessoris est nulla.*

34 *Sententia si sit lata de nocte, est nulla; limita pluribus modis ibidem.*

35 *Sententia lata à Iudice, cui erat suspensa iurisdictio, est nulla; idem est si sit lata à Iudice notoriè inimico. n.36.*

37 *Sententia foriudicationis est nulla, sit sit lata non præcedente citatione ad foriudicandum; vel si sit lata extra terminum assignatum in dicta citatione.*

38 *Sententia absq; lecta lata est nulla.*

Digitized by Google

39 *Sententia lata à Iudice excommunicato, vel Hæretico non valet, limita. ibid.*

40 *Sententia lata post inhibitionem est nulla; sed si sit lata eodem die, quo fuit inhibitū, & non constat, si sit lata ante, vel post inhibitionem, & tunc est valida.*

41 *Officialis non potest fungi officio Officialis, & Actuarij; alias acta non valent, limita in locis minimis. ibid.*

43 *Sententia foriudicationis dicitur diffinitiua.*

44 *Foriudicatus an dicatur seruus pœnæ?*

45 *Processus conseruatur in arca, lecta sententia foriudicationis.*

CAP. XII.

De sententia foriudicationis.

1 POstquam in vltima contumacia citationis ad foriudicandum est latum decretum, quod Reus foriudicetur, incontinenti, vel quando Iudici videbitur, potest procedi ad lecturam ipsius sententiæ foriudicationis. *Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, num. 6. in fine*, vbi dicit, quod in Magna Curia Vicariæ, facto dicto decreto, quod Reus foriudicetur, tunc non procedit ur ad lecturam sententiæ foriudicationis, sed in vigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, vel in vltima Curia aliarum feriarum, quæ fiunt; idem tenet *de Leonardis pract. offic. cap. 13. n. 40. in fine*; Sed quòd postquā sit latum decretum, quod Reus foriudicetur, possit die sequenti, vel post aliquos dies, quando Magnæ Curiæ videbitur, procedi ad lecturam sententiæ foriudicationis, dicit *Gramat. in Const. Reg. pœnam eorum, n. 12.*

2 Sed si in vltimo peremptório citationis ad foriudicandum compareat principalis inquisitus, ipse auditur ordinariè in suis defensionibus, licet sit interpositum decretum, quod Reus foriudicetur, dummodo sententia foriudicationis non sit lecta. *Boss. pract. crim. tit. de Reis requirendis post num. 3. Regens Ronit. rub. de sent. foriud. num. 33. Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 44. ver. quæro nunc, Nouar. de grauam. vassall. tom. 3. grauam. 9. num. 35. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. post num. 3, ver. præmitto quarto, & nu. 101. & seq. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 140. & num. seq. & num. 164. & seq. & num. 203. vbi num. 463.* dicit, quod in Statu Ecclesiastico per *Const. Marchiæ* disponitur, quod ante sententiam semper quis auditur super crimine, etiam quod terminus banni lapsus esset, & in Regno nostro ante sententiam foriudicationis contumax, & bannitus si sit captus, potest se defendere, & probare eius innocentiam. *Affl. in Const. Reg. pœnam eorum post num. 33.* nam quis comparens in termino banni, bannum extinguitur, & resoluitur in vim citationis simplicis. *Chartar. d. cap. 1. num. 125. & n. 154. vbi num. 465.* dicit, quod bannum datū ratione contumacię reuocatur, eo ipso, quod quis comparet ante sententiam, & quando contumax comparet ante sententiam, omnia acta euanescunt, & resoluuntur in vim simplicis citationis, *Farinac. vbi sup.*

3 Immo si lecta sententia foriudicationis, Iudice tamen adhuc pro Tribunali sedēte, compareat Reus principalis, in hoc casu ipse auditur in suis defensionibus. *glos. in d. Const. Regni pœnam eorum, ver. foriudicari in fine. vbi Affl. num. 23.* & per *tex. in l. Diuus Antonius, ff. de in integrum restit.* docet *Regens Ronit. d. rub. de sent. foriud. num 37. vbi nu. 38. cum plurib. seq.* dicit, quod si lecta sententia foriudicationis, Iudice adhuc pro Tribunali sedente, compareant agnati, & cognati foriudicati cum prouisionibus inhibitorialibus cum clausula, quod stante appellatione, Iudex à quo trāsmittat acta, dummodo sententia foriudicationis non sit lecta; in hoc casu ipsi agnati, & cognati debēt petere se admitti per restitutionem in integrum ad appellandum à decreto, quod Reus foriudicetur, non obstante sententia foriudicationis prolata nimis festinanter, exprimendo in supplicatione, quod ipsi agnati, & cognati comparuerunt, Curia pro Tribunali sedente, licet tarduscule ob inaduertentiam horę; & facta decretatione, quod Iudex à quo transmictat acta, ad finem videndi, si sit deferendum petitæ restitutioni in integrum, & transmissis actis, si ex processu appareat, quod sententia foriudicationis sit iusta, ita quòd si non esset lata, adhuc esset ita proferenda, & tunc non est deferendum petitę restitutioni in integrum, si verò appareat, non esse locum foriudicationi, & tūc defertur petitæ restitutioni in integrum ad appellandū à decreto, quòd

Reus

Digitized by Google

Reus foriudicetur, non autem à ſententia foriudicationis, quæ remanet ſuſpenſa propter reſtitutionem in integrum conceſſam ad appellandum à decreto, quòd Reus foriudicetur, & deindè fit monitio, qua facta, ſi Iudex ad quem perſiſtat in voto, quòd non ſit locus foriudicationis, & tũc dicit, quòd ſuperſedeatur in ſententia foriudicationis, aliàs ſi ſit in contrario voto, & tunc dicit, benè prouiſum, & proindè cauſa remittatur ad Iudicem à quo, qui Iudex à quo, deindè denuò legit ſentẽtiam foriudicationis, nam prima fuit ſuſpenſa. *Regens Rouitus, vbi ſup. & præcipuè num. 51.*

4 Et lecta ſententia foriudicationis, agnati, & cognati foriudicati, licet nõ poſſint appellare à dicta ſententia, vt diximus ſupra cap. præcedenti nu. 23. & ſeq. tamen ſecundum aliquos ipſi agnati, & cognati poſſunt dicere de nullitate ipſius ſententiæ foriudicationis, ita *Hipp. de Marſ ſing. 592.* & ita deciſum teſtatur *de Franch. dec. 688.* & docet *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudic. cap. 1. num. 24. cum plurib. ſeq. & Riccius collect. 291.* & hoc quando nullitas non tangit cauſam principalem, aliàs eſt ſecus. *Guazzin. ad defenſam Reorum, defenſ. 35. cap. 22. num. 12.* & etiam dummodo nullitas appareat ex eiſdẽ actis, aliàs ſecus. *Boß. pract. crim. tit. de carcer. fideiuſſorib. num. 16. & tit. an in criminalib. iudicijs, num. 16. Guazzin. d. cap. 22. d. num. 12. & Iul. Clar. practic. crimin. §. fin. quæſt. 32. verſ. quæro an in cauſa.* Sed *Maſtrill. dec. 161. in fine*, dicit, quòd quando agnati, & cognati foriudicati, lecta ſententia foriudicationis, dicunt de nullitate ipſius ſententiæ; nullitates recipiuntur, ſed non diſcutiuntur, ſed dicitur, quod de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, foriudicato exiſtente in poſſe Curiæ, & hoc ſiuè nullitates tangant factum principale, ſiuè acta ordinatoria, idẽ tenẽt *Thor. compend. deciſ. tom. 2. ver. nullitates. fol. 387. Nouarius deciſ. Regiæ Audientiæ Apulea 14. & in coll. ſuper rub. de ſent. foriudic. num. 11. & Regens Rouit. d. rub. de ſentent. foriud. num. 32.* Et quod agnati, & cognati foriudicati non poſſint dicere de nullitate ſententiæ foriudicationis, Reo non exiſtente in poſſe Curiæ, dicit *Afflict. in d. Conſt. Reg. pœnam eorum, num. 27. in fine*, quem citat *Iul. Clar. dicta quæſt. 32. d. verſic. quæro an in cauſa in fine.* Sed, foriudicato exiſtẽte in poſſe Curiæ, nullitates diſcutiuntur, vt dicam infra cap. 25. num. 56. & docet *de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. captis foriudicatis recognoſcantur poſt num. 5.* Immo foriudicatus non poteſt comparere per Procuratorem ad allegandum nullam ſententiam foriudicationis; ſed ipſe foriudicatus perſonaliter cõparere debet ad hoc allegandum. *Carrer. pract. crim. tit. de appellatione, verſ. ſeptimus caſus eſt, num. 24. fol. mihi 16. & Gramat. in d. Conſt. Reg. pœnam eorum, num. 14.* licet *Foller. pract. crim. rub. audiantur excuſatores, num. 3. Guazzin. d. def. 35. d. cap. 22. poſt d. num. 12. & Hipp. de Marſ. pract. crimin. §. ſequitur, num. 6.* dicant, quod admittitur Procurator in criminalibus, quando petitur, quod ſententia declaretur nulla, tamen prima opinio eſt vera. *Afflict. in d. Conſt. Reg. pœnam eorũ, num. 27. in fine.* Prout eſt in Statu Eccleſiaſtico, in quo Procurator nunquã admittitur ad dicẽdum de nullitate, ſed ipſe principalis ſe conſtituere debet in carceribus. *Guazzin. d. def. 35. d. cap. 22. poſt d. n. 12. in fin.*

5 Formam ſententiæ foriudicationis ponit *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæſt. 44. ver. videamus*, & eſt videlicet.

Et quia nobis, & officio noſtro conſtat ipſum eſſe culpabilem dicti maleficij, præſertim ex eius confeſſione reſultante ex contumacia iuxta formam ſtatutorum, &c. Ideo ipſum condemnamus in amputatione capitis, & eius bona Fiſco Regio confiſcamus, ita quod ſi aliquo tempore venerit ad manus iuſtitiæ, quod ducatur, & duci debeat ad locũ iuſtitiæ cõſuetũ, & ibi eius caput amputetur, ita quod moriatur, & interea ipſum à toto dominio bannimus, &c. & eadem forma ſententiæ traditur per *Angel. Aret. de maleficijs, ver. qui Dominus Iudex videns, nu. 45. per. Boer. dec. 278. num. 12. & per Nuncium Tartag. pract. crim. cap. 6. n. 10.*

6 Aliam formam ſententiæ foriudicationis ponit *Foller. pract. cri. rub. foriudicẽtur, n. 29.* & eſt tenoris ſequẽtis v 3.

Nos Strategus Gubernator Ciuitatis Salerni, &c. receptis literis noſtræ commiſſionis, quarum tenoris eſt, &c. nobiſcum aſſeſſore T. pro Tribunali ſedente, &c. Viſo præſenti proceſſu in noſtra Curia agitato in contumaciam infraſcriptorum querulatorum, & inquiſitorum de homicidio commiſſo in perſonam T. & in eo referantur citatio, relatio Nuncij, contumacia, annotatio bonorum, publicatio banni particulariter, prout in forma

Digitized by Google

banni dictum fuit: referanturque lapsus anni, in quo perstiterunt in contumacia, instantia querulantis pro foriudicatione, citationes expedita, contumaciæ accusata per decretum interpositum: demum omnibus relatis subdatur: visis videndis, &c. consideratisque considerandis, Christi, Beatæque Mariæ Virginis nominibus piè invocatis, de quorum vultu recta prodeunt indicia, & oculi iudicantium respiciunt veritatem, considerantes dictos T. & T. olim per nos, nostremque Curiam citatos per annum integrum expectatos fuisse, minimeque comparuisse, adeò, quòd se contumaces nequeant negare: in tantum, quòd meritò sunt, & esse debent extra omnem aditum iudicij constituti, eisque limina iudicij præludi debent ipsos foriudicamus: ita, quòd eis nulla appellationis, seu supplicationis remedia superesse cognoscant, & quoad omnia fere pro mortuis habeantur, & hostes publici reputentur: ita, vt ab omnibus offendantur impunè, eorumque offensores præmia consequantur, secundum terminos Const. Regni, pœnam eorũ, bonaq; eorũ omnia Fisco nostro publicamus, applicamusque irremissibiliter: seruata tamè distinctione Regiæ Constitutionis. foriudicatorum bona. taliter in his scriptis decernentes isto, & omni alio meliori modo.

7 Aliam formam sententiæ forludicationis tradit Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus cásus est, n. 92. & seq. fol. mihi 19. à tergo, & est tenoris sequentis vz.

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. anno à Natiuitate eiusdem 1547. regnantibus Inuictissimis, ac Serenissimis Carolo V. diuina fauente clementia Romanorum Imperatore semper Augusto, Rege Germaniæ, & Ioanna matre, eodemque Carolo eius filio Regibus Castellæ, Aragonum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiique, &c. Anno eorum Regnorum in hoc Regno citra Pharum XXIX. Christo fauente dominantibus feliciter Amen. Die primo mensis Octobris VI. Ind. Regy. Nos Talis Regius Capitaneus dictæ Ciuitatis existentes in domibus Talis in loco, & conuicinio Tali, prope domos Tulis, & Talis, positis, & sitis intus dictam Ciuitatem, in quibus Curia ipsa regitur de præfati, singulis conquarentibus iustitiam ministrando, assidente nobiscum Magnifico T. V. I. D. pro assessore. ac etiam pro Actuarijs assidentibus Tali, & Tali Actuarijs dictæ Curiæ notum facimus, atque testamur, quod transgressio genitoris amula filiorũ, sic riuulos. suæ propaginis infecit, quod originem peccandi introduxit. Hinc homo, qui manere poterat immortalis, stipendia mortis accepit, hinc, vt inferni reciperet incolatum, felicis paradisi commercio commutauit, in quo hominum in malum prona temeritas sic improbos præsumptuosè aggreditur, quod pro quantonis maleficio ipsi non timeant correptionis debita disciplinam, sed ad inhonesta se præbeant turpia turpibus, & peiora peioribus aggregantes; ò infelix humana conditio, procliuior redditur ad vitia, quam ad virtutes inimica ratione, quæ mentis oculos prostringens amplectitur voluntatem, cuius dulcedo ad perniferum ducit exitum, quia desinit esse locus remedio, vbique fuerint vitia, mors fuerit, scilicet, vbi actus illiciti, non emendatione potius, quam consuetudine deputantur. Qua de re non sine ministerio, non sine grandis necessitatis articulo diuina prouisio Princeps orbis terrarum constituit ad laudem bonorum, vindictamque malorum, vt mali si non virtutis amore, saltim formidine pœnæ à patratione scelerum abstinerent, & ne facinora impunita relinquerentur, impunitas enim scelerum incentiuum tribuit delinquendi: ita fiat præambulum. Verum facimus, atque testamur, quod post corruptionis amara discrimina, quæ primi parentis lapsus faciens mortales merito deplorandos, propter transgressionis vetitæ vitium ad successores transtulit, & per superbientis inobedientia culpam ad posteros deriuatur, generationis humanæ conditio miseriæ tantæ fragilitate opprimitur, & tàm facilis corruptelæ casibus pragrauatur, vt quantumcumque prouisionis diuinæ potentia nouas quotidiè creans animas illas rectas iustas, & paras ad imaginem, & similitudinem sui formatas, recentes mortalitatis huius vestem induat, & corporibus nouis infundat, miserabile tamen genus humanum, tanquam naturali contagione pollutum creatoris sui rectitudinem deserẽs, & damnosis quæstionibus, & anfractibus se inuoluens ad omne nefas pronum se immergit, & in exterioribus damnabiliter conuersatur: & malis pœnæ audacia refrenetur, nisi eidem pœnalis instructio non obsisteret, adeo vesanus vulgus malorum fauoribus, & peccantium ad plausum peruenisset malignitas, & delinquentium extresceret nequitia, vt humanum commercium resolueretur, & vix quisquam propria recognosceret. Ob istud malorum vindictam & perniciosorum audaciam refrenandam, & vt pœna meritè puniat commissa, gladij Imperij exerceri in facinorosos diuales sanxerunt constitutiones. Proinde perquisitis actis nostræ Curiæ in illis inuenimus, quod olim in

eadem

eadem Curia comparuit Talis, & querelam exposuit contra, & aduersus Talem de homicidio per eum commisso in personam Talis eius fratris, aut filij, & de eo, & ex eo, ac pro eo. Videlicet, quod cum præfatus Talis eius frater in anno præterito. V. Indict. 1546. de mense Septembris staret, & moraretur, & esset sub Dei pace, & imperiali protectione securus regnantibus Inuictissimis, & Serenissimis Carolo V. Romanorum semper Augusto, & Ioanna eius matre sub Præsidatu Illustrissimi Domini D. Roderici de Mendocia in Prouincijs Calabriæ, intus dictam Ciuitatem in loco, & conuicinio Theatri Magni, propè domum Talis, & secus domum Talis, & alios confines in platea publica facta sua peragendo, & nemini iniuriam inferendo, dictus Talis animo, & proposito, dictum Talem occidendi dolosè, scienter, temerè, & appensatè associatus cum nonnullis alijs armatis armis prohibitis, & offensiuis, ense, balista, aut archabusio, dando vnus alij, & alius alij auxilium, consilium, & fauorem astantes armati in loco præfato: vt habilius dictum homicidium committatur, reddendo dictum Talem audaciorem, & è contra præfatum Talem timidiorem insilit, aut insimul, & coniunctim insiluerunt in dictum Talem eius fratrem, & pluribus percussionibus, & vulneribus lathalibus percusserunt, & vulnerauerunt in multis partibus sui corporis, & signanter in capite, aut latere dextero, & taliter confoderunt, quod statim, & illico ex dictis vulneribus mortuus extitit, & humanè sepultus. Et præfati Tales interfectores statim fugam arripuerunt, & se absentauerunt, & latitarunt, propter quod homicidium Curia ipsa informationem cæpit, & per eam reperti sunt præfati interfectores culpabiles in dicto homicidio, vnde Curia ipsa citari fecit præfatos interfectores, & signanter Talem, vt in certo termino peremptorio eis, vel ei præfixo personaliter comparere deberent recepturi, aut recepturus copiam capitulorum specialis inquisitionis, & ex mero officio facienda, nec non ad querelam, & denunciam Talis eius fratris, & se legitimè defensuri super deductis, & meritis dictæ inquisitionis; Qua citatio sub tali die fuit expedita, videlicet sub die 4. mensis Septembris V. Indict. 1546. & facta relatione per Magistrum Nicolaum Luchissium seruientem nostræ Curiæ, sub die quinta eiusdem mensis Septembris V. Indict. citasse supradictum Talem, aut Tales in præsentia Talis, & Talis, pro testibus interuenientibus, eodem die quinto; postea sub die sexto, aut septima eiusdem mensis Septembris, propter festum antecedens instante præfato Tali accusatore, ac etiam instante Curiæ Coadiutore fuit per ipsam Curiam annotatis, & accusato prima contumacia dictis Tali, vel Talibus accusatis. Et adueniente vltimo peremptorio termino, sub die decimo mensis eiusdem Septembris V. Indict. 1546. in iudicio comparuerunt præfatus Talis accusator, & Curiæ Coadiutor, & institerunt, & petierunt, dictum Talem accusatum, aut Tales accusatos vocari, & si comparuerint eis dari capitula, & compelli ad litem contestandum, & respondendum super eis, & prouideri circa eorum carcerationem quatenus iuris fuerit; & si non comparuerit ei, vel eis, & cuilibet eorum, accusauerunt, & accusant vltimam contumaciam, & petierunt, ipsos banniri, & condemnari iuxta formam Const. Regni; & sic quia præfati inquisiti, accusati, & querelati, citati, relati, & vocati, minimè comparuerunt in termino eis præfixo, nec aliquis pro eis, qui eorumdem absentiæ causas, aut eiusdem proponeret, & allegaret, vel legitimis excusationibus eos excusaret, accusata prius ei, vel eis: vt supra prima, & vltima contumacia per dictum Talem accusatorem, & per Curiæ Coadiutorem, conflito ipsi Curiæ de præfata citatione, relatione, & contumacia, ipsi citati de aquitate in duo expectati, post peremptorium terminum, ob eorum contumaciam fuerunt banno suppositi, & ad tertiam partem bonorum omnium eorum mobilium condemnati, vel condemnatus Regij Fisci commodis applicandam, reliquis verò bonis omnibus tàm mobilibus, quàm stabilibus ad opus ipsius Curiæ vsque ad anni circulum adnotandis. Subsequenter postea fuerunt, aut fuit publicati, aut publicatus, alta, & intelligibili voce præconia pro bannitis, & rebellibus ipsius Curiæ die 15. mensis eiusdem Septembris V. Indict. 1546. per præfatum Magistrum Nicolaum Curiæ seruientem, in dicta Ciuitate Regij per loca solita, & consueta, præsentibus pro testibus Tali, & Tali, & Tali in numero opportuno. sed quia à dicti banni adicti, & diuulgationis ipsius iam sit, & est annus elapsus, & vltra, prout ex actis dictæ Curiæ plenè constat, ipsorum bannitorum contumacia non purgata, instante, & petente Fisci Coadiutore contra dictum accusatum aut accusatos supra nominatos in contumacia perseuerantes per nos, & nostram Curiam ad forisudicationis sententiam procedi debere, accusante tamen prius in circulo anni, videlicet 15. die mensis Septembris VI. Indict. 1547. accusatore præfato perseuerantiam per annum in contumacia, & banno præfatis accusatis, aut accusato. Nosisque

ad

ad ipsorum bannitorum, aut banniti contumaciam superandam, vt ne delicta remanea̅t impunita, considerantes, vt potius banniti ipsi reuertantur ad obedientiam, eorum contumacia purgata, quàm ipsi nostra gladio interirent: quia vbi de salute hominum agitur ob aquitatis tramite non est recedendum, prefatum Talem, aut Tales inquisitos, bannitos, & contumaces in domibus, in quibus ipsi, vel eorum alter cum vxore, & familia hactenus habitare consueuerunt, & quilibet ipsorum consueuit, & nunc eorum familia habitat citari fecimus, & mãdauimus, vt infra certum terminum eis præfixum coram nobis, & nostra Curia comparerent huiusmodi, suam cõtumaciam purgaturi, & seipsos super præmissis legitimè defensuri: nec non agnatos, cognatos, propinquos, consanguineos, & affines, aliosque singulos, qui verisimiliter corũ defensioni interesse deberent, peremptorie citari fecimus, & requiri, vt in eodem termino præfixo comparerent coram nobis proposituri causam rationabilem prefatorum bannitorum, aut banniti absentiæ, & eos legitimè defensuri. Et quoniam in termino, & post terminum triduo de aquitate potius, quàm de iure expectati, nec prefati principales, aut principalis, seu alter ipsorum, nec alij coram nobis comparere curauerunt proposituri, & allegaturi legitimam, & rationabilem causam quare per nos, & nostram Curiam contra prefatos, aut prefatum bannitos, & contumaces, & forbannitos ad foriudicationis sententiam procedere non deberemus, accusata prius contra eos, & quemlibet ipsorum, vel eum contumacia, sub die 15. mensis Nouembris 6. Indict. 1547. per nos, & nostram Curiam fuit prouisum, pariterque decretum dictos supra nominatos bannitos, & contumaces, vel supra nominatum bannitum, & contumacem homicidiarios, vel homicidiarium fore, & esse foriudicandos, vel foriudicandum, & foriudicari debere: hoc suum decretum, & c. lectum, & latum, &c. Vnde nos, qui supra visis videndis, attentis attendendis, & consideratis considerandis cum de lapsu dicti anni à die prefati banni editi, & publicati, & de contumacia ipsorum, vel ipsius, de citatione, relatione, contumacia, & banno præmissis, nec nõ de requisitione agnatorum, cognatorum, & amicorũ prefatorum bannitorum, & condemnatorum, aut prefati banniti, & condemnati, vt prædicitur modo, quo supra citatione legitimè constat nobis: Christi, & gloriosæ Virginis Mariæ, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli nominibus inuocatis, de quorum vultu recta iudicia prodeunt, & oculi iudicantium respiciunt veritatem, sacroque Sanctis quatuor Euangelijs coram nobis præpositis, & per nos deuotè inspectis habentes præoculis solũ Deum, pro Tribunali sedentes, prefatos Tales, aut Talem in his scriptis sententialiter foriudicamus, & pro foriudicatis, aut foriudicato haberi volumus, ita quod deinceps nulla omnino licentia remaneat ipsis, aut ipsi super principali causa criminis se defendendi, sed pertinde habeantur, ac si confessi de dicto homicidio, de quo accusati fuerant, vel fuerat accusatus, essent per diffinitiuam sententiam condemnati, vel esset condemnatus: & interim eis, vel ei iudicij limina præcludantur, quod se contumaces, aut contumacem fuisse etiam negare non possunt, aut potest, qui nec per se tanto tempore comparuerunt, aut per se comparuit; nec per alium prætendentem legitimam causam eorum, vel eius absentiæ probabilem extiterint excusati, nullaque eis oppositionis, seu supplicationis remedia remaneant, sed quoad omnia ferè pro mortuis, aut mortuo habeantur, vel habeatur, & hostes publici reputentur, aut hostis publicus reputetur, sic vt ab omnibus offendantur impunè, aut offendatur impunè, adeò, quòd si ipsos, seu aliquem ipsorum aliquis occideris, nullam proindè calumniam mereatur, sed præmium à Cæsarea Maiestate, & nostra Curia semper expectet: decernentes nihilominus bona dictum foriudicatorum, aut foriudicati, & cuiuslibet ipsorum velati damnatorum, si liberos, vel parentes vsque ad tertium gradum non habeant, vel habeat, Fisci Regij commodis applicari, nisi feuda fuerint ex concessione Regia, vel alio iusto titulo acquisita, in quibus ascendentes liberis non succedunt. Sin autem liberos ante bannum editum, aut hanc emissam foriudicationem, vel iam natos habeant, vel conceptos, persona foriudicati liberis connumerata, pro rata, & numero liberorum ad bona ipsa Fiscum Regium volumus annumerariiita quòd si vnum filium tãtum habeat, inter Fiscum, & filium pro aquali portione bona ipsa diuidantur, si vero duos filios, Fiscus in tertia admittatur, & sic per consequens si plures sint liberi eadem censura seruetur, electione ipsi Fisco, & nostra Curia reseruata, vtrum partem ipsorum bonorum habere voluerit, vel æstimationem, si extimatio offeratur: hanc eandem nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam in his scriptis taliter proferentes, quam valere volumus omni meliori modo, via iure, & forma, quibus melius potest, & hæc est forma sententiæ foriudicationis tradita per ipsum Carrer. ibi.

8 Forma sententiæ foriudicationis, qua

qua ego semper vsus fui, quãdo processi cum breuiatione dierum quindecim contra aliquem, qui interfecerat hominem cum ictu scopictæ, iuxta Prag. 2. & 3. de ictu scopictæ, talis est videlicet.

In causa inquisitionis formatæ in hac nostra Curia talis Ciuitatis de crudeli, & appensato homicidio commisso cum ictu scopictæ in personam Titij talis loci contra Sempronium talis loci, seruatis seruãdis, fuit prouisum, vt infra. v3.

In Dei nomine amen. Viso præsenti processu in nostra Curia agitato in contumaciã supradicti Sempronij inquisiti, vt supra, visaque citatione ad informandum contra eum expedita, ac relatione Nuncij, sub die tali, visaque prima contumacia in dicta citatione incusata sub die tali, & vltima incusata sub die tali, & in eodem die dictus Sempronius fuit reputatus contumax in dicta citatione ad informandum, & condemnatus ad pœnam in dicta citatione contentam, visaque etiam citatione ad capitula contra dictum Sempronium expedita, ac relatione Nuncij, sub die tali, visaque prima contumacia in dicta citatione ad capitula incusata, sub die tali, & vltima incusata sub die tali, & in eodem die dictus Sempronius fuit reputatus contumax in dicta citatione ad capitula, & condemnatus ad tertiam partem suorum bonorum mobilium. Visa etiam perseuerantia dicti Sempronij in contumaciam per dies quindecim, & plus à die contractæ vltima contumaciæ in dicta citatione ad informandum, & ad capitula, visaque etiam citatione ad foriudicandum, in qua fuerunt etiam citati, agnati, cognati, amici, & vicini dicti Sempronij, & visu relatione Nuncij facta in dicta citatione ad foriudicandum, sub die tali, & prima contumacia incusata sub die tali, & vltima cõtumacia sub die tali, & eodem die fuit prouisum, dictum Sempronium esse foriudicandum, visisque videndis, & consideratis considerandis, Christi nomine repetito, pro Tribunali sedentes præfatum Sempronium in his scriptis sententialiter foriudicamus, & pro foriudicato haberi volumus, ita quod deinceps nulla omnino licentia remaneat ipsi super principali negotio, seu causa criminis se defendendi, sed proindè habeatur, ac si confessus de dicto homicidio, de quo accusatus fuit, esset per diffinitiuam sententiam condamnatus, & interim ei indicij limina præcludantur, quod se contumacem etiam fuisse negare non possit, qui nec per se tanto tempore comparuit, nec per alium prætendentem legitimam causam eius absentiæ probabilem, extitit excusatus, nullaque ei appellationis, seu supplicationis remedia remaneant, sed quoad omnia ferè pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur: sic, vt ab omnibus offendatur, & occidatur impunè, adeò, quòd si aliquis dictum Sempronium occiderit nullam proindè calumniam mereatur, sed præmium à Cæsarea Maiestate, & nostra Curia semper expectet, & dictum Sempronium cõdemnamus in amputatione capitis à spatulis (si sit nobilis) vel furcis suspendendum (si sit ignobilis) ita quod si aliquo tempore venerit ad manus iustitiæ, ducatur, & duci debeat ad locum iustitiæ consuetum, & ibi eius caput amputetur à spatulis, vel furcis suspendatur, ita quod eius anima separetur à corpore: decernentes nihilominus, bona dicti Sempronij foriudicati veluti damnati, si liberos, vel parentes vsque ad tertium gradum non habeat, Fisci Regij commodis applicari, nisi feuda fuerint ex concessione Regia, vel alio iusto titulo acquisita, in quibus ascendentes liberis non succedunt. Si autem liberos ante bannum editum, aut hanc emissam foriudicationem, vel iam natos habeat, vel conceptos, persona foriudicati liberis connumerata, pro rata, & numero liberorum ad bona ipsa Fiscum Regium volumus annumerari, ita quod si vnũ filium tãtum habeat, inter Fiscum, & filium pro æquali portione bona ipsa diuidantur, si verò duos filios, Fiscus in tertia admittatur, & sic per consequens, si plures sint liberi, eadem censura seruetur, electione ipsi Fisco, & nostræ Curiæ reseruata, vtrum partem ipsorum bonorum habere voluerit, vel extimationem, si extimatio offeratur: hanc nostram eandem diffinitiuam foriudicationis sententiam in his scriptis taliter proferentes, quam valere volimus omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus melius potest.

9 Et aliam formam sententiæ foriudicationis, quando proceditur cum breuiatione dierum quatuor in materia recaptus, posui supra cap. 10. num. 18.

10 Aliam formam sententiæ foriudicationis ponit Nouarius *de grauam. vassal. tom. 3. gravam. 9. num. 34.* & est videlicet.

In Dei nomine Amen. Nos N. *Capitaneus, visis processu, & informatione per nos, & nostram Curiam fabricatis, de homicidio patrato in personam* N. *in territorio eiusdem Ciuitatis, & propriè, &c. de anno, &c. & mense, &c.*

Visa citatione facta, nonnullis indicijs precedentibus, contra N. *vt in termino peremptorio compareret in eadem Curia personaliter*

ter recepturus copiam capitulorum ſpecialis inquiſitionis ſuper dicto homicidio per ipſum N. patrato in perſonam dicti N. litemque conteſtaturus, & terminum ad ſe defendendum recepturus, & alijs, prout in eadem citatione clarius eſt videre, viſaque relatione N. qui retulit, ſe citaſſe dictum N. præſentibus, &c. pro teſtibus, &c. viſiſque contumacijs ad inſtantiam Curiæ Coadiutoris contra eum accuſatis, ac decretum, ob quod dictus N. fuit contumax reputatus, & declaratus, & dictum ſupponi banno, &c. Viſa annotatione bonorum, facta ante citationem ad euitãdum fraudes, & alia annotatione facta poſt contumaciam, ſub die, &c. Viſo banno contra eum emanato, & in locis publicis dictæ Ciuitatis publicato, quia à die dicti banni contra eundem contumacem, & bannitum editi fuit, & eſt annus elapſus, & vltra, prout apparet ex actis dictæ Curiæ, & nobis ex proceſſu ipſo legitimè conſtitit, & conſtat de citatione, relatione, contumacia, interloquutoria, & banno prædictis, & ipſe bannitus ſuam contumaciam minimè purgare curauit, immo, & in ea perſtetit, & perſiſtit in derogationem nominis Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini dictæ Ciuitatis, dictæque Curiæ pariter, & honoris, Curiam ipſam, noſtramque iuriſdictionem contemnendo, idcircò eundem N. homicidam contumacem, & bannitum ad omnem contumaciam ſuperandã citari mandauimus, ac eius vxorem, parentes, agnatos, cognatos, affines, conſanguineos, amicos, ac vicinos, vt infra certum terminum in eadem citatione contentum in eadem Curia comparere debuiſſent ad dicendum, opponendum, & allegandum quidquid dicere, opponere, & allegare voluerint contra tenorem dictæ citationis, & quare per nos, & dictam Curiam noſtram procedi non deberet contra ipſum N. ad foriudicationis ſententiam, prout iura Regni Conſt. & capitula volunt, & mandãt, & huiuſmodi contumaciam purgaturus, & ſuper prædictis legitimè defenſurus, & dicti ipſius coniuncti comparerent ipſum excuſaturi, & defenſuri, vt ſimiliter in dicta citatione latius continetur, & c. cumque minimè dictus N. comparuerit in termino dato, nec poſt, nec aliquis pro eo ad dicendum, opponẽdum, & allegandum, alias contradicendum, qualiter ad prædictam foriudicationis ſentẽtiam procedi non deberet contra ipſum N. Ideo nos N. qui ſupra Capitaneus pro Tribunali ſedentes loco, & more ſolito aſſidente nobiſcum N. Actuario dictæ Curiæ noſtro decreto diximus, & declarauimus decretum N. fore, & eſſe contumacem, & bannitum, procedendumq; fore, & procedi debere per nos, & dictam Curiam ad dictam foriudicationis ſententiam contra dictum N. vt ſupra, accuſata prius contumacia contra eundem ad inſtantiam Curiæ Coadiutoris, & habita pro accuſata tanquam contra ipſum citatum, bannitum, contumacem, & non comparẽtem, Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis nominibus inuocatis, de quorum vultu rectè prodeũt iudicia, & oculi iudicantium reſpiciunt veritatem, ſacroſanctis quatuor Euangelijs coram nobis propoſitis, & per nos reuerenter inſpectis, & c. cum elapſo dicto anno à die dicti banni contra eundem N. bannitum, ac de præmiſſa citatione, & contumacia, nec non de requiſitione dictorum coniunctorum, vicinorum, ac amicorum factis, vt dictum eſt modo prædicto, ac etiam voce præconia nobis, & dictæ Curiæ conſtiterit, & conſtat, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, prædictum N. bannitum pro dicto homicidio, & in eius contumacia perdurantem foriudicandũ eſſe, & foriudicari debere iuxta Sacrorum Regni Conſtitut. & cap. ſeriem, & tenorem, prout ipſum per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam foriudicamus, ac foriudicatum eſſe volumus, & declaramus, ita vt deinceps nulla omninò remaneat licentia, ſeu facultas ſuper cauſa dicti homicidij ſe defendendi, ſed perindè habeatur, ac ſi confeſſus fuiſſet homicidium prædictum, ac etiam per diffinitiuam ſententiam condemnatus, ſitque foris omne aditum Indicis cõſtitutus, & noſtri iudicij limina ſibi præcludantur, quod ſe contumacem fuiſſe negare non poſſet, qui nec per ſe tanto tempore in eadem Curia comparuit, nec per alium prætendentem legitimam cauſam eius abſentiæ, & probantem extitit excuſatus, nulla ſibi appellationis, ſeu ſupplicationis remedio N. ipſe ſupereſſe cognoſcat, ſed quoad omnia ferè pro mortuo habeatur, & hoſtis publicus reputetur, ſic vt ab omnibus offendatur impunè, adeò quòd ſi eum occiderit aliquis nullam proindè calumniam vereatur, ſed præmium à gratia dicti Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini expectet ſecundum dictarum Sacrarum Conſt. continentiam, & ſimiliter, qui eundem foriudicatum ceperit, dictoque Illuſtriſſimo Domino, ſeu nobis, aut ſucceſſori noſtro dictaque Curiæ præſentauerit, ſeu ſi præſentare, aut offẽdere voluerit præmium, & pœnam in dictis Sacris Conſtitutionibus ſtatutam incurrat, &c. Decernentes nihilominus, bona dicti foriudicati, veluti damnati, ſi liberos, aut parẽtes vſque ad tertium gradum non habeat dicta Curiæ commodis applicanda fore, & eſſe, & applicari debere, prout per præſentes applicamus, niſi ſint feuda, vel alia ex conceſſione Re-

ne Regia, aut alio iusto titulo acquisita, in quibus descendentes liberi non succedant si ante liberos natos habeat, vel conceptos, persona ipsius foriudicati liberis numerata pro rata, & numero filiorum bona iuxta dictarum Const. tenorem in ipsam Curiam decernimus obtineri, ita tamen, quod si ipse bannitus, & foriudicatus vnum habeat filium, bona ipsa inter Curiam, & ipsum filium pro aequali portione diuiditur, sin autem duos filios habeat, Curia in tertia admittitur, & si plures habet liberos eodem censura seruetur, electione nostra Curiæ reseruata, vtrum partem dictorum bonorum habere voluerit, vel extimationem ipsius partis si extimatio offeratur, &c. taliter in scriptis hãc nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam proferentes in formam, & ita hoc suum, &c.

31 Forma vero sententiæ foriudicationis, qua vtitur Magna Curia Vicariæ in delictis factis cum armis igneis, est vz.

In Dei *nomine amen, &c. Philippus Dei gratia Rex, &c. Post quarum quidem Regiarum literarum præsentationem, perquisitis de nostro, & dicta M.C.V. delegata mandato, & ordine informationibus, libris, & actis ipsius, in illis inter alia inuenimus T. de T. de T. Terra inquisitos, & criminatos fuisse, & esse de appensatis homicidijs cum ictibus scopi&tarum in personam T. de T. commissis die, &c. & alijs, super quibus capta fuit diligẽs informatio, cuius vigore ipsa M.C.V. delegata mandauit peremptorias citationes contra prædictos T. vt infra certum eis præfixum terminum in dicta citatione contentum personaliter in dicta M.C. comparerent, recepturi copiam capitulorum specialis inquisitionis contra eos formandæ ex mero officio ipsius M.C. delegatæ, & in inquisitione ipsa quo melius potuissent, se legitimè defendere, vt constat per dictam citationem intimatam ipsis T. per T seruientem T. Curiæ, sub die, &c. in T. Terra, præsentibus testibus in numero opportuno, & aduenientè postmodum die, &c. ex officio Curiæ fuit incusata prima contumacia contra prædictos T. inquisitos; demum verò die, &c. ipsa M.C. delegata pro Tribunali sedente, vocatis in banca prædictis T. qui non comparuerunt, nec aliquis pro eis, qui ipsorum absentiæ causam proponeret, vel alijs legitimis excusationibus ipsos excusaret, accusata ex officio prima contumacia cõtra ipsos, triduoque de æquitate expectato post ipsum terminum lapsum fuerunt prædicti T. ob eorum contumaciam banno subpositi, & ad tertiam partem bonorum mobilium condemnati Fisci commodis applicandam, & decretũ, reliqua eorum bona mobilia, & stabilia vsque ad dierum quindecim circulum, seruata forma Regiæ Pragmaticæ fore, & esse adnotanda ad opus, & instantiam Regiæ Curiæ, vt apparet per interloquutoriam sententiam latam, & lectam die, &c. Demum verò, elapso dierum quindecim circulo, seruata forma Regiæ Pragmaticæ; comparuit apud acta dicta M.C. delegatæ Regius Procurator Fiscalis ipsius; & incusauit vltimam contumaciam contra prædictos T. vt supra bannitos, & contumaces, & maxima cum instantia petijt, procedi ad foriudicationis sententiam, iuxta formam iuris Sacrarum Regni Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum. Nos enim considerantes, quod vbi de vita hominis pertractatur, ibi maturius est procedendum, desideranteſque maximè, vt dicti T. potius, purgata dicta eorum contumacia, personaliter in dicta M.C. comparuissent, & seipsos legitimè defendissent, quam seuero iustitiæ gladio occiderentur, ad superandum, & conuincendum ipsorum malitiam, & nequitiam; & demum dictæ M.C. delegatæ prouisione peremptoriè citati fuerunt dicti T. vt infra certum eis præfixum terminum in dicta citatione contentum personaliter in dicta Magna Curia comparerent purgaturi dictam eorum contumaciam, & bannum, & seipsos legitimè defensuri, ac dicturi quidquid voluissent aduersus dictam foriudicationis sententiam; & pari prouisione citati fuerunt eorum consanguinei, amici, & vicini, ac parentes dictorum T. quatenus si eorũ, & cuiuslibet ipsorum putauerint interesse in dicta M.C. legitimè comparuissent allegaturi quidquid voluissent, & quare contra eosdemet prædictos T. inquisitos, bannitos, et cõtumaces, et in dicta eorum contumacia, et bãno per dies quindecim, seruata forma Regiæ Pragmaticæ, et vltra perseuerantes, procedi non deberet ad prædictam foriudicationis sententiam prout ex dicta citatione patet: Qua quidem citatione intimata dictis T. domibus eorum solitarum habitationum, et prædictis eorum consanguineis, amicis, et vicinis, sub die, etc. in T. Terra per T. ordinarium seruientem talis Curiæ: demum verò die etc. ex officio Curiæ fuit incusata prima contumacia contra prædictos T. principales inquisitos, bannitos, et contumaces, et contra prædictorum eorum consanguineos, amicos, et vicinos; Aduenientè autem die, etc. ipsa M.C. delegata pro Tribunali sedente, vocatis prædictis T. principalibus inquisitis, bannitis, et cõtumacibus, ac eorum dictis consanguineis, amicis, et vicinis, et quia non comparuerunt, nec aliquis pro eis, qui ipsorum absentiæ causam*

sam proponeret, vel alijs legitimis excusationibus ipsos excusarent in iudicio; instante Regio Procuratore Fiscali, & petente, &c. per eandem M. C. delegatam fuit prouisum, & decretum, procedendum esse, & procedi debere ad petitam foriudicationis sententiam contra supradictos T. talis Terræ principales inquisitos, bannitos, & contumaces ex causa dictorum appensatorum homicidiorum cum ictibus scopictarum in personam T. iuxta formam iuris, Sacrarum Regni Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum, vt clarè constat ex eodem decreto lecto lato, & publicato die. &c.

Vndè nos, qui supra Magister Iustitiarius Reg. Locumtenens, & Iudices M. C. V. delegatæ, visa informatione prædicta ad instantiam Regij Fisci compilata, ac omnibus actis in dicta M. C. V. delegata factis, visisque videndis, & consideratis considerandis, cum de lapsu dierum quindecim prædictorum, seruata forma dictæ Regiæ Pragmaticæ à die, &c. & banno contra prædictos T. inquisitos, bannitos, & contumaces edito ex causa prædicta, & de præmissis citatione, & contumacia, ac de requisitione eis legitimè facta, plenè cõstat, & apparet exactis, tanto tempore ipsos T. inquisitos, bannitos, & contumaces in contumacia, & banno prædictis pertinaciter perdurasse, & adhuc perdurare, Christi, eiusque Beatissimæ Matris semper Virginis Mariæ nominibus inuocatis, de quorum vultu recta iudicia prodeunt, & oculi iudicantium respiciunt veritatem, sacrisque quatuor Euãgelijs coram nobis propositis, & per nos reuerenter inspectis,

Per hanc nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam, quam in his scriptis proferimus, dicimus, decernimus, declaramus, atq; diffinitiuè sententiamus, prædictos T. de T. talis Terræ inquisitos, bannitos, & contumaces ex causa dictorum appensatorum homicidiorum cum ictibus scopictarum in personam T. & alijs, &c. & in dicta eorum contumacia, & banno, tàm duraturo tempore perdurantes etiam post lapsum dictorum dierũ quindecim, seruata forma Regiæ Pragmaticæ, foriudicandos esse, & foriudicari debere, prout præsenti nostra diffinitiua foriudicationis sententia ipsos foriudicamus, foriudicatosque esse volumus, & mandamus ex causa dictorum appensatorum homicidiorum cum ictibus scopictarum, & alijs iuxtà formam iuris, Sacrarum Regni Constitutionum, Capitulorum, & Pragmaticarum, ita quòd deinceps nulla dictis T. foriudicatis remaneat potestas, seu licentia super dicta causa principali seipsos defendendi, sed perindè habeantur, ac si legitimè conuicti, & confessi de dictis appensatis homicidijs cum ictibus scopictarum, & alijs, de quibus inquisiti banniti, & contumaces fuerunt, essent per diffinitiuam sententiam condemnati: sint foris omnẽ iudicij aditum constituti: interim eis iudicij limina præcludantur, quòd seipsos contumaces etiam fuisse, negare non possint, qui per seipsos tanto tempore in dicta M. C. delegata non comparuerunt, dictam eorum contumaciam, & bannum legitimè purgaturi, nec per alium prætendentẽ legitimã causam suæ absentiæ, & probantem in eadem M. C. delegata extiterũt legitimè excusati, nullaq; omnino eis appellationis, seu supplicationis remedia dicti Tales, vt supra foriudicati superesse cognoscant, sed ab omnibus ferè pro mortuis habeantur, hostes publici reputentur, sic vt ab omnibus offendantur, & occidãtur impunè. Adeo quod si aliquis dictos T. vt supra foriudicatos occiderit, nullã proindè pœnam, culpam, seu calumniam vereatur, sed præmium, & gratiam regiam in dictis Regijs Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis prætaxatam, occisor expectet. Decernentes nihilominus, omnia bona supradictorum T. vt supra foriudicatorum, si liberos, vel parentes vsque ad tertium gradum non habeãt, Fisci commodis fore, & esse applicanda, applicarique debere, prout per hanc nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam applicamus; nisi fuerint feuda, vel alia ex concessione Regia, aut iusto titulo acquisita, in quibus ascendentes liberis non succedunt, si autem liberos natos habeant, vel conceptos, ipsorum personis liberis connumeratis, bona ipsa iuxtà Sacrarum Regni Constitutionum, Capitulorum, Regiarum Pragmaticarum, & Regiorum Bannorum tenorem in Fiscum decernimus aduocari, ita quòd si dicti T. vt supra foriudicati vnum per quemlibet habeant filium, bona ipsa inter ipsorum filium, & Fiscum pro æquali portione diuidantur, si autem duos, Fiscus in tertia admittatur, & sic per consequens si plures sint liberi, eadem censura seruetur, electione tamẽ eidem M. C. delegatè reseruata, vtrum partem ipsorum bonorum habere voluerit, vel æstimationem dictorum bonorum, si æstimatio offeratur: hanc eandem nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam in his scriptis taliter proferentes, & promulgantes omni modo meliori.

12 Et sententia condemnatoria criminalis ad vnguem secundum eius verba exequi debet. Bar. *in l. si expressim ff. de appellat.* & Cartar. *de exequut. sent. cap. fin. n.* 273. vbi *nu.* 274. dicit, quod si sententia certam pœnam non cõtineat, sed

Digitized by Google

ſed tantum reperiatur in ipſa ſententia, quod bannitus fuit pro maleficio condemnatus in ære, & perſona, ſi de exequutione iſtius ſententiæ tractaretur, ipſe bannitus poteſt decapitari vigore dictæ ſententiæ, quia pœna, perſonæ, intelligitur in ſuo potiori ſignificatu de pœna mortis, ſi tamen cauſa, & delictum tantam pœnam mereatur, cum ex genere cauſæ, genus pœnæ metiendum ſit, vt dicit *Cartar. d. nu. 274.* vbi *nu. 275.* dicit, quod Iudex, qui protulit dicta verba, poteſt illa interpretare, & declarare, nam Iudex lata ſententia poteſt verba dubia in ipſa ſententia contenta interpretare, & explicare *l. actorum verba ff. de re iudic.* vbi *glos. & DD. Carrab. de ſindic. part. 2. num. 22.* ſed ſemel poteſt tantum Iudex ſuam ſententiam dubiam declarare. *Guazzin. ad defenſ. reorum def. 35. cap. 18. n. 5.*

13 Et pœna dicitur expreſſa in ſententia, quamuis verè expreſſa non ſit, ſi tamen factum ſit declaratum, dicendo, talem Hæreticum, vel læſæ Maieſtatis reum declaramus. *Cartar. d. cap. fin. nu. 303.* vbi *nu. 305.* dicit, quod exequutio facienda non eſt contra aliquem delinquentem, niſi ſequuta ſit

14 ſententia declaratoria.

15 Et quando pœna in ſententia ſpecificata non eſt, ſed tantum in ipſa ſententia ſit dictum, talem condemnamus in pœnam in aliqua conſtitutione contentam, tunc valet ſententia, & illa pœna eſt exequenda, quæ in dicta conſtitutione continetur, ita *Cartar. d. cap. fin. n. 307.* vbi *nu. 444* dicit, quod in ea pœna debet fieri exequutio, in qua quis eſt condemnatus, nec eſt permittendum, quod bannitus eligat qualitatem mortis, & neque Iudex inferior à Principe poteſt damnato ad mortem concedere arbitrium eligendi qualitatem mortis, citat *Romanum ſing. 131.* & verba ſententiæ ſtrictè ſunt intelligenda. *l. 1. C. ſi plures vna ſent.*

16 Sed ſententia prius debet ſcribi, & poſtea proferri, alias eſt ipſo iure nulla. *l. 2. & l. 3. C. de ſent. ex periculo recitandis cap. fin. de re iudic. in 6.* & docēt *Guazzin. ad defenſam reorum def. 35. cap. 9. nu. 2. Marant. part. 6. rub. & demum fertur ſententia n. 57. & Carauit. ritu 37. n. 2.*

17 Et ipſa ſententia debet legi per ipſum Iudicem, & non per alium, niſi ſit ſententia Præfecti Prætorij, quæ poteſt legi per alium. *l. hac lege C. de ſent. ex periculo recit. & d. cap. fin. de re iudic. in 6.* & ſententia Sacri Regij Conſilij legitur per Actuarium cauſæ. *prag. 6. de off. Sacr. Reg. Conſil.* ſed hodie quælibet ſententia de generali conſuetudine totius Italiæ legitur per Actuarium, & non per Iudicem. *Marant. d. rub. & demum fertur ſententia n. 49. & nu. 56. Carauit. ritu 288. n. 27. & Guazzin. ad defenſam reorum def. 35. cap. 9. nu. 3.* vbi dicit, ſecus eſſe in ſententia foriudicationis, quæ debet legi per Iudicē, citat *Baiardum ad Clarum §. fin. quæſt. 93. n. 6.* & idem tenet *Carauita in ritu 37. poſt nu. 3.*

18 Et ſententia foriudicationis debet legi die iuridico, & non feriato, alias ſi ſit lecta die feriato, ipſa eſt nulla. *l. 2. & l. fin. C. de ferijs, & cap. fin. extra de ferijs,* & docent *Marant d. rub. & demum fertur ſententia num. 88. & Caball. reſol. crim. caſu 227. nu. 1. & nu. 2.* ſed ſententia excommunicationis poteſt proferri die feriato. *2. q. 1. in ſumma 12. quæſt. 3. in ſumma,* & docet *Socinus in ſuis fallentijs reg. 17. ver die feriato fallentia 10.* ſic etiam in criminalibus ſententia abſolutoria poteſt proferri die feriato, dummodò non ſint feriæ ad honorem Dei. *Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur nu. 75.* vbi *nu. ſeq.* dicit, quod ſententia condemnatoria non poteſt ferri diebus feriatis etiam meſſium, vel vindemiarum, citat *Paulum Ghirlandum de relaxatione carcerati tit. de abſolutione innocentis.*

19 Sed ſi quis die feriato committat homicidium appenſatè, ſacrilegium, raptum, vel interrumpat diuina officia, contra eum poteſt procedi die feriato. *pragm. 4. de exulib.* Et quando in aliqua cauſa proceditur ad modum belli, poteſt procedi etiam die feriato. *Danza de pugna, DD. tom. 2. tit. de feriis cap. 2. in fine, & in tit de off. delegati cap. 3. nu. 7.* Vnde dum contra foraſcitos poſſit procedi ad modum belli per Preſides Regiarum Prouinciarum, cōtra iſtos foraſcitos poteſt procedi diebus feriatis etiam ad honorem Dei. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento quando, quæſt. 2. n. 2.* & vide *eundem in prædicamento pati, quæſt. 3. ſpeciali 94.* vbi dicit, hoc intellige, & declara, vt non omnes actus explicari poſſint, nec ex omni cauſa, ſed quidam actus, & ne-

Digitized by Google

cessitate vrgente, citat *Menoch. de arbitrariis lib. 1. quæst. 30.* & licet hoc non seruetur in praxi; tamen dicit ipse *Io. Grandis* ibi, ita obseruãdum esse à Iudicibus Deum timentibus, citat *Iul. Clar. §. fin. quæst. 64. ver quæro an tortura, & quæst. 97. ver. quæro etiam*, & in iudicio militari potest procedi die feriato. *l. diuus ff. de feriis*, & maxime quando agitur pro defensione reorum. *Caball. resol. crim. casu 294. n. 262.* sed non valet statutum disponens, vt procedi possit diebus feriatis ad honorem Dei in aliqua causa, ita *Caballus resol. criminalium casu 227. n. 3. & n. seq.* sed tale statutum valere, dicit Reg. *Sanfelic. dec. 173. n. 3. & 4.* vbi *nu. 5.* dicit, sententiam foriudicationis posse proferri diebus feriatis ad honorem Dei cõtra insignes latrones, & maleficos grauium scelerum.

20 Et sententia foriudicationis debet proferri in scriptis. *Affl. in Const. Regni pœnam eorum n. 23. de Nigris in cap. Regni sine quis n. 19. ver. & quando fertur sententia, & Nouarius de grauam. vaßall. tom. 3. grauamine 9. post. n. 19.* prout idem est in sententia excommunicationis, quæ etiam debet proferri in scriptis. *cap. 1. de sent. excomm. in 6.* & docet *Riccius dec. 211. part. 4* alias Episcopus, vel eius Vicarius proferens sententiam excommunicationis absq; scriptura, suspenditur per mensem *d. cap. 1.* quod procedit etiam in præcepto de aliquid faciendo sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, nam dictum præceptum debet proferri in scriptis. *Riccius dec. 221. part. 2.* quod habet etiam locum in mandato facto sub pœna suspensionis, quod etiam debet proferri in scriptis, vt in *d. cap. 1.* vbi *glos.* sed quãdo proferens sententiam excommunicationis non potuit proferre dictam sententiam in scriptis, ex quo non potuit habere copiam Notarij, & tunc non incidit in dictam pœnam, vt in *d. cap. 1.* ibi temerè, & docet *Riccius d. dec. 211. & d. dec. 221.* limita etiam in sententia excommunicationis lata pro defensione iurium, quæ potest proferri absque scriptura. *Riccius dec. 240. n. 3. part. 2.* Et in alijs casibus, quando sententia non est lata in scriptis, ipsa est nulla ipso iure; *l. 2. & l. 3. C. de sent. ex periculo recit. Const. Reg. ab omnib.* Immo partes non possunt remittere, vt in sententiando, & iudicando per Iudicẽ omittatur scriptura, vt docet *Regens Rouit. in rub. de ordine iudiciorum n. 4.*

21 Quod si in calce processus appareat, scriptum manu Iudicis, quod processus fuit expeditus, & reus fuit foriudicatus, si tamen in processu non adsit sententia foriudicationis, talis adnotatio non probat sententiam foriudicationis. *de Franch. dec. 185. & Caball. resol. crim. casu 133.* Prout etiã si Actuarius describat in quinterno, talem fideiussisse pro tali, vel se obligasse, & non reperiatur fideiussio, seù obligatio, hæc descriptio facta in quinterno non probat. *Bald cons. 491. vol. 4. & Anna sing. 428.* sic etiam si Actuarius notet in quinterno, talem esse contumacem, per talem descriptionem non probatur contumacia, sed debet apparere decretum Iudicis, per quod quis declaratur contumax, ita *Riccius dec. 69. part. 3.*

22 Et sententia debet proferri in latino sermone, & non in vulgari sermone. *l. decreta ff. de re iudicata*, & ita obseruatur in sententia foriudicationis, vt supra diximus.

23 Sed sententia in criminalibus potest proferri, nemine instante. *Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur n. 96. & Guazzin. ad defens. reorum def. 35. cap. 7. n. 2. & n. 3.* & sententia in criminalibus potest proferri, etiam absente accusatore. *l quamuis indubitati C. ad legem Iul. de adulterijs*, & docet *Foller d. rub. pœnis debitis feriãtur n. 55.* sed *Affl. in Const. Regni panam eorum, n. 48.* dicit, quod postquã Reus est citatus ad foriudicandum, accusator debet incusare contumaciam, & petere, quod Reus foriudicetur. Immo alij dicunt, quod in vltima die anni debet comparere accusator, & instare pro foriudicatione, & debet incusare perseuerãtiam contumaciæ ipsius banniti per annum, vel aliquod aliud tempus per statutum breuiatũ, ita *Carror. pract. crim. tit. de appellatione ver. septimus casus est n 64. vsq; ad n. 67. & Foller. pract. crim. rub. foriudicentur n. 3.*

24 Et sententia foriudicationis debet proferri, Curia pro Tribunali sedẽte. *de Nigris in cap. Reg. sine quis nu. 19. ver. & quando fertur sententia*, & in lecta lata debet dici, Curia sedente. *Carauit. ritu 37. n. 6. nu. 9. & nu. 10.* nam sententia debet proferri, Curia pro Tribunali sedente. *§. sedebunt auth. de iudicijs cap. fin. de re*

iudicata

Digitized by Google

iudicem in 6. alias si non feratur, Curia pro Tribunali sedente, ipsa sententia est nulla. *Marant. part. 6. d. rub. & demum fertur sententia n. 48.* vbi *nu. 55.* hoc limitat, si Iudex timeat potentiam alicuius, quia tunc potest dictam sententiã proferre super equum, vel turrim, vt postea possit statim aufugere, sed in Regijs Tribunalibus ob multitudinẽ causarum Officiales proferunt sentẽtias domi in causis ciuilibus. *Carauit. ritu 288. nu. 27.* sed per *prag. 6. §. 23. de off. Iustit.* Auditores Prouinciales prohibentur expedire causas domi, sed eas expedire tenentur in Regia Audientia, & in banca, & omnes causæ spectantes ad Regiam Cameram Summariæ debent determinari in Tribunali, & non alibi. *prag. 6. §. 2. de off Procurat. Cæsaris*, & ideo Iudices non possunt tenere Actuarios, & Scribas domi. *prag. 10. §. 2. de Officialib. pragm. 12. §. 7. & prag. 37. §. 14. de off. Magistri Iustit.*

25 Et Iudex debet iustitiam ministrare in loco solito suorum prædecessorum, alias si alibi proferat sentẽtiam, ipsa sententia est nulla. *Marant. d. rub. & demum fertur sententia n. 71.* nam quãdo sententia est lata extra Curiam, ipsa est nulla. *l. si vt proponis la seconda C. quomodo, & quando Iudex, & l. cum sententia C. de sent. & interloquut. omn. iudic.* vnde si sententia sit lata intus Ecclesiam, sententia ipsa est nulla. *cap. decet § ordinarij ver. & nihilominus de immunit. Eccl. in 6. Abb. in cap. cum Ecclesia n. 2. & n. 8. de immunit. Eccl. Io. Franc. Leonius in thesauro fori Eccl. part. 1. cap. 13. nu. 10. & de Nigris in cap. Regn. 96. in fine*, nam in Ecclesia non potest regi Curia sæcularis *d. cap. Regn. 96.* Et idem est in laudo lato per Arbitres, quod laudum, si sit latum in Ecclesia, non valet. *Borrell. de compromisso §. 3. glos. 4. nu. 71.* Immo citatio non potest expediri in Ecclesia. *Valasquez dec. 81.* nam nullus actus iudiciarius potest expediri intus Ecclesiam. *d. cap. decet, & l. denunciamus C. de bis, qui ad Eccles. confugiunt.*

26 Et Officialis debet residere in loco solito, vbi prædecessores fuerunt soliti jus reddere. *Capibl. de Baronib. prag. 3. n. 230.* Quod si quis sit Officialis plurium Terrarum vnius Baronis, ipse tenetur regere Curiam in qualibet terra. *Iacob. Cancerius variar. resol. lib. 2. cap. 2. nu. 263.* nisi sit solitum, Curiam regi in vna terra, quia tunc attendi debet consuetudo, & seruari solitum. *Capibl. tom. 2. cap. 10. in princ.* sed Iudex delegatus ad vnam causam potest sibi eligere locum vbi vult, dummodo locus ipse sit honestus, alias secus. *Marant. d. rub. & demum fertur sententia, nu 72. & seq.* sed postquam Iudex delegatus elexit sibi locum, semper debet ad illum locum facere citationes, & ibi proferre sententiam. *Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 74.* sic etiam Arbiter potest sibi eligere locum honestum. *l. si cum dies § si arbiter ff. de arbitris, Marant. d. rub. & demum fertur sententia, n. 80. & Borrell. de compromiss §. 3. glos. 4. n. 76. & seq.* Et idem est in Iudice appellationis, qui potest etiam in domo sua iustitiam ministrare, & sentẽtiam ferre. *Marant. d rub & demum fertur sententia, n. 81.* vbi *n. 83.* dicit, quod quando locus, vbi solebat Curia regi non sit tutus, potest Iudex alium locum eligere, & ibi sententiare, dummodo protestetur, quod propter illam necessitatem eligit talem locum.

27 Sed Præses Prouinciæ potest Curiã regere in terris Baronalibus existentibus intra eius Prouinciam cõtra suos subditos. *cap. Regni 245. & cap. Regni 281.* nam Præses Prouinciæ potest pro arbitrio suæ voluntatis in quocunq; loco suæ Prouinciæ ius reddere. *l. si vt proponis, la seconda C. quomodo, & quando Iudex*, sic etiam Episcopus potest in quocunq; loco suæ Diœcesis ius reddere in suos subditos. *cap. cum Episcopus de off. ordin. in 6. de Nigris d. cap. Regni 245. & Regens de Ponte dec. 33. num. 24. & Marant. d. rub. & demum fertur sententia, num. 78.* sed si Episcopus latam habeat Diœcesim, & vult cognoscere in locis multum remotis à partibus, ipse partes possunt petere, vt causa committatur in loco propinquo, & si hoc denegetur, potest appellari. *Caball. resol. crim. casu 120. nu. 14.* vbi etiam dicit, quod quando causa est ardua, quæ indiget iuris peritis, debet tractari in loco insigni, vbi sit copia peritorum. Sic etiã Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in tota sua Prouincia, stante consuetudine. *cap. 1. §. nec etiam de foro compet. in 6.* & docet *Marcus Antonius Genuensis in practica Archiepiscopali Neapolitana cap. 86. n. 30.*

28 Sed *Capibl. de Baronib. Prag. 3. nu. 235.* dicit, quod Rex in terra Baronis non potest tenere Regias Audientias, &

alia

Digitized by Google

alia Tribunalia maiora, citat *text. in l. fin. C. de locat. prad lib. 12. & Regētem Lanarium cons.* 54. nisi esset antiqua consuetudo in contrarium, vel Barones non contradicerent, quia tunc Regia Audientia potest residere in Terris Baronalibus, vt dicit ipse *Capibl.* ibi *d. Pragm. 3, num. 235.* prout videmus in Regno, in Terra Montis Fusculi residere Regiam Audientiam Principatus vltrà ex antiqua consuetudine, & dicta Terra est Excellentiss. Principis Venusij, & ideo ibi rescidet Regia Audiētia, quia Dominus dicti loci nō cōtradixit tēpore, quo incepit ibi residere dicta Regia Audientia. *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. 3. §. 1. num. 55. & num. seq.*

29 Sed postquam est electus locus, vbi residere debet Regia Audientia; Præses Prouinciæ, & eius Auditores non possunt exercere eorum iurisdictionem, nisi in loco Tribunalis, & non in alijs partibus eorum Prouinciæ. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento, vbi, quæst. 1. num. 1.* Et ideo Auditores, & Fiscales exeuntes per Prouinciam possunt tantum tractare sibi commissa, nisi periculum sit in mora, & in casu vrgenti, quia tunc possunt procedere vltra commissa. *Prag. 10. §. 28. de off. Iudic.* Sed Præses Prouinciæ potest discurrere Prouinciam, & in quolibet loco ius reddere contra forascitos, & foriudicatos. *l. congruit, ff. de offic. Præsidis. Const. Reg. Iustitiarij non per Kalendas, & Io. Grandis d. prædicamento, vbi quæst. 1. num. 3. & num. seq.* & prædicamento. *Situs. quæst. 1.* & faciunt dicta per *Marant. d. rub. & demum fertur sententia, num. 82. Et per cap. Reg. Quod decretam, quod est in num. 42.* mandatur Præsidi, quod frequenter discurrat Prouinciam, & eā purgat malis hominibus, & probatur in *d. l. congruit*, sed ipse Præses non potest residere in locis pinguioribus vltra quatuor dies. *cap. Reg. hac edictali*, quod est in *nu. 25*, & dicam infra cap. 19. nu. 27.

30 Et Commissarius Campaneę debet residere in quibusdam locis, & non potest introire in Ciuitate Neapolitana absque particulari licentia Proregis, & ipse Commissarius singulis duobus mensibus debet transire de vna ex Terris designatis ad aliā, præcedente prius relatione facienda Proregi, vel Regenti Regiam Cancellariam supra intendenti rerum campaneæ de mutatione prædicta. *Prag. vnica, §. 2. & 3. de offic. Iud. generali.*

31 Et à fortiori si Iudex proferat sententiam extra locum suæ iurisdictionis, ipsa sententia est nulla. *l. 1. in fine, ff. quod quisque iuris, & l. 1. §. fin. ff. ad Senat. Cons. Turpil.* & docet *Georgius Obrechti, de iurisdictione lib. 3. cap. 22. num. 53.* & est ratio, quia Iudicis iurisdictio extra suum territorium non extenditur. *l. extra territorium, ff. de iurisd. omn. Iud. cap. vt animarum, §. Statuto de const. in 6.*

32 Quod si causa sit delegata pluribus personis, in hoc casu omnes debent interuenire in prolatione sententiæ, alias sententia est nulla. *l. cum Magistratus, C. quando prouocare non est necesse, l. sicuti 21. ff. de receptis arbitris*, & docet *Guazzin. ad defensam Reorum, defens. 13. cap. 3. num. 1.* Immo vnus ex pluribus delegatis non potest proferre sententiam, licet interloquutoriam, vt dixi in Tract. de Foro competenti cap. 12. in 7. limitatione, vbi etiam dixi, quod vnus ex pluribus Iudicibus ordinarijs potest diffinitiuam sententiam proferre, alijs Iudicibus absentibus, vt ibi diximus.

33 Sic etiam si sententia sit lata à Gubernatore absque voto assessoris, dicta sententia est nulla. *Regens Rouit. in Prag. 1. num. 8. de officialib.* Et ideo sententia Magistri Iurati in criminalibus prolata absque voto ordinarij Iudicis loci, vbi fiunt nundinæ, est nulla. *Prag vnica de iurisdict. Magistri Iurati, & Prag. 10. §. 85. de off. Iud.*

34 Sic etiam si sententia sit lata de nocte, ipsa non valet. *Vantius de nullitate processus, rub. de nullitate ex defectu iurisdictionis, num. 132. Marant. d. rub. & demum fertur sententia, num. 92. & rub. aliorum editio, num. 50. Cabal. resol. crim. casu 218. & Guazzin. ad defensam Reorum, def. 35. cap. 9. num. 7.* Hoc tamen fallit in sententia lata in causa syndicatus officialium, quæ licet sit lata de nocte, tamē valet. *Carraba de syndicat. par. 2. num. 116.* Sic etiam in causis delegatis potest ferri sententia de nocte. *Ripa de nocturno tempore, cap. 134. num. 48. & seq.* prout etiam potest proferri sententia de nocte, quando in aliqua causa procedit ad modum belli. *Burg. de modo procedendi ex abrupto, quæst. 25. nu. 24. & seq. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de offic. delegati, cap. 3. num. 12.* Prout etiam in nun-

Digitized by Google

nundinis ſententia poteſt proferri de nocte. *Nouarius quæſt. forenſ. 32. nu. 5. to. 2.* Sic etiam ſi adſit conſuetudo, vt poſſit proferri ſententia de nocte, ſi ſit lata, ipſa valet. *Cabal. d. caſu 28. nu. 36. & ſeq.* vbi *num. 38.* dicit, quod licet adſit iſta conſuetudo, tamen vt valeat ſententia, eſt neceſſe, vt ipſa proferatur tribus luminibus accẽſis, ſequitur *Guazzinus d. cap. 9. num. 7. ver. quæ autem*, vbi *ver. quod malè* dicit hoc non ſeruari in Curia Romana, in qua non curatur, ſi ſit accẽſum vnum luminare, vel plura. Et contractus factus de nocte non valet, niſi ſit celebratus de nocte, accenſis tribus luminarijs, quia tunc valet. *l. 1. §. tria luminaria, ff. de ventre inſpic.* Sed in condendo teſtamẽtum de nocte requiritur vnum luminare, & nõ tria, ita *Riccius dec. 112. par. 3.* Quod ſi in aliqua diſpoſitione dicatur, quod fuit factum aliquid inter diem, & noctem, in hoc caſu præſumitur factum de die. *Anna ſing. 678.*

35 Sic etiam ſi ſit ſuſpenſa iuriſdictio Iudicis, ſi ipſe Iudex procedat ad prolationem ipſius ſententiæ, ipſa ſentẽtia eſt nulla. *Thom. Triuiſ. deciſ. 11. num. 7. lib. 2. & Borrell. ſumma deciſ. tit. 41. nu. 286.*

36 Sic etiam ſententia eſt ipſo iure nulla, ſi ipſa ſit lata à Iudice notoriè inimico ipſius, contra quem eſt lata ſententia. *Graßus de except. except. 24. poſt nu. 33.*

37 Sic etiam ſi ſententia foriudicationis ſit lata, non præcedente citatione ad foriudicandum, ipſa ſententia eſt nulla, vt dixi cap. præcedenti num. 1. quod ſi citatio ad ſententiam ſi facta, vt Reus compareat ad primam, ſi elapſo tẽpore præfixo in citatione proferatur ſententia, in hoc caſu ſententia eſt nulla. *Guazzin. ad defenſam Reorũ, def. 10. cap. 2. num. 21.* & hoc dato, quod in citatione ſit dictum, & deindè in antea cum continuatione, *Viuius dec. 154. & Nouarius deciſ. Regiæ Audientiæ Apuleæ 190.* Quod intellige, quando citatus non fuit contumax, alias ſecus. *Marant. d. rub. & demum fertur ſententia, num. 89. & Guazzin. ad defenſam Reor. def. 35. cap. 7. n. 8.*

38 Sic etiam ſententia abſque lecta lata eſt nulla, ſi ipſa ſit lata à Iudice inferiore, ſecus ſi à Regijs Superioribus ſit lata, quia tunc valet abſque lecta lata. *Anna ſing. 473.*

39 Sic etiam ſi ſententia ſit lata per Iudicem excommunicatum, ipſa eſt nulla. *cap. pia de except. in 6. cap. ad probandum de ſent. & re iud.* & docet *Marant. d. rub. & demum fertur ſententia, num. 99. & Carauit. ritu 236. num. 19.* Et idem eſt ſi ſit lata à Iudice hæretico, vt docet *Marant. par. 4. diſtinct. 16. num. 77.* Sed ſi ſentẽtia ſit lata à Iudice delegato excommunicato contra hæreticum, ipſa ſententia valet. *cap. præſidentes de hæreticis in 6.* & docet *Carrer. pract. cri. tit. de hæreticis, ver. nũc de pœnis. n. 31. f. mihi 278.*

40 Idem eſt ſi ſit lata ſententia poſt inhibitionem, nam adhuc ipſa eſt nulla. *cap. non ſolum de appellat. in 6.* Sed ſi ſit lata eodem die, quo fuit inhibitũm, & non conſtat, ſi fuit lata ante, vel poſt inhibitionem, & tunc eſt valida. *Theſ. dec. 49.* nam ſemper præſumitur præcedere illud, quod reddit actum validum. *Carauit. ritu 2. nu. 12. & Nouarius in praxi electionis fori, to. 2. ſect. 1. q. 22. nu. 6.*

41 Sic etiam ſi ſentẽtia ſit ſcripta manu Officialis, & non ab Actuario, ipſa ſententia eſt nulla. *Viuius dec. 48. Capiblanc. de Baronib. Pragm. 3. num. 228. & in Prag. 8. par. 1. nu. 369. & Maſtril. de Magiſtratib. lib. 4. cap. 17. num. 99. tom. 2. & eſt Pragm. 79. §. 12. & §. 13. de off. Sacri Regij Conſil.* niſi eſſemus in locis minimis, quia tũc valet ſentẽtia, dato, quod ſit ſcripta manu Officialis, & non Actuarij, nam licet Officialis non poſſit fungi officio Capitanij, & Actuarij. *de Nigris per illum tex. in cap. Regni 280.* quod procedit etiam in ſindicatoribus, qui non poſſunt fungi officio Sindicatorum, & Actuarij. *Carraba de ſindic. par. 1. num. 53.* tamen hoc non habet locum in locis minimis, in quibus Officialis poteſt fungi officio Capitanei, & Actuarij. *de Nigris d. cap. Reg. 280. num. 8. Paſcal. de viribus patriæ poteſtatis part. 4. cap. 10. num. 11. & Nouarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 37. n. 7.*

42 Iudex ſi procedat ad ſententiam cum magna celeritate, ſententia ipſa dicitur nulla. *Maranta in ſuo ſpeculo par. 4. diſt. 16. num. 16.* nam Iudex debet benè ruminare negotium, & non celeriter proferre ſententiam. *l. Iudices, C. de iudicijs*, & præcipitata voluntas Iudicis eſt nouerca iuſtitiæ. *Cardin. in clem. paſtoralis, §. verum de re iudic.* & Iudex debet pluries proceſſum legere, & videre videnda. *Reg. Ron. Prag. 1. n. 6. de officialib.*

43 Et

Digitized by Google

43 Et ſententia foriudicationis dicitur diffinitiua, vel habentis vim diffinitiuæ. *Conſt. Reg. pœnam eorum, in princ.* ibi (*per diffinitiuam ſententiam condemnatus*) & docent *Marant. d. rub. & demum fertur ſententia, nu. 30. Cabal. reſol. crim. caſu 181. num. 7. & Anna conſ. 9. num. 27. & num. 29.*

44 vbi *num. 26. cum plurib. ſeq.* tenet, quod ſtatim, quod quis foriudicatur, efficitur ſeruus pœnæ, etiam antequam venerit in poteſtate Iudicis, idē tenet ipſemet *Anna cōſ. 13. n. 8.* cōtra *Boſſ. in prac. crim. tit. banniti quid amittant, num. 12.* & contra *Chartarium de exequut. ſent. cap. 1. num. 415. & ſeq.* qui tenent, quod tunc bannitus efficitur ſeruus pœnæ, quādo peruenit in fortijs Curiæ, & non aliter, ſed ipſe *Chartar. d. cap. 1. num. 46.* dicit, quod ficta confeſſio, idem, quod vera operatur, & quemadmodum condemnatus ex probationibus efficitur ſeruus pœnæ, ita ſeruus pœnæ efficitur condemnatus in contumaciam ex forma ſtatuti, ſed *Regens Rou. in rub. de ſent. foriud. poſt num. 10.* dicit, quod licet Reus per ſententiam foriudicationis ſit ad mortem condemnatus, non tamen efficitur ſeruus pœnæ, dum abſens extra carceres ſit cōdemnatus, ſed poſtea ipſe *Regens Rou.* ibi, *poſt num. 19* dicit, quod foriudicatus efficitur ſeruus pœnæ.

45 Et lecta ſententia foriudicationis proceſſus ponitur in arca cum duabus clauibus, vna, quæ conſeruatur per Fiſcum, & altera, quæ conſeruatur per Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ. *Prag. 1. de ſententia foriudicationis,* & docet *Gramaticus dec. 24. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Contumax de iure communi non habetur pro confeſſo, ſed tantum contumacia contra eum facit indicium ad torturam, ſed de iure Regni, lecta ſententia foriudicationis, foriudicatus habetur pro confeſſo de crimine, de quo fuit foriudicatus. & num. 5. & tale ſtatutum valet d. nu. 1.*

2 *Perſeuerās in excommunicatione per annum in cauſa criminali videtur fateri delictū, & idem eſt, ſi quis fuit citatus pro crimine hæreſis, & fuit excommunicatus in cōtumacia, nam elapſo anno, habetur pro cōfeſſo, nu. 3.*

4 *Sententia ſicut valet, ſi ſit lata ex expreſſa confeſſione, ita & ſi ſit lata ex ficta, & contumacia dicitur ficta probatio. poſt n. 7.*

6 *Contumax, vt habeatur pro confeſſo vigore ſtatuti, ter citari debet, & quid in Regno noſtro, ibid.*

7 *Contumax habitus pro confeſſo vigore alicuius ſtatuti, intelligitur per ſententiam, & non ipſo iure, & debet interloqui, contumacem haberi pro confeſſo, nu. 13.*

8 *Statutum volens, quod contumax habeatur pro confeſſo, non comprehendit delinquentem exiſtentem extra territorium ſtatuētis.*

9 *Contumax habitus pro confeſſo vigore ſtatuti an efficiatur infamis?*

10 *Statutum diſponens, quod contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur ſi Iudici videbitur.*

11 *Confeſſio ficta ex contumacia à ſtatuto inducta ſuum operatur effectum reſpectu facti principalis, & non reſpectu qualitatum ipſum factum principale aggrauantium, & neque probat qualitatem, qua iuriſdictionem tribuit, n. 12.*

14 *Confeſſio ficta reſultans ex contumacia non nocet hæredi, ſi contumax decedat, antequam ſuper confeſſionem ſit pronunciatum, & neque nocet tertio, n. 19.*

15 *Citatus domi, & effectus contumax, an habeatur pro confeſſo, & poſſit foriudicari?*

16 *Contumax, vt habeatur pro confeſſo, & poſſit condemnari vigore fictæ confeſſionis inductæ per ſtatutum, an vltra cōtumaciam requirantur probationes?*

17 *Confeſſio ficta reſultans ex contumacia vigore ſtatuti non eſt ſufficiens ad condemnandum, quando conſtat Iudici ex proceſſu informatiuo de innocentia Rei; & idem eſt ſi non ſit probabilis. n. 20.*

18 *Contumax, vt habeatur pro confeſſo vigore ſtatuti; contumacia debet eſſe ritè, & rectè concepta.*

21 *Inquiſitus non poteſt condemnari ad intereſſe parti ex ficta confeſſione reſultante ex contumacia vigore ſtatuti.*

CAP. XIII.

Foriudicatus, lecta ſententia foriudicationis, habetur, ac ſi confeſſus eſſet crimen, de quo fuit accuſatus.

1 DE iure communi in cauſis criminalibus contumax nunquam habetur pro confeſſo. *l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudicijs, Bart. in l. quæſtionis la 2. ff. de quæſtionib. Bald. in l. 1. col. 2.*

verſ.

Digitized by Google

verſ. oppono quòd contumax. C. quomodo, & quando Index Abb. in cap. veritatis de dolo, & contumacia, Oldradus conſ. 64. Cacher. dec. 105. nn. 6. & 12. Cartarius de exequut. ſent. cap. 1. num. 2. & 4. & cap. fin. num. 225. Theſ. dec. 265. nu. 16. ver. præterea, Carolus Rota in florilegio pract. concluſ. concluſ. 9. n. 34. & Hipp. de Marſ. in tract de bannitis, ver. contumacia, n. 44. licet ipſe *Hippol. de Marſ.* ibi *nu. 149.* deindè dicat, quod in cauſis criminalibus cõtumax habeatur pro cõfeſſo, & idem teneat *in conſ. 49.* tamen veritas eſt, quod contumax in criminalibus non habetur pro cõfeſſo de iure communi, vt docent *Foller. pract. crim. in 4. parte 3 partis rub. & ſi confitebuntur n. 1. & Affl. in Conſt. Regni pœnam eorum, n. 40.* ſed tantum de iure communi cõtumacia facit indicium ad torturam contra contumacem, vt diximus ſupra *cap. 4. n. 45.* ſed in multis partibus Italiæ per ſtatuta terrarum prouidetur, quod contumax in criminalibus habeatur, ac ſi confeſſus eſſet crimen, de quo inquiritur, prout eſt in Regno noſtro, in quo diſponitur, vt foriudicatus, lecta ſententia foriudicationis, non poſſit ſe defendere ſuper principali cauſa criminis, ſed habeatur, ac ſi confeſſus de crimine, de quo accuſatus fuerat, eſſet per diffinitiuam ſententiam condemnatus, vt in *Conſt. Reg. pœnam eorum.* Et talia ſtatuta diſponentia, contumacem in criminalibus haberi pro confeſſo, valere dicunt *Affl. in Conſt. Regni, pœnam eorum, num. 40. in fine. Hipp. de Marſ. d. ver. contumacia, nu. 45. Foller. d. rub. & ſi confitebuntur, nu. 2. Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione, quæſt. 11. num. 3. Carolus Rota d. concluſ. 9. nu. 43. & Theſ. dec. 265. num. 9.* Et ex forma ſtatutorum Ciuitatum Italiæ contumax, & bannitus habetur pro confeſſo, & poſteà de crimine non auditur. *Bar. in l. 1. in fine ff. de requirendis Reis, & in l. diuus n. 4. ver. vlterius vos videtis ff. de cuſtodia, & exhibit. Reorum, Cartar. de exequut. ſent. cap. 1. nu. 157. Farinac. d. quæſt. 11. d. nu. 3. & Caball. reſol crim. caſu*

2 *110. nu. 5.* ſic etiam perſeuerans in excommunicatione per annum in cauſa criminali videtur fateri delictum. *cap. rurſus. et cap. quicunq. 11. q. 3* & docet *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis, quæſt. 1. n. 3. et Cartar. de exe-*

3 *quut. ſent. cap. 1. num. 13.* ſic etiam ſi quis fuit citatus pro crimine hæreſis, & fuit excommunicatus in contumacia, elapſo anno, habetur pro confeſſo, & conuicto. *cap. excommunicamus §. qui autem, de hæreticis. cap. cum contumacia, de hæ-*

4 *reticis in 6.* Et quemadmodum valet ſententia lata ex vera, & expreſſa cõfeſſione; ita etiam valet ſi ſit lata ex hac ficta confeſſione. *Cartarius d. cap. 1.*

5 *num. 44.* Sed tunc in Regno contumax habetur pro confeſſo, quando ipſe contumax fuit poſitus in banno, & à die banni ſit elapſus annus, nam elapſo anno, foriudicatur, & habetur, perinde ac ſi confeſſus dé crimine, de quo accuſatus fuerat, eſſet per diffinitiuam ſententiam condemnatus, vt in *d Conſt. Regn. pœnam eorum*, nam ſi inquiſitus, elapſo termino banni, non comparuerit, tunc habetur pro confeſſo, & ita in illum poſtea, vti in confeſſum fertur ſententia diffinitiua cõdemnatoria in pœnam delicti, ita *Cartar. d. cap. 1. num. 420. et 427. in fine, et nu. 433. et ſeq.*

6 Sed iſte talis contumax, vt habeatur pro confeſſo vigore ſtatuti diſponentis, contumacem haberi pro confeſſo, eſt neceſſe, vt ter ſit citatus, nec ſufficit vna citatio pro omnibus *Bal. in l. pen. C. de conſt. pecunia Guazzin. ad defenſam reorum def. 10. cap. 1. n. 11. & n. 14. & Hipp. de Marſ. pract. crim. §. poſtquam, n. 66. & in tract. de bannitis, d. ver. contumacia, n. 46.* vbi *nu. 131.* hoc limitat ſi citetur perſona potens, quia tunc ſufficit vna citatio, etiam non peremptoria, ſed quod non requirantur tres citationes in Regno antequam feratur ſentẽtia foriudicationis, ſed ſufficiat, vt quis ſit citatus, & poſtea bannitus, & iterum citatus ad ſe legitimè excuſandum; & hoc verum ſi prima citatio contineat peremptorium, dicit *Affl. in Conſt. Regni, pœnam eorum, poſt nu. 19. & 37.* nam licet de iure communi requirantur tres citationes, vt in *l. ad properandum cum tribus legibus ſeq. ff. de iudicijs, & in l. contumacia §. 1 ff. de re iudic.* tamen in Regno noſtro ſit vna citatio cum peremptorio pro tribus, quæ habet vim trinæ citationis. *Conſt. Reg. editorum*, vbi *Affl.* & docet *Follerius pract. crim. in 4. parte 3. partis, rub. & ſi confitebuntur, n. 16. & in rub. vel eos verbaliter citari faciat, n. 5.* & iſtum ſtylum eſſe ſeruandum, dicit *Guazzinus d. def. 10. cap. 1. n. 15. in fine, & Cartar. de exequut. ſent. cap. fin. n. 186. ver. & licet.*

7 Et contumax habitus pro confeſſo,

Digitized by Google

& conuicto vigore ſtatuti intelligitur per ſententiam, & non ipſo iure. *Hipp de Marſ.d.ver.contumacia nu.50.* vbi *n.140.* dicit, quod contumacia eſt ficta probatio, & non vera, & idem tenet ipſemet *Hipp.de Marſ. pract.crim. §.poſtquam,n.5.* & ipſe *Hipp.de Marſ.de bannitis d.ver.contumacia,n.143.* dicit, quod ſtatutum volens, quod contumax habeatur pro confeſſo, tale ſtatutum non habet locum in minore, muliere, vel ruſtico, niſi iſti ſint in dolo expreſſo, & non preſumpto, vt eſt contumacia, idem tenet ipſemet *Hipp. de Marſ. in pract.crim.d.§.poſtquam,n.60. & Cartarius de exequut.ſent.cap.fin.n.226.* ſed contrarium tenet *Foller. d.rub. & ſi confitebuntur,num.7.* vbi dicit, valere bannum, & contumaciam, & confeſſionem indè ortam, licet ſubiaceat beneficio reſtitutionis in integrum.

8 Sed ſtatutum volens, quod contumax habeatur pro confeſſo, non comprehendit delinquentem exiſtentem extra territorium ſtatuentis. *Hipp. de Marſ.de bannitis,ver.contumacia,n.144. & in pract.crim. § poſtquam,nu.65. & in conſ. 82.n.39. Caball.reſol.criminalium,caſu 250. nu.16. & Cartar.de exequut.ſent.cap.1. poſt n.425.*

9 Et contumax habitus pro confeſſo ex forma ſtatuti non efficitur infamis. *Bal.in l.ſi tutor C.de interdicto matrimonio, Foller.d.rub. & ſi confitebuntur,num.36. & Hipp.de Marſ.in pract.crim.§.poſtquam,nu. 67. & de bannitis d.ver. contumacia,nu.48.* vbi *nu.145.* dicit, quod condemnatus per contumaciam, quæ ex forma ſtatuti habet vim confeſſionis, non efficitur infamis; ſed quod exules ſint infames, tenet *Io.Grādis de bello exulum in pradicamēto,pati,quaſt.3.ſpeciali 96.n.1.* & dicā infra *c.15.n.14.* Et quod contumax habitus pro confeſſo vigore ſtatuti dicatur infamis, tenet *Carolus Rota in florileg.pract.concluſ.concluſ.9.n.42.*

10 Et ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur tantum, ſi Iudici videbitur. *Hipp. de Marſ.de bannitis d.ver.contumacia nu.152. & Cartar.de exequut.ſent.cap.1.n.190.* vbi *n.358. & 372. & in cap. fin.nu.261.* dicit,

11 quod ficta confeſſio ex contumacia à ſtatuto inducta ſuum operatur effectum reſpectu facti principalis, & non reſpectu qualitatum ipſum factum principale aggrauantium, citat *Hipp. de Marſ. pract.crim. §.poſtquam n.62. & de bannitis,d.ver.contumacia,nu.49. & Foller.*

12 *d.rub. & ſi confitebuntur,n.9.* Et neq; confeſſio ficta inducta ex contumacia vigore ſtatuti probat qualitatem, quæ iuriſdictionem tribuit. *Cartar.d.cap.1. n.377.*

13 Aduerte, q; ſi ex forma ſtatuti cōtumax habeatur pro cōfeſſo, vt pro cōfeſſo habeatur vigore huius ſtatuti, ſola contumacia non ſufficit, ſed ſuper tali contumacia requiritur, quod Iudex interloquatur, ipſum haberi pro confeſſo, cum ſit contumax, alias ſi Iudex contra contumacem procedat ad ſententiam condemnatoriam ſine tali interloquutione, talis ſentētia non valet. *Foller. d.rub. & ſi confitebūtur,n.12. & Hipp.de Marſ in pract.crim. §.poſtquam,nu.37. & in tract.de bannitis d. ver.contumacia,num.138.* & idem *Hipp.de Marſ. in pract.crim. §.aggredior,num.106.* dicit, quod Iudex debet eſſe cautus, quando procedit contra aliquem tāquam contrā contumacem, qui ex forma legis, vel ſtatuti haberi debet pro confeſſo, vt antè omnia aliquid interloquatur, per quod oſtēdat, eum eſſe contumacem. Sed ipſe *Hipp. de Marſ.de bannitis d.ver. contumacia,nu.153.* dicit, quod contumacia declaratur, quando Iudex procedit ad condemnationem, quia tacitè videtur declarare, eum eſſe contumacem. Et *Affl.in Conſt.Reg.pœnam eorum n.36.* dicit, quod antequam feratur ſententia foriudicationis, non requiritur, quod Iudex prius declaret per interloquutoriam, ipſum contumacem haberi pro confeſſo de crimine, de quo fuit inculpatus, ſed ſufficit, ſi hoc in ſententia diffinitiua declaretur, quod habeatur pro confeſſo: idem tenent *Caball.reſol. crim.caſu 110.n 9. Farinac.pract.crim.tit.de inquiſitione quæſt.11. poſt n.102. ver.limita ſecūdo. & Hipp.de Marſ.pract.crim.§.poſtquam.poſt num.37.* & idem obſeruari in ſtatu Eccleſiaſtico, teſtatur *Cartar. de exequut. ſent.cap.1.n.179.*

14 Sed cōtumax ſi decedat antequam ſuper confeſſionem ſit pronūciatum, iſta ficta confeſſio non nocet hæredi. *Foller.d.rub.& ſi confitebuntur,nu.13. Cacher. dec.Pedemontana 106. Cartar.de exequut.ſent.cap.1.nu.335.vſque ad nu.346.& Marſil.d.§.poſtquam, n.46.*

15 Et ſtatutum diſponens, vt contumax habeatur pro confeſſo de crimine, de quo inquiritur, intelligitur de

vero

Digitized by Google

vero contumace, & non de ficto, & sic de citato personaliter, & non domi. *Cartar. de exequut. sent. cap fin. nu. 178.* nam statutum loquens de contumace intelligi debet de vero contumace, & non de ficto. *Alex. in l. ait Prætor §. hæc verba ff. de negotijs gestis, & Hipp. de Marsi. d. ver. contumacia n. 111.* Sed in Regno nostro etiam fictus cõtumax habetur pro confesso, cum quis possit citari personaliter, vel domi. *prag. 2. de ordin. iudic.* Et ideo in Regno potest procedi ad sententiam foriudicationis contra fictum contumacem, qui domi fuit citatus. *Foller. d. rub. & si confitebuntur n. 3. in fine,* vbi *n. 4.* dicit, quod in Regno non auditur citatus domi, quoties allegat, ad suam notitiam nõ peruenisse citationem per *Const. Regni citationis litera*, & ibi *Affl. in 1. not. ver. an autem*.

16 Et contumax licet ex forma statuti debeat haberi pro confesso, tamen vt valeat condemnatio de delicto contra accusatum, debet vltra contumaciam constare de delicto, alias non valet bannum, nec condemnatio. *Hipp. de Marsi. pract. crim. d. §. postquam. n. 48. cum plurib. seq. & Foller. d. rub. & si confitebuntur nu. 15. & 25. in fine.* Vnde quis ex sola contumacia nõ potest foriudicari. *Mastrillus dec. 296. nu. 20. Cartarius de exequut. sent. cap. 1. post num. 5. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. foriudicentur n. 9.* sed *Affl in Const. Reg. pœnam eorum num. 20.* dicit, quod sufficit tantum contumacia, & non requiritur alia probatio, vt quis possit foriudicari. *Affl.* sequitur *Foller. d. rub. & si confitebuntur n. 15.* & idẽ tenet *Carolus Rota in florileg. pract. conclus. conclus. 9. nu. 40.* Sed tu dic, quod vltra contumaciam requiruntur indicia ad torturam, vt quis possit foriudicari in Regno, vt diximus supra *cap. 4. nu. 2.* vbi dixi, quod valet statutũ disponens, quod ex sola contumacia, aliter non constito de crimine, possit quis ad mortem cõdemnari; & quod contumax condemnetur absq; plenis probationibus, & de facto non seruari, quod constet de delicto in specie, tenet *Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 137. cum duob. seq. & n. 142.*

17 Et confessio, quæ resultat ex contumacia vigore statuti, non est sufficiẽs ad condemnandum contumacem, & ad eum foriudicandum, si constet Iudici ex processu informatiuo, habitũ pro confesso esse innocentem. *Alex. in l. absentem ff. de pœnis, Affl. in Const. Regni, pœnam eorum, n. 33. in fine, & nu. 34. Cartar. de exequut. sent. in præfatione nu. 27. & seq. & in cap. fin. nu. 40. & 45. Foller. d. rub et si confitebuntur, n. 26. et Hipp. de Marsi. pract. crim. §. vltima quæstio, n. 14.* & facit *tex. in l. in eos ff. de custod. reorum*, & dixi supra *cap. 8. n. 84.* sed contumax habitus pro confesso potest absolui per Iudicem, quando constat Iudici de innocentia ipsius contumacis. *Bart in cons. 100. et Hipp. de Marsi. de bannitis d. ver. contumacia nu 47.* nam quando Iudici constat, maleficium non esse commissum, ipse non potest contra absentem, qui habetur pro confesso, procedere ad punitionem ipsius. *Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum, num. 20. in fine.* Immo ipse *Hipp. de Marsi. d. ver. contumacia, d. num. 47.* dicit, quod contumax habitus pro confesso potest absolui per Iudicem, quando constat Iudici de innocentia ipsius contumacis, etiam post sententiam, quæ opinio mihi non uidetur tuta, tàm de iure Regni, quàm de iure communi, de iure Regni, quia in eo per *Const. Reg. pœnam eorum*, disponitur, quod foriudicatus, lecta sententia foriudicationis, amplius non auditur in suis defensionibus in facto principali; & de iure communi Iudex, lecta sentẽtia, si constat de innocentia Rei cõdemnati, non potest dictam sententiã reuocare, ut dicam infra *cap. sequenti n. 23.*

18 Et ista confessio resultans ex contumacia vigore statuti, vt sit valida, est necesse, vt ipsa contumacia sit ritè, & rectè contracta, alias dicta confessio nullum sortitur effectum. *Foller. d. rub. & si confitebuntur n. 19.* prout etiã licet de iure communi contumacia faciat inditium ad torturam contra contumaciam, tamen hoc intelligitur si contumacia sit ritè, & rectè cõtracta, vt dixi supra *cap 4. n. 45.* Et non ritè bannitus non potest dici contumax, & haberi pro confesso. *Bertazzol. cons. 233. n. 4. lib. 1. Gramat. dec. 79. n. 10. & Cartar. de exequut. sent. cap. fin. nu 145.* vbi *num. 219.* dicit, quod data nullitate inquisitionis, absens pro confesso non habetur, idẽ tenet *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. postquam nu. 56.* & ipse *Cartar. d. cap. fin. nu. 220.* dicit, quod foriudicatus nõ habetur pro confesso, si accusatio, vel inquisitio, fuerit inualida, & *num.*

Digitized by Google

222. dicit ipse *Cartar.* ibi, quod data nullitate processus, quis non habetur pro confesso, non vt quis habeatur pro confesso ex contumacia, & banno vigore statuti, requiritur, quod ritè, & rectè processum fuerit, alias cõfessio resultans ex banno, & contumacia nulla, suum non sortitur effectum; & confessio ficta non nocet, quando processus est nullus, vt dicit *Cartar.* ibi.

19 Et hæc tacita confessio, quæ resultat ex contumacia Rei vigore statuti, præiudicat tantum ipsi Reo contumaci condemnato, sed non præiudicat tertio, *Bar. & alij in l. cum filius fam. ff. de verb. oblig. & Cartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 295. & seq.* vbi *nu. 297. cum plurib. seq.* ex hoc infert, quod si statuto caueatur, quod pater teneatur soluere condemnationem filij delinquentis, si filius sit in contumaciam condemnatus, pater non compellitur soluere condemnationem; & idem docet *Caball resol. crim. casu 250. n. 4. cum plurib. nu. seq.* & dicam infra *cap. 16. n. 24.* sic etiam ista sententia, quæ fertur contra reum absentem habitum pro confesso vigore statuti non præiudicat eius fideiussori, licet aliter sit dispositum per Bullas Pontificias in statu Ecclesiastico, vt docet *Cartar. d. cap. 1. n. 302. vsq; ad n. 314.*

20 Et hæc tacita confessio, quæ resultat ex contumacia vigore statuti, vt valeat, & reus ex ea condemnari possit, debet esse possibilis. *Foller. d. rub. & si confitebuntur, n. 25. & Cartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 43. et seq. et n. 260.* vnde sententia exequi non potest contra condemnatum pro delicto, quod in eum cadere non potest. *Cartarius de exequut. sent. d. cap. fin. n. 257. cum pluribus num. seq.*

21 Et ex ficta confessione, quæ resultat ex contumacia inquisiti vigore statuti, ipse inquisitus non potest condemnari ad interesse parti. *Follerius d. rub. et si confitebuntur, n. 40. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, q. 11. n. 105. Carolus Rota d. concluſ. 9. n. 41. et Cartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 394. et seq.* vnde foriudicatus in exequutione sententiæ foriudicationis non est condemnandus ad interesse, quamuis de crimine sit conuictus, quia exequutio dictæ sententiæ fit ob contumaciam. D. *Regens Sanfelic. dec. 226. n. 10.*

SVMMARIVM.

1. *Appellatio admittitur ab omni grauamine; ampliatur pluribus modis. ibidem.*
2. *Appellare potest bannitus de iure communi, sed in Regno foriudicatus, lecta sententia foriudicationis, non appellat; & tale statutum valet. n. 3 Sed foriudicatus potest dicere de nullitate n. 6. Et an in statu Ecclesiastico possit appellare? nu. 4. Agnati Rei foriudicãdi possũt appellare à decreto, quod Reus foriudicetur, ante lectam sententiam foriudicationis. n. 5. Foriudicatus appellat cum rescripto Principis n. 7. Sed debet fieri rescriptum cum clausula (non obstante Const. Reg. panam eorum) n. 8.*
9. *Minor, mulier, & rusticus, si sint contumaces, an appellent?*
10. *Bannitus, & contumax habitus pro confesso vigore statuti de iure communi semper auditur ad se defendendum in causa principali, vsq; ad nu. 15. Et quid in statu Ecclesiastico. ibidem d. n. 10. & 16. Et quid secundum statuta Italiæ. n. 11. Sed in Regno lecta sententia foriudicationis, foriudicatus non auditur in causa principali. n. 16. amplia. n. 27. limita duobus modis. nu. 12. 20. & 26.*
17. *Statutum denegans audientiam foriudicato valet, & n. 19. licet contrarium. nu. 15. & 18. limita n. 21. & Reus an possit renunciare defensionibus. d n. 21.*
22. *Iudex de iure communi potest recipere testes ad defensam Rei etiam post sententiã, secus in Regno in foriudicato, alias si recipiat, & proferat sententiam, ipsa est nulla.*
23. *Iudex suam sententiam diffinitiuam reuocare non potest, si deinde appareat de innocentia Rei, sed Principi est rescribẽdum.*
24. *Princeps potest ex gratia remittere sententiam foriudicationis, etiam parte non concordata, & idem est in statu Ecclesiastico. n. 25.*

CAP. XIV.

Foriudicatus, lecta sententia foriudicationis, ab ea appellare, vel supplicare non potest, & neq; auditur in causa principali.

1 REgula generalis est, quod à quacunq; causa licitum est appellare. *l. et in maioribus C. de appellat.* & docet *glos.*

glos. in l. qui restituere, & ibi *Angel. ff. de rei vindic.* nam appellatio est species defensionis, quæ nemini denegari debet. *cap. cum speciales § porro extra de appellat.* & appellatio datur tàm in causis ciuilibus, quàm criminalibus. *l. litigatoribus C. de appellat. l. 3. C. de pœna Iudicis*, & docet *Carauit. ritu 256. in princ.* vbi dicit, quod sicut tyriaca est contra venenum, ita appellatio est contra sententiam Iudicis. Immo si Reus conuentus sit excommunicatus, & sit cõdemnatus, adhuc potest appellare. *cap. cum inter de except.* Et etiam aduersus libertatem licitum est appellare. *l. illud sciendum est, la seconda ff. de appellat.* & docet *de Franch. dec. 684. n 2.* & à sententia delegati à Principe etiam datur appellatio. *l. etiam C. de appellat.* nisi causa sit delegata à Principe cum clausula, appellatione remota, quia tunc non potest appellari. *l. 1. § fin.* vbi *glos. & Bar. ff. à quib. appellare non licet*, & docet *Regens de Ponte de potest. Proregis tit. 1. § 4. num. 1. cum duobus numeris seq.* Et rescriptum impetratum à Principe per Actorem, vt in causa procedatur, appellatione remota, non solum ligat Reum, sed etiam ipsum Actorẽ, vndè tàm ipse Reus, quàm ipse Actor non possunt appellare. *glos. in cap. non licet de regul. iuris in 6.* & docet *de Frãch. dec. 136. n. 5.* sed tale rescriptum intelligitur tantum quoad ipsos litigatores; non autem quoad tertium, qui non fuit nominatus in rescripto, nam ipse tertius potest appellare. *Vantius de nullitate processus. rub. quis possit dicere de nullitate nu. 15. Carauit. ritu 286. n. 6. & Marant. in suo speculo, parte 4. dist. 5. nu. 76. & D. Reg. Sanfelic. dec. 321. post n. 7.* nã forma rescripti non est seruanda, quando lèditur ius alicuius tertij, qui non est nominatus in rescripto. *Petrus Garzia à Toleto dicto 145.* Et quando est impetratum rescriptum cum clausula, appellatione reemota, non solum, non potest appellari à diffinitiua sentẽtia, sed neq; potest appellari ab incidentibus, & emergentibus. ita *Dominus Consiliarius Merlinus controuer. forens. cap. 15. & Regens Rouit. dec. 81. n. 8.* sed sublata appellatione per Principem, intelligitur de friuola, & non de iuridica, & valida. *Hipp. de Marsi. pract. crim. § vltima quæstio n. 3.* sic etiam datur appellatio à sententia, quæ est lata in fauorem Fisci. *l. lata sententia C. de appellat.* Et licet aliqui teneãt, quod condemnatus de crimine læsæ Maiestatis non appellet, vt tenent *Capyc. dec. 130. n. 64. & Foller. pract. crim. rub. Item quod commisit crimen læsæ Maiestatis, num. 107.* tamen veritas est, quod iste cõdemnatus de crimine læsæ Maiestatis possit appellare. *Andreas de Iser. in tit. quæ sint regalia ver. & bona committentium n 86. & Regẽs Rouit. prag. 1. n. 62. de bonis proditorum.*

2 Et licet de iure communi bannitus possit appellare, vt docent *Bar. in l. 1. ff. de requiren. Reis, & in l. diuus Adrianus, ff. de custodia Reorum, Afflict. in Const. Regni, pœnam eorum, num. 45. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 48. & Nauarius coll. super rub. Prag. de exulib. nu. 12.* & de iure cõmuni, licet, qui habeatur pro confesso, condemnatus possit appellare. *glos. in l. creditor, § iussus ff. de appellat* & ibi *Bar. Angel. & alij, & Chartar. de exequut. sentent. cap. 1. num. 107.* & licet contumax habitus pro confesso vigore contumaciæ possit appellare. *Aufrer. ad Cappell. Tholos. quæst. 177. num. 11. Cabal. resol. crim. casu 110. num. 1. & Guazzin. ad defensam Reorum defens. 36. cap. 13. num. 5.* & licet aliqui teneant, quod si disponat statutum, vt contumax habeatur pro confesso, & conuicto, iste talis contumax non possit appellare, vt docent *Foller. pract. crim. in 4. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num. 35. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 59.* tamen veritas est, quod contumax habitus pro confesso, & conuicto vigore alicuius statuti potest appellare. Idem *Chartar. d. cap. 1. num. 261. Cabal. d. casu 110. num. 2. & Hipp. de Marsi. de bannitis, ver. contumacia, nu. 56.* Sed verè confessus, & cõuictus si sit condemnatus, non appellat. *l. 2. C. quorum appellat. non recip.* & est *tex. de iure Regni in Prag. 4. de appellat.* latè *Guazzin. ad defensam Reorũ, def. 36. cap. 11.* Sed confessus cum qualitate, quæ minuit delictum, puta si dixit in confessione, talem interfeciſſe defensionis causa, tũc iste talis potest appellare, vt ita decisum testatur *de Franch. dec. 556.* Sic etiam si quis sit cõfessus, & conuictus, sed testes non sint repetiti, in hoc casu condemnatus appellat, nam testes non repetiti non probant, & ideo condemnatus appellat. *Nauarius dec. Regiæ Audientiæ Apuliæ 73.* Et licet confessus, & cõuictus non appellet, tamen si sit inhibitum per Iudicem ad quem, Iudex à quo suam

non

Digitized by Google

non potest exequi sententiam. *Foller. pract. crim. in 3. parte principali, rub. & si confitebuntur, nu.66. & Guazzin. d.defens. 36.d.cap.11. num.8.* Sed si quis sit conuictus tantum, & non confessus, potest appellare. *Bart.per illum tex.in l.non tantum 6. ff.de appellat. Guazzin.d.def.36. cap.12.& Chartar.de exequut.sent.d.cap.1. num.77.* de quo vide *Catalanum de indulto,cap.7. num. 26.* Sed sponte confessus tantum, licet non sit conuictus, neque appellat. *Iul. Clar. pract.crim.§. fin. quæst.94.in princ.Chartar.d.cap.1.num.71. cum plurib. seq. Mauson. de causis exequut. ampliat. 36. num. 26. cum duobus numeris seq. Farinac. quæst.101. num. 154.* & latè *Guazzin.d.defens.36.cap.13.* Sed contumax habitus pro confesso potest appellare, vt diximus, & docet *Chartar. d. cap.1.n.105. & n.109.*

3 Tamen in Regno nostro foriudicatus non potest appellare, vel supplicare à sententia foriudicationis, quando dicta sententia est lecta, vt in *Const.Regni pœnam eorum*, vbi *Affl.nu.45*, & docent *Foller.pract.crim.in 4.par.tertia partis,rub.& si confitebuntur,nu.35.in fine, Chartar.d.cap.1.num.64. & Carrer. pract. crim. tit.de appellationib. vers.septimus casus est, num.1. fol.mihi 14.& tit. de homicidio.vers.septimo igitur,nu.31. fol.mihi 194.* Et tale statutum tollens appellationem foriudicato valere, dicit idem *Carrer.d tit.de appellationib.d.ver.septimus casus est,num.89.& seq.fol.mihi 19.* Vndè exules in Regno non possunt appellare. *Io. Grandis de bello exulum,in prædicamento pati,quæst.3.speciali 48. num.1.* & per statutum appellatio tolli potest. *Cabal. resol.crim.casu 110. num.19. & casu 208.num.7.* Et ius appellandi tolli potest à Principe. *cap.1.de rescriptis. cap.pastoralis de appellat.l.1. §. interdum, ff.à quibus appellare non licet.Couarruuias practic. quæst cap.23.num.6.Iul.Clar.pract.crim.§. fin.quæst 94.ver.cæterum*, & *Cartarius de exequut.sent.cap.1.post num.262.* Et merito foriudicatus in Regno non appellat, nam lecta sententia foriudicationis, in Regno foriudicatus habetur, ac si confessus esset crimen, de quo foriudicatus fuit, vt diximus cap. præced. sed ex ista ficta confessione notorium resultat. *Foller. d.rub. & si confitebuntur,num.34.& Cartar.d.cap.1.num.52.* Sed quando delictum est notorium, nõ admittitur appellatio. *Foller.pract. crim.rub.item quod est notorius delinquens, num.21.& seq.& Cartar.d.cap.1.num.263.* Ergo merito foriudicatus non appellat in Regno, & à sententia, per quam quis habetur pro confesso, non appellatur in Regno, vt in *ritu 120.in fine*, & sententia foriudicationis profertur cõtra contumacem, ideo, lecta sententia foriudicationis, foriudicatus non appellat, nam verus contumax non appellat. *l.ex consensu,§.eum qui, ff.de appellat.l.1.C.quorum appellat.non recip. & l.& post edictum, §. sciendum, ff. de iudicijs*, & docent *Capit.decis.139. & Thes.dec.265. num.3.* Vndè Iudex ad quem non potest inhibere Iudicem à quo à sententia diffinitiua lata contra verum contumacem. *Riccius dec.351.pat.4.*

4 Et in Statu Ecclesiastico bannitus, & condemnatus in contumaciam si sit captus, non potest appellare, quod si appellet, appellatione non obstante, sententia exequi potest ex motu *Pij Quarti.* & *Pij Quinti*, sed ex eodem motu dictorum Pontificum si condẽnatus in contumaciam sponte compareat, auditur appellans. *Cartar.d.cap. 1.nu.54.& seq.& n.98. & 262.*

5 Sed in Regno antequam sit lecta sententia foriudicationis agnati, & cognati Rei foriudicandi possunt appellare à decreto, quod Reus foriudicetur, vt dixi supra cap.11.nu.23.

6 Et lecta sententia foriudicationis, licet foriudicatus non possit appellare, tamen eo existente carcerato, potest dicere de nullitate ipsius sentẽtiæ foriudicationis, & omnium actorum ordinariorum, vt dicam infra cap.25. num.56. cum plurib. seq.

7 Sic etiam foriudicatus cum rescripto Principis potest admitti ad appellandum. *Io. Grandis de bello exulum,in prædicamento pati,quæst.3.speciali 48. n.2.*

8 Sed foriudicatus si supplicat Regi per viam supplicationis, & querelæ, vt possit docere de iusto suo impedimento, si sit concessum rescriptum, & non sit dictum, non obstante *Const. Regni,pœnam eorum*, tale rescriptum, & processus inde confectus est ipso iure nullus, quia si prohibetur supplicari, & appellari, si concedatur appellatio, seu supplicatio, non valet concessio; *l.1.vbi glos.C.de petit.bonor.subla.lib.10.* & docent *Affl. in d. Const. Regni,pœnam eorum,num.45. in fine, & Carrer.pract.crim. tit.de appellat.ver.septimus casus est,num.2. fol. mihi 14.*

9 Sic

Digitized by Google

9 Sic etiam minor, mulier, & rusticus appellare possunt etiam si sint contumaces. *Hippol. de Marsi. de bannitis, d. ver. contumacia, num. 159.* sed *nu. 60.* ipse *Hippol. de Marsi.* ibi dicit, quod minor contumax restituitur in integrum, licet non appellat; sed *nu. 87.* dicit ipse *Hippol. de Marsi.* ibi, quod verus contumax sicut non appellat, ita neque restituitur in integrum, & *num. 126.* dicit ipse *Hipp. de Marsi.* ibi, quod contumacia minoris non excludit eum à restitutione in integrum, citat *tex. in l. minorla 1. ff. de minorib.*

10 Et de iure communi contumax in banno positus, si post terminum banni vult comparere, tenetur docere de sua innocentia, & ostendere non cōmisisse delictum, super quo habitus fuit pro confesso in vim fictæ confessionis vigore statuti, nam contumax habitus pro confesso vigore statuti potest probare innocentiam talis fictæ confessionis, & probare contrariū contra dictam fictam confessionem, scilicet non commisisse delictum, super quo bannitus habitus fuit pro cōfesso vigore statuti. *Bal. in l. ita demum C. de procurat. Hipp. de Marsi. sing. 72. Bertazzol. cons. 35. nu. 11. lib. 1. & Cartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 103. cum plurib. n. seq. & num. 108. & seq. & num. 258. 260. & 273.* vbi *num. 110.* dicit ipse *Cartar.* ibi quod quando Reus bannitus vult assumere onus probādi, quod delictum non commisit, audiri debet, citat; *Franc. Becci. cons. 11. num. 6. lib. 1. Nattam cons. 444. lib. 2. et Menoch. de arbit. iud. casu 416. nu. 38.* & ipse *Cartar. d. cap. 1. nu. 211.* dicit, quod in statu Ecclesiastico contumax habetur pro vero contumace, & non appellat, & *n. 212. et seq.* dicit ipse *Cartar.* ibi, quod etiam in statu Ecclesiastico bannitus post sententiam diffinitiuam comparens suam debet probare innocentiam, nam bannitus etiam post sententiam in statu Ecclesiastico auditur, si tamen supplicauerit, & in carcerem constitutus suam innocentiam patefacere voluerit, quam innocentiam post sententiam probare tenetur, scilicet non commisisse maleficium, super quo habitus fuit pro confesso vigore statuti ex liquidissimis probationibus, prout etiā de iure ad probandum contra fictam confessionem oportet, quod legitimis probationibus id probetur, vt probatio illa fictæ confessionis eneruetur. *Capol. cons. 63. num. 19. & Cartar. d. cap. 1. num. 214.* vbi *nu. 230.* dicit, quod capto bannito, & condemnato sic habito pro confesso, & conuicto, sola restat exequutio, citat *Bart. in l. 1. ff. de requir. Reis,* vbi ipse *Bar.* dicit, quod stātc statuto, quod contumax habeatur pro confesso, contumax amplius non auditur, & idem *Bart. in l. diuus, ff. de custod. & exhib. Reorum,* dicit, quod de iure communi, comparente quocunque contumace, debet ex integro audiri.

11 Sed secundum statuta Italiæ contumaces, & banniti habentur pro confessis, & in eos vti confessos sententia fertur, & ideo illis captis, & constito, eos esse, qui in banno descripti reperiuntur, sola restat, & sufficit exequutio, idem tenet *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. q. 96. ver. quæro numquid, & Cartar. d. cap. 1. d. nu. 230.*

12 Et ista ficta confessio, quæ resultat ex contumacia vigore statuti, potest reuocari prætextu erroris, & contra istam fictam confessionem admittitur probatio in contrarium. *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. postquam, num. 47.* Sed post sententiam est secus, nam lecta sententia, hæc ficta confessio, quę oritur ex cōtumacia vigore statuti, non potest reuocari. *Cartar. de exequut. sent. cap. 3. num. 38. & seq. & cap fin. nu. 23.*

13 Et contumax, & bannitus si infra annum compareat, recuperat bona, & auditur in suis defensionibus; si verò compareat post annum, & tunc licet audiatur in suis defensionibus in facto principali, tamen non recuperat bona, sed dicta bona Fisco applicantur in pœnam suæ contumaciæ. *l. 1. vbi glos. & Bar. & alij, ff. de requirend. Reis, & in l. diuus, ff. de custod. & exhib. Reorum,* & docent *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 44. num 1. in fin. & in ver. facta autem, Cabal. resol. crim. casu 181. num. 1. Affl. in Constit. Reg. panam eorum, num. 3. Cartar. de exequut. sent. d. cap. 1. num. 8. & Boss. pract. crimin. tit. de Reis requirendis in princ.* & faciunt dicta per *Hipp. de Marsi. pract. crimin. §. vltima quæstio. num. 28.* vbi dicit, quod si post terminum banni compareat bannitus, & negat se fecisse delictum, quod videbatur tacitè confessus ex contumacia vigore statuti, ipse bannitus est audiendus, & hoc procedit, dato, quod contumax, & bannitus

Digitized by Google

tus sit diffinitiuè condemnatus, nam si post condemnationem compareat infra annum recuperat bona, & auditur in suis defensionibus, aliàs si compareat post annum, & tunc auditur in suis defensionibus, sed non recuperat bona adnotata per Fiscum, sed ipsi Fisco applicantur in pœnam eius contumaciæ, ita *Iul. Clar. d. ver. facta autem*, & de iure communi bānitus semper debet audiri in suis defensionibus. *d. l. diuus*, & docet *Bart. in l. 1. ff. de requir. Reis, & Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum, post nu. 33.*

14 Et quis si fit citatus, vt veniat responsurus de fide, & non compareat, & sit effectus cōtumax, & sit excommunicatus, & per annum persistat in excommunicatione, in tali casu punitur vti hæreticus. *cap. cum contumacia, de hæret. in 6. & cap. excommunicamus, § qui autem, extra de hæret.* Et licet aliqui teneant, quod iste talis amplius non admittatur ad se defendendum, & demonstrandum eius innocentiam, per *tex. in cap. rursus, 11. quæst. 3.* tamen alij dicunt, quod in crimine hæresis, si quis in contumaciam cōdemnatus sit, non quia plenè conuictus sit de vera hæresi, sed solum quia hæresis suspicione laboraret, expleto anno, non auditur quoad hoc, vt bona recuperaret, nisi, vel de innocentia eius, vel de iusto impedimento legitimè constiterit; auditur tamen quantum attinet ad excusandum crimen, & ad probādum innocentiam, quocunque tempore elapso non obstante, ita *glos. in d. § qui autem, ver. condemnentur*, & eam sequitur *Cartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 278* vbi *num. 280.* dicit, quod si in contumaciā quis damnatus sit, quia plenè de hæresi conuictus sit, siuè sponte post sententiam compareat, siuè captus sit, audiendus est, licet statua eius combusta sit.

15 Et licet *Hippol. de Marsi. in cons. 16. 38. 45. & 97. & in pract. crim. § vltima quæstio, per totum*, sustineat, quod si disponat statutum, quod capto bannito, intra tres dies contra eum exequatur bannum, nulla eius defensione audita, nec admissa, prout tale statutum esse Bononiæ, testatur ipse *Hippol. de Marsi.* ibi, tamen statuto hoc non obstante, ipse bannitus captus potest suas facere defensiones, & suam innocentiam ostendere, & constito de eius innocentia, debet liberari, vt dicit *Hipp. de Marsi.* ibi.

16 Tamen in Regno foriudicatus, lecta sententia foriudicationis, non auditur in causa principali ad demonstrandum eius innocentiam, vt in *Const. Reg. pœnam eorum*, ibi (*nulla omnino licentia postea remanente, se super principali causa criminis defendendi*) & docet ibi *Afflict. num. 33. de Nigris in cap. Reg. siuè quis, num. 23. & post num. 24. Regens Rouit. rub. de sent. foriud. num. 7.* & faciunt dicta per *Boss. pract. crim. tit. banniti quid amittant, num. 20 & in tit. de Reis requirendis post num. 3.* Et idem esse dispositum in Statu Ecclesiastico per *Const. Pij Quarti, & Pij Quinti*, testatur *Cartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 236. & cap. 3. num. 41. & cap. fin. post nu. 113.* Et idem quoque disponitur per Statutum Lucense, per quod statuitur, vt Iudex debeat sententiam banni mandare exequutioni, nulla prorsus admissa defensione, sed habeatur persona banniti pro confessa, & conuicta, & condemnata, vt testatur *Decius cons. 458. sequitur Cartar. de exequut. sent. cap. fin. nu. 38. in fin.*

17 Et tale statutum denegas audientiam foriudicato post sententiam foriudicationis, dicunt valere *Afflict. in d. Const. Reg. pœnam eorum, num. 4. Carrer. pract. crim. tit. de appellationib. ver. septimus casus est, num. 89. & seq. fol. mihi 19. & Cartar. de exequut. sent. cap. 1. post num. 265.* licet *num. 279.* teneat contrarium, tamen prima opinio est vera, nam ratione contumaciæ defensiones tolli possunt, & denegari potest audientia. *Carauit. Prag. 1. n. 26. de exulib. & Cartar. de exequut. sent. cap. 3. n. 37.*

18 Et licet aliqui teneant, quod si disponat statutum, vt si accusatus non compareat, & fuerit contumax, habeatur pro confesso, & conuicto, & condemnari debeat, & condemnatus decapitetur, nulla eius defensione audita, si iste condemnatus perueniat in fortijs Curiæ, non obstante tali statuto, esse audiendum in suis defensionibus, prout tenent *Hipp. de Marsi.* vbi supra, & alij *DD.* citati per *Cartar. de exequut. sent. cap. 3. à num. 14. cum plurib. num. seq. vsque ad num. 32.* vbi hanc opinionem pluribus rationibus comprobat, tamen ipse idem *Cart.* ibi à *num. 32. vsq. ad n. 57.* tenet contrarium, & sic, quod valet istud statutum, vt foriudicatus non debeat audiri in suis defensionibus

Digitized by Google

bus in facto principali, & hoc pluribus rationibus approbat, & respõdet rationibus adductis pro contraria opinione; & ista opinio *Cartarij, & aliorum* practicatur in Regno, in quo foriudicatus, lecta sententia foriudicationis, non auditur in facto principali ad docendum de eius innocentia.

19 Et si *Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 6. cum plurib. seq.* teneat, aduersus sententiam ex contumacia latam vigore statuti volentis, contumacem haberi pro confesso, probationem in contrarium admitti debere; tamen ipsemet *Farinac.* ibi *n. 14.* hoc limitat, quando statutum vlterius disponendo mandat, post sententiam aliquas probationes non recipi, quia tunc condemnatus in contumacia non potest probare eius innocẽtiam, & tale statutum valere, dicit ipsemet *Farinac.* ibi *n. 15.*

20 Sed si contumax, & bannitus antè sententiam diffinitiuam condemnatoriam sit captus, vel sponte compareat, & tunc auditur in suis defensionibus, vt dicam infra *cap. 17. num. 64.* Immo etiam si in vltimo peremptorio citationis ad foriudicãdum compareat, adhuc auditur in suis defensionibus, dato, quod sit interpositum decretum, quod ipse Reus foriudicetur, dummodo sententia foriudicationis non sit lecta, vt diximus supra *cap. 12. n. 2. & 3.*

21 Sed ante sententiam defensio à statuto, vel Principe tolli non potest, cũ defensio sit de iure naturæ. *Hipp. de Marsi. cons. 16. n. 19. & in pract. crim. §. quoniam n. 76. & seq. & Caball. de omni genere homicidij nu. 425.* Immo Reus in criminalibus non potest renunciare defensionibus. *l. non tantum. ff. de appellat. l. aditos. C. de Episcop. audient. Carrab. de sindic. part. 2. nu. 34.* Quod si Reus renunciet defẽsionibus, potest reuocare dictam renunciationem defensionis, & iterũ se defendere. *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. vlterius, n. 3. & in §. examinanda. Carraba vbi supra nu. 35. & Thom. Trinis. dec. 1. lib. 2.* Et Reus non potest renunciare defensionibus etiam cum iuramẽto. *Foller. pract. crim. 3. part. 3. partis rub. & si confitebuntur n. 57. & Hipp. de Marsi. pract. crim. §. vltima quæstio, n. 23.* Sed Foraſciti possunt renũciare suis defensionibus. *Angel. in l. custodias ff. de publ. iudicijs, Paris de Puteo, de sindic. ver. latro cap. 2. num. 7. & Io. Grandis de bello exulum, prædicamento pati, quæst. 3. speciali 86.* sic etiam assassinus potest renunciare suis defensionibus. *Caball. de omni genere homicidij, nu. 518. & seq.* vbi dicit, hoc procedere si constet de qualitate assassinij, secus si dubitetur, quia tunc ipse assassinus nõ potest renunciare suis defensionibus.

22 Et licet de iure communi Iudex possit recipere testes ad defẽsam Rei ad veritatem eruẽdam, etiã lecta sententia, & super eisdem capitulis, vt docet *Bart. in l. 1. §. fin. & ibi Hipp. de Marsi. nu. 4. & 5. ff. de quæst. Thesi dec. 262. num. 5. Mustatell. pract. crim. rub. de iniurijs nu. 38. Carauit. ritu 69. nu. 12. & de Nigris in capit. Regn. ab illo inchoandum, num. 59.* Tamen in Regno nostro, lecta sentẽtia foriudicationis, Reus non auditur in suis defensionibus; vt diximus, quod si ipse foriudicatus sit auditus in suis defensionibus; & sit oppositũ de sententia foriudicationis, si sequatur alia sententia, ipsa est nulla. *de Nigris in cap. Reg. siuè quis, n. 31.* & facit *text. in l. 1. C. quando prouoc. non est necesse, & in l. 1. C. sent. rescindi non posse,* de quo vide *Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum, n. 43.* sed si ipse Iudex admittat aliquem ad nouas defensiones, seu probationes post sententiam, & pars aduersa non contradicat, in hoc casu potest ipse Iudex primam sententiam reuocare. *Maranta cons. 114. nu. 6.* sequitur *Regens Rouit. in prag. 21. n. 1. de Baronib.* & in specie in materia foriudicationis remisiuè loquitur *Affl. in d. Const. Reg. pœnam eorum n. 43.* sed alij dicunt, quod, lecta sententia foriudicationis, etiam si postea ex veris probationibus foriudicatus apparebit innocens, non propterea auditur aduersus sententiam, ita *Aretinus cons. 146. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 95. n. 9. & Regens Rouit. rub. de sent. foriud. n. 7.* & in statu Ecclesiastico per *Const. Pij Quarti, & Pij Quinti* prohibetur Iudicibus, ne ipsi bannitos captos ad eorum defensionem admittant, quam facultatem Summus Pontifex sibi reseruauit, vt testatur *Cartarius de exequut. sent. cap. fin. post num. 113.*

23 Et quando quis est condemnatus ad mortẽ propter aliquod delictum, si post sententiam tranſactam in rem iudicatam appareat de innocentia Rei, ipse Iudex, qui sententiam tulit, eam reuocare non potest, nisi rescri-

Digitized by Google

pto Principis. *l. alui fratres, ff. de pœnis, l. 1. §. fin. ff. de quæstionib.* & docent *Capibl. de Baronib. Prag. 6. nu. 36. Capol. cautela 255. num. 5. & Cartar. de exequut. sent. cap. 3. nu. 6. & cap. fin. nu. 317. & seq. & D. Reg. Sanselic. dec. 44. n. 7.* Et ideo si post cõdemnationẽ liqueat Iudici de innocentia Rei cõdemnati, ipse Iudex potest supersedere in exequendo sententiam, & Principi denunciare. *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. vltima quæstio, num. 13. & in sing. 72. in fine, Guazzin. ad defensam Reorum, defens. 35. cap. 18. nu. 7. Iul. Clar. §. fin. quæst. 98. vers. sed numquid, lo. Grandis de bello exulum in prædicam. quando, quæst. 3. num. 4. & Cartar. d. cap. fin. d. num. 317. & seq.* Sed ipse Iudex dictam sententiam reuocare non potest, nam Iudex non potest reuocare suam sentẽtiam diffinitiuam. *l. Iudex, & l. acta. ff. de re iudic. l. 1. C. de sent. rescindi non posse, l. post sententiam*, C. *de sent. & interlocution. omn. Iud. l. cum quarebatur, ff. de re iudic. l. 2. C. de sentent. ex peric. recit. l. pœnam*, C. *de pœnis, & est Prag. 13. §. 6. de offic. Sac. Reg. Cons.* Immo, lecta sententia diffinitiua, in ea, neque potest addi, neq; minui. *l. Paulus, la 1. & Lactorum, ff. de re iudic.* Et ideo, dato, quod post sententiam liqueat, & appareat de innocentia Rei condemnati, tamen ipse Iudex, qui dictã sententiam tulit, eam reuocare non potest, *argum. l. sub specie, C. de re iudic.* & docent *Guazzin. ad defensam Reorum, defens. 28. cap. 2. num. 7. Bos. pract. crim. tit. si aduersus rem iudicatam restitutio postulatur, num. 25. & tit. de remedijs iustitiæ contra sententiam ex concessione Principis, nu. 1. Catalan. de indulto, cap. 9. num. 4. & Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 47.* Sed Sacrum Regium Cõsilium potest suam mutare sententiam. *Thesaur. dec. 232. & Catalan. d. cap. 9. n. 93.*

24 Sed Princeps, lecta sententia foriudicationis, potest ex gratia remittere dictam sententiã foriudicationis ipsi foriudicato, etiam parte non concordata, ex aliqua iusta causa, firmo remanẽte processu, quoad delictum, & hoc obtento, ipse foriudicatus auditur in suis defensionibus, vt dicam infra cap. 25. nu. 35.

25 Et in Stato Ecclesiastico per *Conflit. Iulij Secundi* confirmatam per *Pium Quartum* disponitur, quod banniti etiã ex homicidio in carceribus constituti in quocunque Statu iudicij, & instantia causæ, etiam ad conclusionem deductæ, & etiam post sententiam, si supplicauerint ad probandum eorum innocentiam, admittantur, & docet *Cartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 113.*

26 Sic etiam si foriudicatus existens in fortijs Curiæ dicat de nullitate sentẽtiæ foriudicationis, & obtineat nullitates obstare, in hoc casu ipse deinde auditur in suis defensionibus ad demonstrandam eius innocentiam, vt dicam infra d. cap. 25. nu. 71.

27 Sed quæritur, quid si capto foriudicato, post lectam sententiam foriudicationis velit ipse opponere, testes examinatos in processu informatiuo esse falsos, an in hoc ipse audiri debeat, & prima facie videtur dicẽdum, quod sic ex *Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. quæst. 11. nu. 11.* nam quando sententia est lata ex falsis testibus, dicta sententia est nulla, vt docet *Guazzin. ad defens. Reor. defens. 35. cap. 6.* Sed Reus foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest dicere de nullitate, & pendentibus nullitatibus discutiendis, est supersedendum in exequutione sentẽtiæ foriudicationis, dato, quod nullitas non appareat ex eisdem actis, sed requireret altiorem indaginem, vt dicã infra cap. 25. n. 65. Et quod sentẽtia lata in contumaciam propter falsos testes non debeat exequutioni demãdari, dum sit nulla, tenet *Angel. in l. qui Romæ, §. duo fratres. num. 5. & 6. ff. de verb. oblig.* sequitur *Cartar. de exequut. sentent. cap. fin. post num. 213.* qui tandem dicit, vide ne obstent dicti motus proprij, ne quid fiat, inconsulto Principe; & merito hoc dicit in fine ipse *Cartar.* nam ex motu *Pij Quarti*, & *Pij Quinti*, disponitur, vt bannitus post latam sententiam non admittatur ad nouas defensiones, inconsulto Pontifice, prout idẽ disponitur in Regno Neapolitano, vt diximus, sed si hoc ipse foriudicatus posset opponere, & dicere, testes examinatos esse falsos, hoc esset sibi facere defensiones post sententiam, quod fieri non potest in Statu Ecclesiastico, & in Regno Neapolitano, vt diximus; Et sententia lata ex falsis testibus est nulla de iure Canonico absque alia appellatione. *cap. accipimus §. fin. de fide instrum. cap. cum olim de priuileg.* Sed de iure ciuili non est ipso iure nulla, sed per appellationẽ, & restitutionem in integrum venit retractanda. *toto tit. C. si ex falsis instrum.*

& l. di-

Digitized by Google

& l. diuus, ff de re iudic. Sforzoadus conſ. 74. Regens Rouit. Prag. 44. num. 11. & ſeq. de offic. Sacri Regij Conſil. & Guazzin. d. defenſ. 35. d. cap. 6. num. 1. & poſt nu. 4. vbi n. 2. dicit, quod ſententia lata ex falſis teſtibus poteſt retractari etiam ſi tranſijt in rem iudicatam per l. querelam, vbi Bart. & alij, C. de falſis, & in §. quia vero, authen. de teſtibus, & ipſe Guazzin. d. num. 2. verſ. ſed huiuſmodi, dicit, quod remedium retractandi ſententiam ex falſis teſtibus non competit ſine reſtitutione, quæ reſtitutio fieri debet à Principe, & non à Iudice inferiore, qui tulit dictam ſententiam, per tex. in l. 1. §. finali, ff. de quæſtionibus, & l. diui fratres, ff. de panis, & docet Cartar. de exequut. ſent. cap. fin. n. 379. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 Foriudicatus, Hipocrita, & Monachus habentur pro mortuis, & quid in bannito? num. 2.
3 Foriudicatus in Regno amittit beneficia, quæ ſunt inducta à ſtatutis, & à iure communi.
4 Pater ſi pratereat filium bannitum, Fiſcus non poteſt nomine banniti dicere teſtamentum nullum, nam filio bannito non debetur legitima, n. 5.
6 Banitus in are, & perſona habetur pro mortuo.
7 Foriudicatus, & excommunicatus non poſſunt facere teſtamentum, amplia, & limita, num. 8.
9 Dos reſtituitur vxori, marito effecto foriudicato, & iura dotalia remanent illæſa.
10 Confeſſio mariti de dote recepta facta ante delictum iuuat vxori ad petendum dotem, ſecus ſi ſit facta poſt delictum.
11 Vxor foriudicati gaudet priuilegio electionis fori.
12 Matrimonium non dicitur ſolutum per foriudicationem factam in perſonam mariti.
13 Vxor an teneatur ſequi maritum foriudicatum?
14 Foriudicatus non poteſt eſſe Officialis, amplia pluribus modis, num. 15. 16. 17. 20. 23. 24. & 25. limita num. 18. Sed ſi bannitus ſit electus Officialis, eius geſta valent, num. 19. & per foriudicationem an tutor, vel exequutor teſtamenti deſinat eſſe tutor, vel exequutor teſtamenti? num. 21. & 22.
16 Foriudicatus an deſinat eſſe Ciuis illius Ciuitatis, de qua natus eſt?
17 Fideiuſſor non tenetur præſentare principalem foriudicatum factum poſt fideiuſſionem præſtitam.
28 Foriudicatus eſt incapax cuiuſcunque ſucceſſionis.
29 Vaſſallus liberatur à ſeruitio feudi, bannito Domino.
30 Baro contumax priuatur iuriſdictione durante eius contumacia. Amplia, vt nu. 32. limita, vt nu. 31.
33 Foriudicatus an poſſit eſſe teſtis? & an poſſit inſtrumentum præſentare contra ſuum debitorem? nu. 34. & non poteſt petere rem iure congrui, num. 35. & non poteſt intercenire, & authoritatem præſtare alicui coniuncto, ſtante ſtatuto, quod coniunctus interueniat in contractu coniuncti, n. 38.
36 Filius minor feudatarij foriudicati ſtatim prouidetur de balio poſtquam eius pater effectus fuit foriudicatus.
37 Filius foriudicati non dicitur ſui iuris, ſed remanet in poteſtate ſui patris foriudicati.
39 Notarius foriudicatus an poſſit inſtrumenta conficere?
40 Vxor ſi ſit relicta domina, & patrona à ſuo viro, harede inſtituto communi filio, habet præheminentiam, quam habebat viuo dicto eius viro, & mortuo, vel foriudicato ipſo filio habet vſumfructum bonorum viri.
41 Foriudicatus an debeat ali à perſona, quæ erat obligata ipſum alere ante ſententiam foriudicationis, & ipſe teneatur alios alere?
42 Foriudicatus an poſſit compellere ſuum conſanguineum ad compromittendum.
43 Foriudicatus, & eius filij, & excommunicatus poſſunt contrahere matrimonium.
44 Foriudicatus, & excommunicatus poſſunt facere profeſſionem.
45 Succedens in feudo feudatarij foriudicati nõ tenetur ad releuium.
46 Forindicatus poteſt accuſare vxorem ſuam de adulterio.
47 Grauatus reſtituere hæreditatem poſt eius mortem, ſi efficiatur foriudicatus, ſtatim tenetur reſtituere dictam hæreditatem.

CAP. XV.

Foriudicatus, lecta ſententia foriudicationis, habetur pro mortuo.

1 FOriudicatus, lecta ſententia foriudicationis, quoad omnia ferè pro mortuo habetur. Conſtit. Reg. pœnam ea-

Digitized by Google

rum, ver. quoad omnia, & docent *Farinac. dec. 31. Riccius coll. 1401. in prine. Hipp. de Marſ. pract. crim. §. aggredior, nu. 88. & in l. qui duobus n. 15. ff. ad legem Cornel. de falſis. & Carolus Rota in florileg. to pract. concluſ. concluſ. 9. poſt nu. 90.* prout etiam Hypocrita habetur pro mortuo. *cap. nolo in fine 12. q. 1.* ſic etiam Monachus, facta profeſſione, habetur pro mortuo. *l. fin. C. de Epiſcop. & Clericis.*

2 Et in Regno noſtro foriudicatus habetur pro mortuo, & nō bannitus, nam bannitus non habetur pro mortuo. *Baiard. ad Clarum §. fin. quæſt. 96. n. 2.* ſequitur *Amend. ad Præſ. de Franch. dec. 102. n. 22.* & docet *de Nigris in cap. Regni, ſiue quis, nu. 29.* quod ego intelligo de bannito, qui poſt bannum eſt foriudicandus, elapſo anno; ſecus in bannito qui armat per campaneam in comitiua multorum foriudicatorum, & delinquat in comitiua dictorum foriudicatorum, nam iſte dicitur verus foriudicatus. *Io. Grandis de bello exulum, predicamento, qualitatis, quæſt. 1. n. 7. & predicamento, pati, quæſt. 1. n. 1. in fine,* & ideo iſte bannitus habetur pro mortuo. *Io. Grandis d. predicamento, pati, quæſt. 3. ſpeciali 63.* vbi dicit, quod foriudicatus in

3 Regno non ſolum perdit beneficia inducta à ſtatutis illius Ciuitatis, vbi fuit foriudicatus, ſed etiam ea, quæ ſunt iuris communis, & ita poteſt procedere opinio aliorum DD. qui tenent, quod bannitus habetur pro mortuo, prout tenent *Catalanus de indulto, cap. 13. nu. 34. & Hipp de Marſ. pract.*

4 *crim. §. aggredior, n. 88.* vbi dicit, quod ſi pater prætereat filium bannitum, Fiſcus non poteſt nomine banniti dicere teſtamentum nullum, & *n. 89.* dicit

5 ipſe *Hipp. de Marſ.* ibi, quod filio bannito non debetur legitima, quia perſona banniti non reputatur eſſe in rerum natura, & vide quod dicam infra

6 *cap. ſeq. n. 8.* & bannitus in ære, & perſona habetur pro mortuo: *Caball. reſol. crim. caſu 222. n. 36.* Et bannitus, qui ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, habetur pro mortuo. *§. ſoluitur, ver. publicatione quoque, Inſt. de ſocietate, l. actione, §. publicatione, ff. pro ſocio,* & docet *Caball. reſol. crim. d. caſu 222 n 48.*

7 Et ideo, dum foriudicatus habetur pro mortuo, ipſe non poteſt facere teſtamentum. *Iul. Clarus §. teſtamentum quæſt. 21. ver. aut vero. Guazzin. ad defenſam Reorum, def 38. cap. 1. n. 6. Farinac. dec. 35: Nouarius in coll. ſuper rub. prag. de exulibus, nu. 15. & Riccius coll. 291.* & vide *Boſium pract. crim. tit. banniti quid amittant, nu. 13. Nellum de bannitis in 1. parte 2. temporis, nu. 52. cum duob. numeris ſeq. & Cartarium de exequut. ſent. cap. 1. à n. 414. vſq; ad num. 423.* vbi *d. num. 423.* dicit, quod in ſtatu Eccleſiaſtico per Bullas Pontificias eſt diſpoſitum, bannitos, & condemnatos in contumaciam non poſſe teſtari, prout etiam in Regno noſtro iſti tales non poſſunt teſtari, nam per *Conſt. Regni, pœnam eorum:* foriudicatus habetur ac ſi per diffinitiuam ſententiam eſſet condemnatus, ſed quando ita diſponit ſtatutum, bannitus, & cōdemnatus in contumaciam non poteſt facere teſtamentum, vt dicit *Cartarius* vbi *ſupra*, ergo in Regno foriudicatus non poteſt facere teſtamentum, prout etiam præſens ad mortem damnatus teſtari non poteſt. *Bar. in l. qui vltimo ff. de pœnis, & l. eius §. fin. de pœnis, Couar. de teſtamentis part. 3. num. 26. & Cartar. d. cap. 1. nu. 414.* licet ſecus dicat eſſe de conſuetudine *Iul. Clar. d. quæſt. 21. in principio ver. bene verum eſt.* Prout idem eſt in excommunicato, qui neq; poteſt facere teſtamētū. *Anna alleg. 25.*

8 Quod ſi foriudicatus faciat teſtamentum, & poſteà ſit aggratiatus, & decedat, alio non condito teſtamēto, adhuc dictum teſtamentum non valet. *Maſtrill. de indulto cap. 4. n. 9.* niſi ipſe in ſua morte confirmaret dictum teſtamentum, vel ſi in eo ſint inſtituti veniētes ab inteſtato, vel adſit clauſula codicillaris, quia tunc valet teſtamentum, ita *Nellus de bannitis, in 2. parte 3. temporis n. 1.* vbi dicit, quod ſi quis faciat teſtamentum, & poſtea ſit foriudicatus, & deinde ſit aggratiatus, & decedat, in hoc caſu valet teſtamentum, & idem tenet *Maſtrill. de indulto d. cap. 14. n. 11. & ſeq.* vbi *n. 16.* dicit, quod ſi inſtitutus hęres efficiatur bannitus, & mortuo teſtatore, reſtituatur inſtitutio reconualidatur.

9 Et ſicut marito mortuo, dos reſtituitur vxori. *l. vnica §. exactio C. de rei vxoria act.* ita & marito effecto foriudicato, dos, & donatio propter nuptias reſtituitur vxori. *Conſt. Reg pœna carere volentes,* & docent *de Franch. dec. 562. & dec. 689. de Nigris in cap. Reg. 133. n. 7. Surdus dec. 116. nu. 3. Farinacius pract. crim. quæſt. 25. n. 11. Menoch. conſ. 1124. n. 9. Foller. pract. crim. rub. adnotentur bona contumacis, nu. 23. Nellus de bannitis in 1. parte 2. temporis, nu. 44. Caballus reſol. crim. caſu*

232.

Digitized by Google

232. n.6. & Boss. practcrim. tit. de bonorum publicatione post num.73. nam publicatis bonis mariti propter eius delictum, iura dotalia vxoris remanent illæsa. d. cap. Regn. 133. & est tex. de iure communi in l. quisquis §. vxores. C. ad leg. Iul. Maiest. & cap. decrevit, de hæreticis in 6. & docet Ross. d. tit. de bonorum publicatione, nu. 73. & dicam infra cap. seq. num. 15. Et vxor, publicatis bonis mariti ob delictum ipsius mariti, ipsa vxor potest petere, constãte matrimonio, dotem, & antephatum. auth. bona damnatorum. C. de bonis proscript. & ita decisum testa-
19 tur Mastrill. dec. 283. Et confessio mariti de dote recepta facta ante delictũ iuuat vxori ad petendam dotem. Feller, d. rub. adnotentur bona contumacis, n. 25. & Boss. d. tit. de bonorum publicatione, nu. 49. sed confessio mariti de dote recepta post delictum facta non præiudicat Fisco. ita Petrus Surdus dicta decisione 116.

18 Et sicut vidua gaudet beneficio eligendi suprema Tribunalia, ita & vxor habens maritum foriudicatum potest eligere suprema Tribunalia, cum ipsa vti vidua reputetur. D Carleual. de iudicijs disp 2. quæst. 6. sect. 7. n. 340. & Nauarius in praxi electionis fori tom. 1. sect. 2.
12 quæst. 7. nu. 2. sed per foriudicationem mariti non dicitur solutum matrimonium, nam adhuc dicitur durare. Auth. sed hodie in fine C. de donat. inter virum, & vxorem, & docet de Franch. decis. 102. n. 2. & dec. 689. n. 13.

13. Sed licet vxor teneatur sequi maritum in quocunq; loco, vbi vir migrare voluerit. cap. vnaquæq; 13. q. 2. tamen ipsa vxor non tenetur maritũ bannitũ sequi, si ipse velit, vt ipsa vadat cũ eo, quò ipse vadit, nisi ipsa vxor possit ita honestè viuere cum marito bãnito in eo loco, vbi maritus velit eã ducere, prout honestè viuebat in priori loco. Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis n. 44. in fine, & Boss. vbi de bonorum publicatione n. 75.

14. Et cum foriudicatus habetur pro mortuo, ipse foriudicatus, vel bannitus non potest esse Officialis. Regens Rouit. prag. 2. n. 5. de Ecclesiasticis personis, & Anan. sing. 52. & quando Officialis bannitur ex aliquo delicto eius iurisdictio suspenditur, vt bannito durante, non possit eam exercere. Caruit. ritu 220. n. 10. & est ratio, quia bannitus dicitur infamis infamia facti. Affict. in Const. Reg. grandis, nu. 23. & est tex. in l. fin. C. de requirendis Reis, sed infamis infamia facti repellitur à dignitate. l. nulla C. ex quibus causis infamia irrogetur, & l. 2. C. de dignitatib. lib. 12. & docet Caruit. d. ritu 220. n. 19. & infamis non potest esse Officialis. l. Cassius C. de Senatorib. & in l. 1. C. ad leg. Iul. de vi priuata cap. infamibus de regul. iuris in 6. & docet Capibl. de Baronib. prag 5. n. 169. cum plurib. seq. ergó bannitus ob causam criminalem non potest esse Iudex, vel assessor. Io. Grandis de bello exulum in prædicamento, patiquæst. 3. speciali 96. num. 1. & de Leonardis
15 pract. Offic cap. 14. n. 10. Immo neq; fratres, & filij banitorum, qui fecerunt recaptum possunt esse Officiales in Regno nostro. prag. 10. §. 4. de exulib. &
16 quod magis est, nam simplex contumax pro causa criminali non potest esse Officialis. Freccia de subfeudis lib. 2.
17 auctoritate 29 n. 11. Et quis non admittitur in Actuarium, vel Scribam in Regijs Audientijs si sit inquisitus.
18 prag. 10 §. 24. de off. Iudicum; sed bannitus de vno loco potest exercere officium in alio loco extra iurisdictionem Iudicis bannientis. Mastrill. de Magistratib. lib. 2. cap. 12. nu. 61. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. nu. 15. & uide Nellum de bannitis in 3. parte 2. temporis num. 61. ubi nu. 62. dicit,
19 quod si bannitus sit electus Officialis, gesta per eum ualent, quousq; non remoueatur ab officio, & ipse Nellus
20 ibi n. 63. dicit, quod neq; bannitus potest eligi Nuncius, uel legatus; &
21 an tutore effecto bannito, desinat esse tutor, & amittat tutelam, uide eundẽ Nellum d. tract. de bannitis in 1. parte 2. tem-
22 poris n. 40. ubi n. 41 ipse Nellus ibi dicit, quod bannitus non desinit per bannum esse exequutorem testamenti; sed ipse bannitus regulariter non potest esse exequutor ultimarum uolũtatum, ut docet Borrellus de compromisso §. 2. glosa 4. n. 102.

23 Quod si quis sit fur, adulter, uel homicida, & de talibus criminibus sit condemnatus, in hoc casu ipse non potest esse Officialis, quod si fuit electus, & tunc ab officio remouetur, secus si non sit condemnatus. Innoc. in cap. super literis de rescript. & docet Guazzinus ad defensam Reorum def. 1. cap 22. nu. 8.

24 Et neque bannitus, & foriudicatus potest esse de regimine Vniuersitatis.

l. vnica

Digitized by Google

l.vnica, C. de Reis postulandis, lib.10. & docet *Regens Rouit.in Prag.5.n.35. de administ.vniuer.*

25 Sic etiam foriudicatus,& bannitus non potest esse arbiter. *Blanc. de compromiss.quæst.2.num.14.* Sed tantum ipse bannitus potest esse arbiter extra territorium Iudicis bannientis. *Blanc. d. quæst.2. num.16.* vbi *num.17.* dicit ipse *Blanc* quod si bannitus reputetur pro non bannito, potest esse arbiter; sed quod bannitus possit esse arbiter, nisi ipse eligatur arbiter vigore statuti suę Ciuitatis. dicit *Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis, num.43.* vbi *nu.* 42. dicit, quod quis non desinit esse arbiter, si efficiatur bannitus, sed veritas est,quod bannitus non potest esse arbiter,licet ipse possit esse arbitrator. *Barrell.de compromisso,* §.2. *glos.4. nu.* 101. & 103.

26 Et foriudicatus desinit esse Ciuis illius Ciuitatis,de qua natus est. *Bar.per illum tex. in l.fin. ff.de legationib. Nellus de bannitis in prima parte secundi temporis, quæst.45.* & *Hipp.de Marsil. pract. crim.* §. *aggredior,num.98.* & *seq.* Sed hoc intelligitur quoad commoda, & honores, non autem quoad onera, & odia, in quibus non perdit Ciuitatem. *Nellus d.num.45.in fine, Romanus cons.73. num.4. Faller. rub. banniantur, num.37.* & *Cabal. resol.crim. casu 149 num.6. vbi num.7.* dicit,quod non desinit esse coniunctus, cum iura sanguinis iure ciuili non tollantur *l.iura sanguinis, ff. de reg.iur.*

27 Et sicut si quis fideiussit de presentando aliquem, si ipse fideiussor sit requisitus, vt præsentet Reum, ipse fideiussor possit opponere, dictum Reum esse mortuum, & dictũ Reum præsentare non teneatur. *l.qui decesserit, ff.qui satisd.cogant.* Secus si Reus ipse decedat post pœnam incusatam,quia tunc fideiussor non euadit pœnam. *l.sancimus,C.de fideiussorib.& mandat.* Ita si ipse Reus pro nouo delicto sit foriudicatus, ipse fideiussor, qui fideiusserat,dictum Reum præsentare, liberatur à fideiussione, & non tenetur amplius dictum Reum præsentare. *Iul.Clar.pract.crim.* §. *fin, quæst.46.versic. quæro pone, Cartar. de exequut. sent. cap.1. num.469. D.Regens Sanfelic.dec.158.nu.6.* & *dec.236.num.2.* & *Gabal.resol.crim. casu 190.vbi num.8.* dicit,hoc non procedere,si Reus ipse sit foriudicatus pro eadem causa, pro qua fuit relaxatus sub fideiussoribus, quia tunc fideiussor tenetur ad pœnam, si requisitus non præsentet dictum Reum, secus si sit bannitus pro nouo delicto, quia tunc fideiussor excusatur, quod procedit, dato, quod ipse Principalis Reus sit citatus tantum pro dicto secundo delicto, nam adhuc fideiussor non tenetur eum præsentare. *Bossius pract.crim.tit.de carcerato,num.41.* Et ipse fideiussor nõ tenetur Reum præsentare, dato, quod Iudex assecuret ipsũ Reum pro secundo delicto commisso post datam fideiussionem, si pro dicto secundo delicto, ipse Reus sit citatus;ita *Riccius dec.37.par.1.* sed *Cartar.d.cap.1 post num.471.* dicit, quod si bannito sit factus saluus conductus à Iudice de voluntate Principis, & fidantia oblata, tenentur fideiussores illum præsentare. Sic etiam si ipse fideiussor fuisset in mora præsentandi dictum Reum, & post moram ipse Reus delinquat, in hoc casu tenetur fideiussor Reum præsentare. *Boss.d.nu.* 41.& *Regens Sanfelic.dec.159. num.5.* Et solum bannum sine sententia, quæ si adhuc sequuta nõ sit, prodest fideiussori, vt dicatur liberatus à præsentando Reum,quem toties, quoties præsentare promisit,ita *Cartar. de exequut. sent. cap.1. num.468.* vbi *num.470. vsque ad finem,* tenet contrarium, & *num.479.* dicit, primam opinionem posse procedere de banno,quod transit in condemnationem, nec aliquam expectat post sũ sententiam,quod dicitur diffinitiua,vel vim diffinitiuæ habentis.

28 Et foriudicatus est incapax cuiuscunque successionis. *Boss.pract.crim.tit. de bonorum confiscatione,num.69.* & *Cabal. resol.crim.casu 264.nu.28.* & *38.vbi nu.29.* dicit, quod in Ducatu Ætruriæ bannitus habetur pro hoste Ciuitatis, & pro mortuo.

29 Et bannito domino, vassallus liberatur à seruitio feudi. *Nellus de bannitis in 1.par. secundi temporis, num.22.* Prout etiam, Barone effecto hæretico, eius vassalli non tenentur ipsi præstare fidelitatem. *cap.absolutos,de hæret.* Et vassallus non est obligatus suum Dominum à Rege bannitum adiuuare, vel ei seruitium præstare, immo durante banno ipsius domini, vassallus solutus est sacramento fidelitatis. *cap.nulla, per quos fiat. inuest.* & docet *Catalanus de iudaic,cap.13.nu.8.* & *11.*

30 Im-

Digitized by Google

30 Immo si Baro delinquat, & propter delictum sit effectus contumax, ipse Baro priuatur sua iurisdictione, pendente contumacia. *Regens de Ponte de poteſt. Proregis, tit. 1. §. 1. num. 2. Reg. Ronit. rub. de ſent. foriud. nu. 19. Caranit. ritu 220. num. 21. Foller. pract. crim. rub. aduertentur bona contumacis, num. 2. de Leonardis pract. offic. cap. 14. nu. 10. Maſtril. de indulto, cap. 22. à num. 21. vſque ad num. 26. Freccia de ſubfeudis, lib. 2. auctorit. 89. num. 11. Ioan. Grand. de bello exulum in praxicamento, pati, quæſt. 3. ſpeciali 96. num. 2. & Anna ſing. 52. in fine;* & pendente dicta contumacia Baronis, Officialis in eius iurisdictione creatur per Proregem. *Anna d. ſing. 52. Borrell. ſumma deciſ. tit. 41. nu. 216. & ſeq. Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 26. n. 4. & 5. Capic. dec. 131. & Regens de Ponte, vbi ſupra, num. 4. & 6. vbi nu. 5.* dicit ipse *Regens de Ponte* ibi, quod Barone comparente, vel in vinculis existente, suspensio iurisdictionis ob contumaciã facta, tollitur.

31 Sed si quis habeat facultatem nominandi aliquem in Officialem in aliqua terra demaniali, qui Officialis nominatus deinde confirmatur per Proregem, & à Prorege ipsi fit commissio, in hoc casu propter contumaciam non amittitur illa facultas nominandi. *Regens de Ponte, vbi ſupra, n. 7. & 8.*

32 Et quando Barones in eorum iurisdictionibus tenẽt bannitos, latrones, foriudicatos, facinorosos homines, vel delinquentes, adhuc eorum iurisdictiones sequestrãtur penès Regem. *Peguera in quæſt. crim. cap. 36. num. 25. Borrell. d. tit. 41. num. 284. & Regens Ronit. in Prag. 1. nu. 2. de recept. maleſact.* Et sequestratur iurisdictio per quinquẽnium, vt in *cap. Reg. 210.* & ibi *de Nigris, nu. 12.* & est quædam Pragmatica Excellentissimi Ducis Medinæ edita die 21. Iulij 1643. §. 2. & dicam infra cap. 18. num. 6. Immo Baro requisitus à Superiore, vt traderet sibi delinquentem ab eo scienter receptatum in Castro suo, si id exequi nõ curauit, amittit feudum. *Regens Ronit. Prag. 1. num. 9. de recept. maleſact.*

33 Et dum foriudicatus habetur pro mortuo, ipse non potest esse testis in loco, vbi fuit foriudicatus, & bannitus. *Hipp. de Marſ. pract. crim. §. aggredior, num. 94. & Cartar. de exequut. ſent. cap. fin. num. 79. & ſeq.* Secus extra locum bannii, nam ibi ipse bannitus, & foriudicatus potest esse testis. *Bald. in l. 1. col. 10. C. de haered. inſtit. Monticellus in ſuo repertorio de teſtibus, ver. bannitus, Farinac. q. 56. nu. 334. & Danza de fuga DD. tom. 2. tit. de arrest. per compan. cap. 7. n. 15.*

34 Et neque foriudicatus potest præsentare instrumentum contra suum debitorem via ritus. *Galter. de præſent. inſtrum. 1. par. 2. part. rub. aduertat creditor ad perſonam ſuam, n. 21.*

35 Sic etiam neque foriudicatus, & bannitus potest petere rem iure congrui vigore statuti. *Magon. dec. Florentiæ 26.* sequitur *Ricc. coll. 291.*

36 Et feudatario foriudicato, filius minor ipsius foriudicati statim prouidetur de Balio. *Conſt. Reg. ſi quando,* & docet *de Franch. dec. 213. num. 1.* Sic etiam filio banniti, & foriudicati datur curator tanquam filio eius, qui est apud hostes. *l. muto, §. ei cuius, ff. de teſtibus, Iacob. de Arena in tract. de bannitis, num. 4. & Nellus d. tract. de bannitis in 1. par. ſecundi*

37 *temporis, nu. 20.* vbi dicit, quod filij non efficiuntur sui iuris, sed remanent in potestate patris, quando ipse pater efficitur bannitus, idem tenent *Hippol. de Marſ. pract. crim. §. aggredior, num. 101. & Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 33. num. 3.* vbi dicit, matrem nõ priuari filij successione, si non petat ipsi filio impuberi tutorem, si habeat patrem licet foriudicatum.

38 Et quando statutum disponit, vt in aliquo cõtractu faciẽdo per aliquem interponatur auctoritas alicuius consanguinei, si interueniat auctoritas consanguinei foriudicati, in hoc casu non satisfit dispositioni dicti statuti; *Hipp. de Marſ. de bannis, ver. exules, nu. 7. & in pract. crim. §. aggredior, num. 90. & in l. qui duobus inſolidum, num. 26. ff. ad legem Cornel. de falſis.*

39 Sic etiam si Notarius sit effectus foriudicatus non potest conficere instrumenta, faciunt dicta per *Caball. conſol. crim. caſu 66.* & in specie vide *Nellum de bannitis in 1. par. ſecundi temporis, num. 31. & Foller. pract. crim. rub. Banniantur, num. 39.*

40 Si quis instituat filium suum hæredem, & relinquat vxorem suam dominam, & patronam omnium bonorum suorum, vxor ipsa, dum maritus instituit filium, debet habere tantum alimenta, & præhemientiam, quam habebat, marito viuente; *glos. & DD. in l. uni-*

Digitized by Google

in l. vnica, C. si secundo nupserit mulier, & in l. Titia, §. fin. ff. de leg. 2. & docent *Anna sing. 600. de Franch. dec. 58. & Cabal. resol. crim. casu 222. num. 32.* Quod si deinde præmoriatur ipse filius, ipsa vxor debet habere integrum vsumfructum, perindè ac si à principio non esset institutus filius, ita præcitati *DD.* & ita decisum testatur *Thor. compend. decis. to. 3. sect. 3. ver. vxor, fol. 440. D. Reg. Sanselic. dec. 201. & Gayl. lib. 2. observ. 44.* latè *Pascal. de virib. patriæ potest. par. 3. cap. 8. per totum.* Ergo idem est si ipse filius sit foriudicatus, qui dum habetur pro mortuo, ipsa vxor relicta domina, & patrona à suo marito efficitur vsufructuaria bonorũ mariti, & dictus vsusfructus non spectat ad Fiscum, ita *Baiardus ad Clarum, §. fin. quæst. 78. num. 34. & Cabal. d. casu 222. num. 35. & seq. vbi n. 37.* dicit, deducto tamen vsufructu legitimæ ipsius filij.

41 Sed licet foriudicatus habeatur pro mortuo, tamen ipse debet ali à persona, quæ tenebatur eum alere ante foriudicationem, & ipse foriudicatus tenetur alere quos de iure alere tenetur. *Capibl. d. cap. 33. num. 3. & Nellus de bannitis in 1. par. secundi temporis, num. 48.* Sed alij dicunt, quod foriudicatus habetur pro mortuo etiam quoad alimenta, ita *Præs. de Franch. dec. 689. nu. 5. & 6.* & dicam infra cap. sequenti n. 19. vbi num. 20. dicam, quod, vsufructuario effecto foriudicato, vsusfructus extinguitur, & cõsolidatur cum proprietate, & non spectat ad Fiscum.

42 Et bannitus, si sit conuentus ab aliquo suo consanguineo, potest ipse bannitus cogere dictum suum consanguineum ad compromittendum vigore statuti, & ita decisum testatur *Petrus de Benintendis dec. 21. num. 21. vsque ad fin.* Sed quòd bannitus non possit compromittere, tenet *Borrell. de compromisso, §. 1. glos. 3. num. 69. vbi num. 322.* dicit ipse *Borrellus*, idem esse in condẽnato ad Regias triremes, qui neque potest compromittere.

43 Sed foriudicatus potest contrahere matrimonium. *de Franch. dec. 102. n. 25.* prout idem est in excommunicato, qui si contraxit matrimonium, valet dictũ matrimoniũ. *c. significasti, de eo, qui duxit in matrimoniũ, quam pollut. per adult.* & docet *Sãch. de matrim. to. 2. lib. 7. disput. 9.* Et à fortiori filij foriudicatorum possunt contrahere matrimonium. *cap. Reg. humanitatem*, licet secus esset dispositum per *cap. Regni satis constat*, prout etiam licet olim per *d. cap. Regni, satis constat.* filij proditorum, & rebellium non poterant contrahere matrimonium absque assensu Regio, alias bona contrahentium confiscabantur, tamẽ hodie filij rebellium, si sequuti non sint paternam malitiam, possunt ad libitum contrahere matrimonium absque assensu Regio. *cap. Regni 128.*

44 Sic etiã foriudicatus potest ingredi religionem, & ibi facere professionẽ, & facta professione, ipsa valet, & tenet, vt constat ex dictis per *Præs. de Franch. dec. 384.* & tunc si ipse foriudicatus sit captus remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum quoad eius personam tantum, & non quoad bona, vt dicam infrà cap. 25. num. 62. Prout idem est in excommunicato, qui si faciat professionem in aliqua religione, professio valet, & non vitiatur. *Abb. per illum tex. in cap. cum illorum, num. 4. de sententia excommunicationis.*

45 Sic etiam licet foriudicatus habeatur pro mortuo, tamen, feudatario effecto foriudicato, succedens in feudo non tenetur soluere releuium, nam tunc succedens in feudo tenetur ad releuium, quando succedit per mortem naturalem feudatarij, vt docet *Marinus Freccia de subfeudis lib. 2. auctoritate 3. n. 22. cum plur. nu. seq.*

46 Sic etiam licet foriudicatus habeatur pro mortuo, tamen potest accusare vxorem suam de adulterio, ita *Thom. Triuis. dec. 3. lib. 2.* sequitur *Amend. ad Præs. de Franch. dec. 240. n. 3.*

47 Sed quæritur, quid si grauatus restituere hæreditatem post eius mortem sit effectus foriudicaius, an dicta hæreditas sit statim restituenda fideicõmissario, sequuta dicta foriudicatione, vel debeat expectari mors naturalis ipsius foriudicati, & dicas, quod debet restitui statim, sequuta dicta foriudicatione, & non debet expectari mors naturalis foriudicati grauati, ita *Anna cons. 13.* Et an, & quando mors ciuilis æquiparatur morti naturali, vide *Boss. pract. crim. tit. de bonor. publicat, nu. 35. vsque ad nu. 40.*

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Bona damnatorum publicantur in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, & idē est in Regno in bonis foriudicatorum, & n.4. intellige, vt nu.5. & 6.*

2 *Confiscatio bonorum potest per statutū imponi in pœnam alicuius delicti.*

7 *Pater foriudicati si decedat, an Fiscus succedat in portionem filij foriudicati?*

8 *Pater prætericns filium foriudicatum eius testamentum valet, & filio foriudicato non debetur legitima, immo pater exhæredans filium foriudicatum, vel hæreticum, valet exhæredatio; & pater potest grauare filium de restituendo hæreditatem alicui in casu, quo eius bona venirent confiscanda, & hoc etiam quoad legitimam, n.9.*

10 *Bona, quæ subiacent fideicommisso, & alienari prohibita per testatorem non veniunt in confiscationem bonorum, & neque venit quarta, quæ debetur vxori pauperi; sed iura conditionalia an veniant in confessione. ibid.*

11 *Hæreditas si sit relicta delinquenti, qui eam non adiuit non transmittitur ad Fiscum.*

12 *Donationem per foriudicatum factam ante foriudicationem alicui absenti, & Notario pro eo acceptante, Fiscus reuocare non potest.*

13 *Donans si donauit omnia bona sua cum reseruatione testandi de certa quantitate, si foriudicetur antedispositionem, an reseruatum spectat ad Fiscum?*

14 *Dos an publicetur, muliere effecta foriudicata?*

15 *Dos non publicatur, publicatis bonis viri.*

16 *Peculium filij fam. an confiscbetur per foriudicationem ipsius filij, vel eius patris? & num.17.*

18 *Legitima filij non confiscatur, viuo patre, ob delictum ipsius filij, vel patris, & num.22. cum trib. num. seq.*

19 *Alimenta an spectant ad Fiscum, publicatis bonis illius, cui debentur alimenta.*

20 *Vsusfructus an spectat ad Fiscum, publicatis bonis vsufructuarij?*

26 *Confiscatio bonorum fieri non potest, si non constat de corpore delicti.*

27 *Vniuersitas, & consanguinei foriudicati cōpelluntur emere bona foriudicati, quando non inuenitur iustus emptor.*

28 *Bona vassalli foriudicati an spectant ad Baronem, vel ad Regium Fiscum?*

29 *Feudum cui applicetur, feudatario effecto foriudicato? & quid in re emphiteuticaria? num.30.*

31 *Ius patronatus an confiscari possit?*

32 *Neapolitanorum foriudicatorum bona non confiscantur, sed applicantur proximioribus in gradu, & nu.33.*

34 *Dominus si vnus erat tempore delicti, & alius sit tempore foriudicationis ad quem eorum, bona foriudicati spectant?*

35 *Bona foriudicati ad quem Dominum spectāt, si sint sita in diuersis territorijs? vsque ad num.39.*

40 *Fiscus, qui occupat bona foriudicati non tenetur soluere interesse hæredibus occisi.*

41 *Debitor soluens creditori suo foriudicato nō liberatur.*

42 *Bona contumacis an spectent ad Fiscum, elapso anno, sed non dum lata contra eum sententia foriudicationis?*

43 *Fiscus an possit reuocare alienationem rerum ante, vel post delictum per delinquentem factam? & nu.44.*

45 *Confiscationis ius quanto tempore præscribatur?*

46 *Foriudicatus restitutus an teneatur soluere debita suis debitoribus? & num.47.*

48 *Fiscus, confiscatis bonis foriudicati, tenetur soluere debita creditoribus dicti foriudicati, & n.46. & 47.*

49 *Bona reperta sæper foriudicatos ad quem spectant?*

50 *Domus foriudicati an possit destrui? & n.51.*

CAP. XVI.

De bonis foriudicatorum confiscandis.

1 LIcet de iure communi bona dānatorum non publicentur, nisi in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, vt in *Auth. bona damnatorum*, C. *de bonis præscript.* & docēt *Guezzin. ad defens. Reor. def.* 8 *cap.* 1. *num.* 3. & *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. q.* 78. *n.* 1. Et licet de iure communi bona delinquentis hęredibus reseruentur, dato, quod delinquens non puniantur præsens, sed absens puniatur. *Nellus de bannitis* 1. *p. secundi temporis, num.* 11. *in fine, vers. si vero bannitus, Guid. Pap. dec.* 437. & *Caphal. cons.* 79. *num.* 11. tamen in Regno nostro Neapolitano bona foriudicatorum confiscantur, vt in *Const. Reg. grādis vtilitas, & in Const. Reg. pœnam eorum*, ibi (*bonis suis, vt præscriptum est infiscatis*) & in *Prag.* 8. & *Prag.* 10. *de exulib.* & docet *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst.* 3. *speciali* 32. *num.* 2. nam

2 vltra illos duos casus positos per *d. Authent.*

Digitized by Google

tbent. bona damnatorum, poteſt imponi confiſcatio bonorum in pœnam alicuius delicti per ſtatutum, vel conſuetudinem. *Caball. reſol. crim. caſu 137: n. 20. cum duobus ſeq. & caſu 237. n. 17.* vbi
3 *caſu 238.* dicit, quod diſpoſitio *d. Auth. bona damnatorum*, non corrigit iura antiqua imponentia pœnam amiſſionis non omnium bonorum delinquentium, ſed partis tãtum, puta dimidiæ, tertiæ, vel alterius quotæ.

4 Et licet de iure communi bona dãnatorum ad mortem ratione contumaciæ ex forma ſtatuti non publicẽtur, vt dicit *Foller. pract. crim. 4. parte 3. partis rub. & ſi confiebuntur, n. 44. & Carter. de exequut. ſent. cap. 1. n. 389.* tamen ſecus eſt in Regno noſtro in foriudicato condemnato in contumaciam, vt diximus, & idem eſſe in ſtatu Eccleſiaſtico, in quo bona dãnati ad mortem in eius contumaciam publicantur, vt teſtatur *Cartar. d. cap. 1. n. 392.*

5 Sed in Regno tunc bona foriudicati applicantur Fiſco, quando ipſe foriudicatus non habet aſcendentes, vel deſcendentes, alias ſi ipſe foriudicatus habeat parẽtes vſq; ad tertium gradum, ipſi parentes ſuccedunt, excluſo Fiſco, præterquam in feudis de nouo quæſitis per ipſum filium poſteà foriudicatum, in quibus parentes non ſuccedunt ſed ſi cum ipſis aſcendentibus concurrant fratres foriudicati, & tunc omnes ſuccedant, excluſo Fiſco, in bonis burgenſaticis, iuxta *Auth. defuncto C. ad Tertull.* & docet *Carrerius pract. crim. tit. de appellationib. ver. ſeptimus caſus eſt, num. 74. fol. mihi 18. à tergo*, vbi dicit, quod in feudis ſolus Fiſcus ſuccedit, excluſis ipſis aſcendentibus, vbi *n. 75.* dicit, quod Monachus connumeratur inter filios, vt ſuccedat Monaſterium, & hoc etiam ſi ipſe Monachus mortuus eſſet ante foriudicationem; ſed foriudicatione ſubſequuta, ſubfeuda non applicantur Fiſco, ſed mortuo foriudicato peruenire debent ad ſucceſſorem, & viuo foriudicato, Curiæ tanquam vni ex filijs foriudicati eſt de fructibus correſpõdendum. *Staiban. conſ. 62 nu. 9.* ſequitur *de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. foriudicentur, n. 35.* & dicam infra *n. 29.* ſi vero foriudicatus habeat vnum filium natum, vel conceptum ante foriudicationem, & habeat bona burgenſatica, & tunc fit diuiſio de dictis bonis, & medietas ſpectat ad filium, & alia medietas ad Fiſcum, ſed ſi foriudicatus habeat duos filios, & tunc fit diuiſio bonorum prædictorũ in tres partes, duæ partes erunt duorum filiorũ, & tertia pars erit Fiſci, quod ſi plures filij ſint, & tunc ſemper Fiſcus eſt loco vnius filij, hæc omnia probantur in *Conſt. Regni foriudicatorum bona*, quod intellige in bonis burgenſaticis ſtabilibus, nam bona mobilia foriudicati ſpectant ad Fiſcum, dato quod foriudicatus habeat filios. *Foller. pract. crim. rub. adnotentur bona contumacis, poſt n. 1. & Affl. in d. Conſt. Regn. foriudicatorum bona, nu. 4. & in Conſt. Regni, ſi quando, per illum tex. n. 10.*

6 Quod ſi diuiſis bonis foriudicati inter Fiſcum, & filios foriudicati, naſcantur alij filij, ipſi non poſſunt petere eorum portionem, ita *Nellus de bannitis in 2. parte 3. temporis n. 10. & Boſſius practica criminali tit. de bonorum publicatione, n. 39.*

7 Et quando decedit pater ab inteſtato, filius foriudicatus non ſuccedit patri, ſed ſuccedunt alij filij. *Foller. pract. crim. rub. foriudicentur nu. 30.* Et Fiſcus nihil poteſt prætendere ſuper iſtis bonis patris filij foriudicati. *Boſſ. d. tit. de bonorum publicatione, nu. 27.* & patre mortuo ab inteſtato poſt bannum filij condemnati in confiſcatione bonorum, Fiſcus non poteſt loco dicti filij aliquid conſequi in dictis bonis etiam quoad legitimam, ita *Caball. reſolut. unic. caſu 264. in princ.* ſed *Conſt. Regni ob filiorum, ver. ſanutem.* dicit, quod in portionem filij foriudicati ſuccedit Fiſcus in bonis patris ipſius filij foriudicati, vnde ſi moriatur pater foriudicati, ſuperſtite ipſo filio foriudicato, & ſorore in capillo, ipſi patri ſuccedit Fiſcus cum onere dotandi ſororem, ſed ſi ſoror ſit dotata, & tunc in totum Fiſcus ſuccedit. *Foller. d. rub. foriudicentur n. 31.* Quod ſi pater relinquat tantum filium foriudicatum, & tunc à fortiori ſuccedit Fiſcus in bonis patris. *d. Conſt. Reg. ob filiorum*, & docent *Foller. pract. crim. rub. adnotentur bona contumacis nu. 20. & Carrerius d. ver. ſeptimus caſus eſt, nu. 78. & ſeq.* nam Fiſcus ſuccedit bãnito, & foriudicato etiam in bonis quæſitis poſt bannum. *Gramat. conſ. crim. 7. nu. 2.* licet contrarium tenẽant. *Boſſ. d. tit. de bonorum publicatione num. 15. & 66. Regens Ronit. rub. de ſent. foriud.*

Digitized by Google

foriud. n.16. Hipp.de Marſ.de bannitis ver. confiſcata,nu.8. Caball.reſol.crim.caſu 264. n.9.& 18.vſq; ad nu.20.& 42.& ſeq.Catal. de indulto,cap.2.n.63. & cap.17.nu.85. cum plurib. ſeq. & Nellus *de bannitis in 1. parte 2.temporis,n.18.* tamen prima opinio eſt vera, *Tartagl. pract.crim.cap.17. poſt n.2.ver.dicunt etiam Doctores.*& vide *Iul.Clar.d.quæſt.78. ver.viterius quæro.*

8 Sed pater præteriens filium foriudicatum eius teſtamẽtum dicitur validum,& non rumpitur,nam filio foriudicato non debetur legitima,cum ipſe pro mortuo habeatur. *Bal.in l. ſi quæ pœna,ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris, & Hipp. de Marſ. pract.crim. §.aggredior, n.88.*licet *Amend.ad Præſ.de Franch. dec.204.n.8.* teneat,quod teſtamentum patris, in quo præterijt filium bannitum,ſit nullum, tamen contrarium tenet *Marcus Antonius Eugenius conſ.69. n.21.& 22.& Cabal.d.caſu 264.num.23.& ſeq.n.39. & 47.*

9 Immo ſi pater filium foriudicatum exhæredat, valet exhæredatio, nam ſola foriudicatio eſt iuſta cauſa exhęredationis, vnde Fiſcus nihil debet habere. *Foller.pract.crim.rub.adnotentur bona contumacis, nu.21.* vbi *num.ſeq.* dicit, quod ſi pater relinquat certum quid filio foriudicato, vt in eo tantum ſuccedat Fiſcus, in hoc caſu Fiſcus poteſt tãtum petere relictum à patre, & non virilem tangentem filio foriudicato; & idem tenent *Curtius iunior conſ.182.nu.4.cum plurib. ſeq. & Caball. d. caſu 264.n.26.* Et quod magis eſt,pater poteſt prohibere in teſtamento, vt filius priuetur hæreditate paterna, & alteri tranſmittatur in caſu, quo ipſe filius delinquat, & eius bona eſſent confiſcanda, & talis prohibitio valet etiam in præiudicium Fiſci. *Boſſ. pract. crim.tit.de bonorum publicatione,nu.30. & ſeq.* & maximè quando pater hoc faciat,vt bona conſeruentur in familia. *l.Imperator vbi Bar. ff. de fideicom. libert.* ſed hoc non procedit quoad legitimam, quæ, tali prohibitione non obſtante, ipſa legitima applicatur Fiſco, niſi pater prohibuerit etiam quoad legitimam,quia tunc in tali caſu prohibitio valet etiam quoad legitimã, vt ita deciſum teſtatur *Maſtrillus dec. 171.* quod eſt notandum,nam regulariter pater non poteſt grauare filium etiam quoad legitimam. *gloſ.in l.precibus, C.de precib.imper.offerend. Affl.dec.38. n.4.Thom.Ferrat.cautela 35.*& Borrel. *conſ. 51.nu.1.*& filius hæreticus poteſt à patre exhæredari. *Carrerius pract.crim.tit. de hæreticis ver.nunc de pœnis,n.35. fol.mihi 278.*

10 Et bona, quæ ſubiacent fideicommiſſo, non veniunt in confiſcatione bonorum. *Iul.Clar.d.quæſt.78 ver.item quæro, & Hipp.de Marſ. de bannitis, ver. confiſcata,n.14.* vbi *n.12.* dicit,quod in generali confiſcatione bonorum non veniunt bona alienari prohibita per teſtatorem, *Iulius Clarus dicto verſic. item quæro.* Et *num.17.* dicit ipſe *Hipp.de Marſ.* ibi,quod cõfiſcatio bonorũ mariti non impedit, vxorem, quin ipſa petere poſſit quartam in bonis ipſius mariti ex diſpoſitione *Auth. præterea, C.vnde vir,& vxor,*& idem tenet *Cabal. reſol.crim.caſu 232. à nu.10 vſq; ad finem;* & an in confiſcatione veniant iura conditionalia,vide *Catalanum de indulto,cap.17.n.94.cum plurib.nu. ſeq.*& quod veniant iura conditionalia in confiſcatione bonorum, tenet *Caball. reſol. crim.caſu 264.nu.2.* vbi *nu.50.ver.quod ſi bannitus, & ver. poſſet,* dat cautelam, vt pater inſtituat extraneum hæredem, & eum grauet de reſtituendo hæreditatem ipſius,filio bannito, quando habuerit gratiam, vel inſtituat filium bannitum ſub conditione, quando habuerit gratiam,pro prima cautela, citat *Durant. de arte teſtandi tit.1. de his, qui non habent factionem teſtamenti cautela* 10.& pro ſecunda cautela, citat *Cepollam cautela 38.n.3. ver.& iſta.*

11 Quod ſi delinquenti ſit delata aliqua hæreditas,ſed nõ dum per ipſum ſit adita,ipſo delinquente poſtea effecto contumace, ipſa hæreditas non confiſcatur,cum illud ius adeundi nõ tranſmittatur ad ipſum Fiſcum, ita, *Nellus de bannitis in 1.parte 2. temporis, n.30.* Immo licet hæreditas patris non adita per filium in poteſtate exiſtentẽ tranſmittatur ad hæredes extraneos ipſius filij. *l.apud boſtes C. de ſuis,& legit. hæred.l.3.C.de iure deliberandi, l.2.§.ſi quis ex liberis ff.ad Trebell. Theſaur. dec.88.& dec.248.nu.11. & Dominus Regens Hector Capyc.latro dec.84.n.7.* tamen ipſa hæreditas non tranſmittitur ad Fiſcum, qui ex delicto filij vult confiſcare bona ipſius filij. *Maſtrill.dec.277.n.22.cum plurib. n. ſeq.* vbi *n.53.* dicit ipſe *Maſtrill.* quod licet dominium rei legatæ trãſeat in legatarium à morte teſtatoris,

Digitized by Google

tamen intelligitur, si agnoscatur, & ante acceptationem non dicitur ius quæsitum, ita vt veniat in confiscatione propter delictum commissum per ipsum legatarium postquam ipsi fuit relictum dictum legatū; sed quod delata hæreditate delinquenti, sequuta confiscatione, jus adeundi transeat in Fiscum, si illud ius adeundi transiret ad extraneos hæredes, alias secus, dicūt *Tartag. pract. crim. cap. 17. post nu. 2. ver. sed quid si delata, & Iul. Clar. d. quæst. 78. ver. sæpè contingit*; & vide *Bossium d. tit. de bonorum publicatione, num. 17. & 74.* sed *Cabal. resol. crim. casu 264. num. 12.* dicit, quod si ante delictum delata sit filio paterna hæreditas, & tempore condēnationis, adhuc illi non se immiscuisset, Fiscus illam prætendere non potest, & *nu. 13.* dicit ipse *Cabal. ibi*, quod si viuente patre, filius delinquat, & mortuo patre, formetur inquisitio, & sequatur condemnatio cum confiscatione bonorum, talis paterna hæreditas non adita per filium, licet ante cōdemnationem delata, tamen non trāsit in Fiscum, sed tutius est, vt talis bannitus repudiet dictam hæreditatē, vt dicit ipse *Cabal.* ibi, nam delinquēs potest repudiare hæreditatem, vel aliquod ius non acquirere in præiudicium Fisci. *Boss. d. tit. de bonorum publicat. n. 29. & de Franch. dec. 101. n. 6.*

12 Quod si quis donat absenti, & Notario acceptante pro ipso absente, si donans post donationem delinquat, & foriudicetur, in hoc casu Fiscus nō potest reuocare dictam donationem, & confiscare bona donata in præiudicium donatarij, vt ita decisum testatur *Thes. dec. 124. & Cabal. resol. crim. casu 207.* Prout idem est in hæredibus donantis, qui neque possunt donationē factā à testatore reuocare antequam donatarius eam acceptauerit. *de Franch. dec. 339.* Et è contrario, neque ius ratificandi transit ad Fiscum, si erat facta donatio alicui absenti, qui postea fuit foriudicatus, si de eius ratificatione non appareat, licet adesset constitutum, & stipulatio Notarij pro ipso donatario absente, ita *Mastril. dec. 277. num. 56.* Et quando donatarius decedit antequam donationem acceptauerit, annullatur donatio, ita vt eius hæredes eam acceptare non possunt. *Paul. de Castro cons. 195. vol. 2. & Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 77. in fine*; sed contrarium tenent *Iul. Clarus, §. donatio. quæst. 13. ver. tertius est casus, & Anna cons. 109.*

13 Sed si donans donauit omnia bona sua alicui cum reseruatione testandi de certa quantitate, si donans antequam disponat, foriudicetur, tunc reseruatum spectat ad Fiscum, & non ad donatarium. *de Franch. dec. 600.* & faciunt scripta per eundem *de Franch. dec. 45.* nisi donans dixerit, quod si decesserit ab intestato succedat in id, quod reseruauerit donatarius, quia tunc donatarius succedit. *Thes. dec. 97. in fine, & Cabal. resol. crim. casu 207. nu. 14. vsque ad finem.* Sed alij tenent, quod si quis donat omnia bona sua præsentia, & futura alicui cum reseruatione testandi de certa quantitate, si ipse donans postea efficiatur bannitus, & moriatur, & de quantitate prædicta reseruata nullam faciat dispositionē, hæres ab intestato ipsius donātis succedit in dicta quantitate reseruata, excluso Fisco, & donatario, vt ita decisum testatur *Mastril. dec. 277.*

14 Et muliere effecta foriudicata, si ipsa sit vidua, etiam eius dos publicatur. *l. si constante. §. fin. vbi DD ff. solut. matrim.* Secus si non sit vidua, & constante matrimonio efficiatur foriudicata, quia tunc eius dos non confiscatur, nisi in quinque casibus. *l. quinque legibus, ff. de bonis damnat. Angel. Aret. de maleficijs, ver. & eius bona publicamus, num. 29. Nellus de bannitis in 1. par. secundi temporis num. 28. Boss. d. tit. de bonorum publicatione, num. 73. Iul. Clar. dicta quæst. 78. ver. quare si bona, & Tartag. pract. crim. cap. 17. post num. 2. ver. publicatis*, vbi dicit, quod quando dos, constante matrimonio publicatur ob illos quinq; casus positos in *d. l. quinque legibus*, nihil reseruatur filijs ipsius mulieris, citat *tex. in l. de bonis, C. de bonis proscript.* Sed si per pactum, vel per statutum maritus debeat lucrari partem dotis, & dos mulieris publicetur, constante matrimonio propter illos quinque casus, & tunc ipse maritus potest agere contra Fiscum, & summatim probare pactū, vel producere statutum, & consequitur à Fisco partem lucri prædictæ dotis. *l. dos, §. à Reo, ff. de iure Fisci*, & docent *Bar. in d. l. quinque legib. Hipp. de Marsi. de bannitis, ver. confiscata, num. 18. & Angelus Aret. d. ver. & eius bona publicamus, nu. 29.* vbi *August. in Add.* dicit, quod in præiu-

dicium

dicium patris dos filiæ foriudicatæ nõ publicatur. Immo puto, vsumfructũ dotis confiscatæ propter delictum vxoris, constante matrimonio, spectare ad maritum, nam ipse, constante matrimonio, est vsufructuarius dotis. *l. dotis fructus. ff. de iure dotium, & l. pro oneribus, C. de iure dotium*, & ideo vsusfructus dotis mulieris foriudicatæ spectat ad maritum, constante matrimonio, vt in simili vidimus, nam nequit publicatur vsusfructus bonorum filij foriudicati, sed ipse vsusfructus ad patrem spectat. *Amendol. ad Prat. de Franch. dec. 102. n. 11.*

15 Publicatis bonis mariti, non publicantur iura dotalia vxoris, vt diximus supra cap. præcedenti. nu. 9. nam delictum mariti vxori nocere non debet in dote. *l. 1. C. ad leg. Iulian. de vi publ. lib. C. de priuileg. Fisci, & toto tit. C. ne vxor pro marito. Cabal. resol. crimin. casu 232. nu. 1.* vnde merito in confiscatione bonorum mariti non venit confiscanda dos vxoris. *l. si quis post hac, vbi DD. C. de bonis proscript. & l. si marito in princ. vbi etiam DD. ff. solut. matrim. & Cabal. d. casu 232. num. 3. vbi num. 4.* dicit, hoc etiam procedere, si publicentur bona mariti propter crimen læsæ Maiestatis, nã adhuc dos vxoris non publicatur. *leg. quisquis, §. vxores sanè, C. ad leg. Iul. Maiest.* & hoc etiam si ipsa vxor sequatur virum de rebellione condemnatum, & hostem Ciuitatis effectum; nam adhuc eius dos non publicatur. *Cabal. d. casu 232. n. 5.*

16 Filiofamil. effecto foriudicato, peculium ipsius filiifam. siue sit profecticium, siue aduentitium, vel castrense, non confiscatur. *l. 3. C. de bonis proscript. & Iul. Clar. d. q. 78. ver. præterea cum duob. ver. seq.* sed *Nell. de bannit. in 1. p. secũdi temporis, nu. 25.* dicit, hoc esse verum in peculio profecticio, & aduentitio, non autem in peculio castrense, quod bene confiscatur, vt dicit ipse *Nellus* ibi, & *Nellum* sequitur *Peregr. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 130. Boss. d. tit. de bonor. publicat. num. 68. & Pascal. de viribus patriæ potest. lib. 1. cap. 3. num. 7.* sed *Tartag. pract. crim. cap. 17. post num. 2. Boss. d. tit. de bonorum publicatione, num. 71. & Foller. pract. crim. sub adnotentur bona contumacis, n. 19.* tenent, quod peculium castrense, neque confiscatur, sed illud spectat ad patrem, & idem tenet *Angel. Aret. dicto ver. & eius bona publicamus, num. 27.* Et à fortiori peculium aduentitium filiiforiudicati non publicatur. *Cascheran. dec. 94. Pascal. d. lib. 1. cap. 3. nu. 36. & Conar. var. resol. lib. 2. cap. 8. post n. 7.*

17 Et è contra, patre effecto foriudicato, peculium filij non publicatur, sed spectat ad filiũ; & hoc siue peculium sit profecticium, siue aduentitium, vel castrense. *Nellus d. 1. par. secundi temporis, num. 26. Angel. Aret. d. ver. & eius bona publicamus, nu. 27. & Boss. pract. crim. d. tit. de bonor. public. n. 71.*

18 Et à fortiori, filio effecto foriudicato, viuente patre, legitima non confiscatur, nam pater, durante eius vita, nõ compellitur dare legitimam filio. *Petrus de Bennitendis dec. 89. num. 2. Bart. & Bal. in Authent si quæ mulier, C. de sacro sanct. Eccles. de Franch. dec. 133. & Riccius coll. 665.* Et filius, vinẽte patre, nullum ius habet in legitima. *leg. post emancipationem, ff. de liberat. legata*, & docent *Guid. Pape dec. 486. & Ricc. d. coll. 665.* Et ideo, filio effecto foriudicato, viuente patre, Fiscus non potest prætendere legitimam à patre. *Cabal. resol. crimin. casu 264. num. 42. & Nellus de bannitis d. 1. par. secundi temporis, num. 33.* vbi *num. 36.* dicit ipse *Nellus* quod pater non tenetur dare Fisco, quod ipse pater teneretur dare filio pro alimentis, confiscatis bonis ipsius filij.

19 Immo si alicui sint relicta alimenta, si postea ipse legatarius foriudicetur, dicta alimenta non publicantur. *Boss. d. tit. de bonor. publicat. num. 72.* nam publicatis bonis malefactoris, alimẽta ipsi debita in Fiscum, ipso malefactore viuente, non transeunt, sed eidem delinquenti debentur. *Alberic. de Rosate de Statut. lib. 3. quæst. 12. Simon de Petris de interpretat. ultimar. voluntat. lib. 4. dubit. 11. num. 12. Nellus d. 1. par. secundi temporis, num. 36. & 48. & Cabal. resol. crimin. casu 222. à num. 1. vsque ad nu. 19.* qui citat *text. in l. qui bonis, ff. de cessione bonorũ, l. pen. ff. de capit. diminut. l. ix cui annua, ff. de alimen. & cibariis leg. & l. si in testamento, ff. de his, quæ pro non scripto habent.* Sed quando condẽnatus habetur pro hoste publico vigore alicuius statuti, & tunc ipsi alimenta non debentur. *Bart. in quæst. 1.* & idem est si vigore statuti condemnatus possit impunè offendi, nam tunc ipsi non debentur alimenta. *Cabal. d. casu 222. num. 21. & 26.* vbi dicit, quod bãnitus in ære, & persona habetur pro mortuo, & omnia

etiam

Digitized by Google

etiam de iure communi sibi competentia perdit, & bannitus, qui potest impunè occidi dicitur diffidatus à populo, à quo est bānitus, & dicitur hostis loci, à quo est bannitus. *Carol. Rota in florileg pract. conclus. conclus. 9. post n. 69. ver. bannitus*, & æquiparatur transfugæ, vt dicit ipse *Caball.* vbi supra, sed quia in Regno foriudicatus habetur pro hoste publico, & ab omnibus potest impunè occidi, vt in *Const. Regn. pœnam eorum*. Ideo ipsi foriudicato non debentur alimenta, vt constat ex dictis per *Caball. d. n. 21. 26. & 33.* nam dum in Regno foriudicatus habeatur pro mortuo per *d. Const. Regn. pœnam eorum*, ipsa alimenta extinguuntur, dum ipsa morte extinguantur. *l cum hi §. modus autem ff. de transact. Caball. d. casu 222. num. 5.* Vnde foriudicatus habetur pro mortuo etiam quoad alimenta, vt dixi supra *cap.* præcedenti, *n. 41.*

20 Sed publicatis bonis malefactoris, vsusfructus malefactori debitus venit in confiscatione. *Nellus d. 1. parte 2. temporis, n. 27. & Caball. d. casu 222. nu. 28.* vbi *n. 29. & seq.* dicit, nisi condemnatus pateretur maximam, vel mediam capitis diminutionem, quia tunc vsusfructus extinguitur, & cum proprietate consolidatur, nec dicto vsufructu Fiscus potiretur in vita damnati. *§. sistitur Inst. de vsufructu, & l. corruptionem in fine C. de vsufructu*, sed quando bannitus, & foriudicatus vigore statuti habetur pro mortuo, & reputatur hostis publicus, & impunè offendi, & occidi potest, prout est in Regno nostro per *d. Const. Regni, pœnam eorum*, & tunc, publicatis bonis, vsusfructus foriudicato debitus non publicatur, sed extinguitur, & consolidatur cum proprietate. *Caball. d. casu 222. nu. 42. cum plurib. n. seq.* vbi *n. 46.* dicit, quod si foriudicatus aduersus sententiam foriudicationis restituatur, non recuperat dictum vsumfructum, vt docent *Caball. d. n. 46. & seq. & Mastrill. de indulto cap. 22. n. 133.* & dicam infra *cap. 24. n. 11.*

21 Et pro delictis commissis à filio pater non tenetur soluere pœnam, in qua filius fuit condemnatus etiam de legitima, quæ ad ipsum filium spectat post mortem patris. *Bar. in l. 1. §. si impuberi ff. de collat. bonorum, Bal. in l. fin. nu. 13. ff. de vsuris rei iud.* & docet etiam *Vivius in sylua com. opin. lib. 1. opin. 199. & opin. 401.*

22 Immo si legitima in vita patris filio sit assignata neque potest confiscari propter delictum filij. *Cuccus in tract. de legitima pagina 70. nu. 11. & Anna filius ad eius Genitorem sing. 531.*

23 Sic etiam neque uita, & militia ob delictum filij, viuente patre, potest confiscari, ita *Garzia Mastrillus decisione Siciliæ 165.*

24 Et quod si publicentur bona filij ob aliquod delictum, non publicetur legitima, viuente patre, dicit *Amend. ad Præs. de Franch. dec. 102. nu. 13.* sed si filius committat crimen læsæ Maiestatis, & tunc legitima debet assignari filio à suo patre, quæ legitima deinde Fisco applicatur, quod intellige, si ipse filius non habeat filios, alias legitima in præiudicium filiorum non cōfiscatur. *Surdus dec. 167. & dec. 314.* sic etiam in statu Ecclesiastico pater pro delicto filij tenetur assignare legitimā ipsi filio, vt in Bulla *Pij Quarti* 32. & tale statutum valere, dicit *Caball. resol. crim. casu 250. nu. 1.* vbi *n. 4. cum plurib. nu. seq.* dicit, quod si statutum dicat, quod pro delicto filij capi possit legitima filij ei debita in bonis patris viuentis, vt capi possit legitima filij est necesse, vt pro delicto sit conuictus per veras probationes, secus si ipse filius in cōtumaciam sit cōdemnatus, quia tunc legitima capi nō potest, nisi statutum dicat, quod pater teneatur soluere condemnationem filij vsq; ad legitimam, quia tunc pater tenetur, dato quod filius in contumaciam sit condemnatus, citat *Ixl. Clarum pract. crim. §. fin. quæst. 86. ver. sed quæro numquid*, & ipse *Caball. d. casu 250. n. 9. cum plurib. nu. seq.* dicit, quod tale statutum non procedit contra patrem, quando filius fuit condemnatus propter delictum commissum extra territoriū statuentis, & ipse *Caball.* ibi ponit alias quæstiones circa dictum statutum. Sed ipse *Caball. casu 264. n. 10.* dicit quod, filio capitaliter damnato cum confiscatione bonorum, pater non cogitur ad dandam legitimam Fisco, etiam quod statutum vellet, patrem teneri ad soluendam condemnationem filij.

25 Et è contra si bona patris confiscātur propter eius delictum, legitima debet solui filio per Fiscum, etiam patre viuente. *Thes. dec. 104. & dec. 198. Iulius Clarus d. quæst. 78. ver. videndum est. & Riccius coll. 105. & coll. 665.* & non solum

solum Fiscus, confiscatis bonis patris tenetur dare legitimam filijs, sed etiã tenetur dotare filias. *Petrus de Benitendis dec.91. Boss.d.tit.de bonorum publicatione,n.9.& Hipp.de Marsi.de bannitis,ver. confiscata,n.*15.sed in Regno,patre foriudicato, Fiscus succedit vna cum filijs foriudicati pro æquali portione, vt dixi supra in princ.huius*cap.n.*5.

26 Scias quod si non constat de corpore delicti, Iudex non potest deuenire ad confiscationem bonorum. *Plotus cons.20.n.2.& Guazzin.ad defensam Reorũ def.4.cap.1.n.20.*

27 Aduerte, quod quando venduntur bona foriudicati per Fiscum, si non inueniatur iustus emptor,consanguinei foriudicati, vel Vniuersitas, vbi bona sita sunt,compelluntur emere pro iusto pretio dicta bona, vt desumitur ex *prag.*10. §.3.*in fine de exulib.*& tale statutum adesse in statu Ecclesiastico, testatur *Cantarius de exequutione sententiæ cap.*1.*n.*392.*cum duobus n.seq.*

28 Aduerte etiam, quod si vassallus alicuius Baronis committat aliquod delictum,propter quod bona eius cõfiscantur, dicta bona applicantur Baroni,& non Regio Fisco,& hoc etiam si ipse vassallus committat crimen hæresis. *Guid.Pap.dec.*76. *Boss.pract.crim. tit.de hæreticis,nu.*34.*& Amend.ad Pras.de Franch.dec.*102.*nu.*9. Nisi ipse vassallus committat crimen læsæ Maiestatis humanæ,vel falsæ monetæ,quia tunc eius bona applicantur Regio Fisco, & non Baroni. *Boss.pract.crim.tit.de pœnis,nu.*28.*& Capibl.de Baronib.tom.*2.*cap.* 40.*nu.*1.licet contrarium teneant *Foll. pract. crim. rub.audiantur excusatores post nu.*132.*& Thes.dec.*266.*post n.*7.sed *Catalan.de indulto cap.*16.*num.*96. dicit,quod vbi fit mentio de publicatione bonorum, intelligi debet, bona illa publicanda Fisco,& non Baroni, sed quod in bonis foriudicati per Curiam Baronalem succedat Baro, & non Regius Fiscus,dicit *Carrerius pract.crim.tit. de appellatione, ver. septimus casus est,n.*82. *fol. mihi* 18. *à tergo*; licet *Affl. in Const. Reg. pœnam eorum,n.*16. dicat,quod bona foriudicati per Curiam Baronalẽ applicantur Regi, nisi ipse Rex concesserit Baroni confiscationem bonorum,quia tunc applicãtur Baroni.

29 Sed quæritur, & primo,an feudatario effecto foriudicato,feudum applicetur Fisco, vel reuertatur ad Dominum? hanc quæstionem de iure communi examinat. *Nellus de bannitis in* 1. *parte* 2.*temporis,n.*23.*Boss.d.tit.de bonorum publicatione,n.*19.20.53.*&* 54. latè *Regens Rouit.in rub.de sent.foriud.n.*17.*cum plurib. nu.seq.& Caball.resolut.crim.casu* 182.sed in Regno, si feudum sit quaternatũ, quod possidetur in capite à Rege; & tunc si foriudicatus habet filios impuberos Regia Curia prouidet eos de balio, ac si mortuus esset eorum pater,& viriliter diuiduntur fructus ipsius feudi inter Fiscum, & dictos pupillos,durante vita patris foriudicati; eo vero mortuo,omnes fructus percipiuntur per ipsum balium, & finito baliato, & mortuo dicto patre foriudicato, naturaliter omnes fructus reintegrantur dictis filijs. *Const. Regn.si quando,*& docet *Foller.pract.crim rub.adnotentur bona contumacis,nu.*1.*circa finem,* si vero foriudicatus non habeat descendentes,sed habeat tantum ascendentes, & tunc bona feudalia ipsius foriudicati non spectant ad ipsos ascẽdentes, sed ad Fiscum, vt diximus supra in hoc *cap. n.*5. & est *tex.de iure Regni, in Const. foriudicatorum bona*, sed si foriudicatus habeat subfeudũ, quod tenet à Barone, si ipse non habeat filios,neq; parentes, illud subfeudum reuertitur Baroni,à quo habuit.& nõ Regiæ Curiæ,si vero habeat filios,Fiscus Regius habebit ratam fructuum dicti subfeudi, tanquam unus filius, uiuente dicto foriudicato, ut in *d.Cõst. Reg.si quando,*& docet *Foller.*ubi supra, & dixi supra in hoc *cap. d.n.*5.

30 Et emphiteuta effecto foriudicato, res emphiteuticaria confiscatur, & fructus ipsius rei spectant ad Fiscum, uiuente dicto emphiteuta, soluto tamen canone Domino directo, & post mortem foriudicati dicta res emphiteuticaria reuertitur ad ipsum Dominum directum, ita *Nellus de bannitis d.*1.*parte* 2.*temporis, n.*24.

31 Secundo quæritur, an ius patronatus possit confiscari?& dicas quod nõ. *Guid. Papæ dec.* 374. *& Riccius coll.* 2159. nam publicatis bonis, non uenit in ipsa confiscatione ius patronatus. *Angel.Aret.de maleficijs d.ver. & eius bona publicamus,nu.*15.& ibi *August.n.*17.de quo latè *Lambertinus de iure patronatus in octaua principali quæst.art.*7. *per totum*; & an propter rebellionem in dominum temporalem ius patronatus Ec-

clesiæ

cleſiæ poſſit confiſcari,& negatiuam, & affirmatiuam opinionem refert *Anna in ſing. 290.* ubi *ſing. 291.* dicit, quod ius patronatus de per ſe non confiſcatur, ſed ſi eſſet cum vniuerſitate feudi, confiſcatur, confiſcato feudo, citat *cap. cum ſæculum de iure patron.* ſed dicit ipſe *Anna d ſing. 291.* quod fuit deciſum, ius patronatus poſſe confiſcari in vtroque caſu, & licet *Cabal. reſol. crim. caſu 40.* dicat, quod in confiſcatione omnium bonorum laici facta per Iudicem ſæcularem non veniat ius patronatus Eccleſiæ dicto condēnato competens, ſed ipſa Eccleſia remaneat libera ſub Epiſcopi poteſtate, tamen idem *Cabal. ibi in fine, num. 9.* dicit, quod in aliquibus locis non vulgaribus ſeruatur, quod in Fiſcum trāſit hoc ius patronatus, & ipſe Fiſcus vtitur dicto iure patronatus, & in vita condemnati, & etiam eo mortuo, & *Iul. Clar. d. q. 78. ver. quæro modo,* dicit, quod aut ius patronatus eſt tranſitorium etiam ad extraneos hæredes; & tunc tranſit ad Fiſcum, aut vero non eſt tranſitorium in extraneos hæredes, & non tranſit ad Fiſcum, ſed reſtitutus ad bona alienata recuperat ius patronatus, quod propter bannū amiſerat, & proximiori cōſanguineo fuerat acquiſitum. *l ſiuè libertas, ff. de in re patronat. Maſtril de indulto cap. 22. n. 89.*

32 Tertio tu ſcis, quod p ſpeciale priuilegium bona Neapolitanorum nō confiſcantur, niſi pro crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, vt in *Prag. 3. de immunit. Neap. in impreſſione facta de anno 1633.* Quæritur, an Neapolitano effecto foriudicato, eius bona publicentur? & dicas, quod non. *Affl. in Conſt. Regni foriudicatorum bona: num 6.* Sed tamen, Neapolitano effecto foriudicato, ſtatim ipſe priuatur omnibus ſuis bonis, & dicta bona applicantur proximioribus in gradu. *de Franch. dec. 213. & dec. 563. num. 1. & Regens de Ponte conſ. 69. num. 6. cum plurib. numeris ſeq.*

33 Immo ſi ipſe Neapolitanus poſt sēntentiam foriudicationis procreat filios, ipſi filij excluduntur, & alij proximiores ſuccedunt in bonis dicti foriudicati. *Boſſ. d. tit. de bonor. publicat. n. 39. & D. Præſ. de Franch. in dec. 102.*

34 Quarto quæritur quid ſi quis committat delictum tempore vnius Domini, & poſtea feratur ſententia foriudicationis tempore alterius domini, puta ſi iuriſdictio vendatur, an bona foriudicati ſpectant ad dominum, qui erat tempore delicti, vel ad dominum, qui erat tempore ſententiæ foriudicationis? & videtur dicendum, quod bona foriudicati ſpectant ad dominum ſecundum, qui eſt dominus tempore ſententiæ foriudicationis, & non ad primum dominum, qui erat dominus tempore commiſſi delicti, ita *Guid. Papa dec. 535. Bertazzol. conſil. 114. par. 2. Bald. in l. fin. C. de fruct. & litium expenſ. & Regens Rouit. dec. 91. nu. 30.* nam pœna non acquiritur Fiſco, niſi poſt ſententiam, & non antea. *Capibl. de Baronib. tom. 1 ſuper Prag. 4. num. 73. & ſeq.* & hoc etiam ſi ipſo iure pœna ſit impoſita. *Molina de iuſt. & iure, quæſt. 95. & Capibl. tom. 2. cap. 38. nu. 12. & ſeq.* Vndè licet bona hæreticorum propter crimen hæreſis dicantur confiſcata ipſo iure. *cap. cum ſecundum de hæret. in 6.* tamē debet præcedere Iudicis declaratio, vt hæreticorum bona capi poſſint per Fiſcum. *Bellam. dec. 689. & Roſſ. pract. crim. tit. de hæreticis, num. 26.* & ipſa bona hæreticorum per Fiſcum non poſſunt vſucapi, quouſque Iudex Eccleſiaſticus non declarauerit ipſum eſſe hæreticum. *d. cap. cum ſecundum, de hæret. in 6.* Sed quod bona foriudicati ſpectant ad primum dominum, qui erat dominus tempore commiſſi delicti, & non ad dominum, qui erat tempore ſententiæ foriudicationis, tenent *Tiraquel. de retractu conuentionali, §. 7. gloſ. 4. verſ quid ſi ſint fructus iuriſdictionis, num. 10. & ſeq. Pereg. de iure Fiſci lib. 6. in fine, num. 44. Rolandus à Valle conſil. 72. vol 4. Menoch. de præſumpt. lib. 6. cap. 17. nu. 8. Baiard ad Clarum, §. fin. quæſt. 78. num. 114. de Franch. dec. 76. num. 12. Boſſus pract. crim. tit. de pœnis, num. 22. Maſtril. deciſ. 12.* pulchrè diſtinguit *Cabal. reſolut. crim. caſu 267.*

35 Quinto quæritur quid ſi quis committat delictum extra ſuum domicilium, & habeat bona tàm in loco delicti, quàm in loco ſui domicilij, & ipſa territoria ſint diuerſorum dominorum, cui Fiſco bona prędicta applicentur, ſi ipſe delinquens efficiatur foriudicatus? & dicas, quod bona exiſtentia in territorio domicilij Rei cōfiſcantur per Iudicem ipſius domicilij, & bona exiſtentia in territorio loci delicti confiſcantur per Iudicem loci deli-

Digitized by Google

delicti. *Rebuffus in l.2. ff. de verbor.signif. Nellus de bannitis d.1.par.secundi temporis, num.17. Thes.dec.266.post num.7. Reg.Rouit. rub.de sent. foriud. num. 26. Iul. Clar. dicta q. 78. ver. sed hic quaro, Donat. Ant. de Marinis quotid.quæst.cap.35. num.2.* sequitur *Danza de pugna DD. tom.2. tit. de armatione per campaneam, cap.7. num.21.* Et creditores delinquentis agunt cõtra Fiscos confiscantes pro eorum creditis pro rata bonorum possessorum per ipsos Fiscos confiscantes, & non insolidum. *Cabal.resolut.crimin.casu 266.num.11. & seq. & Regens Rouit.d.rub. de sent.foriud num. 26.* quod intelligo, si creditores ipsi habeant personalem actionem, alias si hypothecariam, & tunc agunt insolidum contra possessores. *argum l.2.C.de hæred.act. & l.2.C.si vnus ex plurib. hæred.* ita *Ancharan. q.25. lib. 2.* Sed, quod licet creditores habeant hypothecariam actionem super bannis debitoris condemnati nõ agant insolidum contra plures, & diuersos Fiscos confiscantes, sed agant pro rata bonorum possessorum per ipsos Fiscos confiscantes, tenet *Cabal. d. casu 266. à num.7. cum plurib. num.seq.* Intellige quando bona vnius territorij sufficiunt, alias si non sufficiunt, & tunc ne creditoribus iura eorum pereant, est eis satisfaciendum de bonis sitis in alio territorio, prout ita pluries concluſum, & seruatum, testatur *Iul.Clar.d.q.78. ver sed quæro.*

36 Sed in tantum Iudex domicilij potest confiscare bona existentia in suo territorio, in quantum sit probatum delictum in sua Curia, & non sufficit, delictum esse probatum in Curia loci delicti. *Reg. Rouit. Prag. 1. n. 12. de bonis proditorum.*

37 Et licet aliqui teneant, quod bona mobilia etiam existentia extra iurisdictionem Iudicis loci delicti confiscantur per ipsum Iudicem loci delicti, prout tenent *Caranit ritu 132. nu.4. Cabal. resol.crim.casu 268. in princip. & de Nigris in cap. Regni, siue quis, post num 21.* tamen veritas est, quod siue bona sint stabilia, siue mobilia semper applicatur Fisco Iudicis loci, vbi ipsa bona reperiuntur. *Iul.Clar. pract.crimin.§.fin. quæst.78. ver sed hic quæro,* sequitur *Capiblanc.tom.2.cap.40. n.2.*

38 Et an, & quando confiscatio bonorum delinquentis trahatur ad bona extra territorium confiscantis posita, & vbi ad ea trahitur an spectent ad dominum confiscantem, an vero ad dominum territorij, in quo sita sunt, vide *Cabal. resol.crim. casu 138.* & annui census, & nomina debitorum delinquentis existentia extra territorium Iudicis confiscantis an spectant ad Iudicem confiscantem, vel ad Iudicem territorij, vbi sunt dicti annui census, & nomina debitorum, vide *Caball. d. casu 268.*

39 Et sententia foriudicationis si sit lata per Regios Superiores, bona burgensatica, quæ foriudicatus habet in terra Baronis, cui applicentur Baroni, in cuius territorio sita sunt, vel Fisco Regio propter sentẽtiam regiam? vide *Pereg.de iure Fisci lib.5.tit.1.nu.139. & Nattam conſ.580.in 2 dubio,to.2.* quos citat *Reg.Rouit.rub.de sent.foriud.nu.30.*

40 Sexto, tu scis, quod homicida tenetur ad interesse hæredibus interfecti, vt dixi in Tract.de Foro compet.cap. 50. quæritur an, confiscatis bonis homicidiarij, Fiscus teneatur ex dictis bonis confiscatis soluere dictum interesse hæredibus occisi? & *Iul. Clar. §. homicidium, vers.tenetur etiam, in fine,* dicit, quod de iure Fiscus tenetur, sed hoc in practica malè seruatur; sed tu dicas, quod quando bona confiscantur propter sententiam foriudicationis, Fiscus non tenetur soluere interesse hæredibus occisi ex bonis confiscatis, nam ex ficta confessione, quæ resultat ex contumacia inquisiti vigore statuti, ipse inquisitus nõ potest condemnari ad interesse parti, ita *Foller.pract.crim.in 4.par.3.partis, rub.& fœnsitebuntur, num.40. & Cartar.de exequut.sent.cap.1.num.394. & seq.* & dixi supra cap.13. num. 21. Ergo si non potest condemnari, Fiscus non tenetur.

41 Septimo, quæritur, quid si debitor soluat suo creditori postea foriudicato, an liberetur? & dico, quod dum in Regno bona foriudicatorum publicentur, vt supra dixi, ipse debitor non liberatur. *Bar.in l.fin.§.fin.ff de requirẽd. Reis, & Nellus de bannitis in 3.par.secundi temporis, nu.57.*

42 Octauo quæritur, quid si sit elapsus annus à die banni, sed non sit lata sententia foriudicationis an bona contumacis post dictum annum absq; sententia in Fiscum deferantur? & *glos. & Affl.in Const. Reg. pœnam eorum,* tenent, quod sic sequitur *Reg. Lanarius conſ.45.*

Digitized by Google

num.1. Regens Rouit.rub.de sent.foriud.post num.19. & de Franch. decis.213. num.27. Vnde ipse *Reg.Rouit.d.rub.de sent.foriud. num.5.* dicit, quod Fiscus post annum potest capere bona adnotata propria auctoritate, non reperto contradictore, alias contradictor est audiendus, sed ego puto contrarium esse verum, nam tunc bona foriudicati applicantur Fisco, quando in sententia foriudicationis sit dictum, vt bona foriudicati applicentur Fisco. *de Franch.dec. 213.nu.19. Regens Rouit.d.rub.de sent.foriud.n.23.& Angel.Aret.de maleficijs d.ver. & eius bona publicamus,nu.3.* ergo à fortiori quando non est lata sententia foriudicationis, bona contumacis nō confiscantur; vnde si contumax decedat post dictum annum, non dum lata contra eum sententia foriudicationis, ipse Fiscus non potest agere contra hæredes contumacis pro confiscatione bonorum dicti contumacis. *Nellus de bannitis in 2.part.3.temporis,n.7.* & faciunt dicta per *Regentem Lanarium cons.43.n.1.& cons.93.nu.7. & per Caball. resol.crimin.casu 298.à n.32.vsq; ad finem*; nisi pro delicto à defuncto commisso sit imposita pœna publicationis bonorum ipso facto, & iure incurrenda post factum delictum, quia tunc potest agi contra hæredes defuncti delinquentis ad confiscationem bonorum. *l.ex iudiciorum,ver.adeo ff.de accusat. & l.Caius ff.ad Senat.Cons.Sillan.* & docet *Iul.Clar.pract.crim. §.fin.quæst. 51. vers.scias etiam*, & hoc procedit dato, quod lis non esset contestata cum defuncto delinquente, nam adhuc potest agi contra eius hæredes ad publicationem dictorum bonorum. *Regens Rouit.dec.64.n.10.cum plurib.nu.seq.* & vide *Guazzinum ad defensam reorum def.33. cap.26.in princ. Thes.dec.144. Catalanum de indulto cap.17.n.56.& seq.& Caball resol.crim.casu 298.*

43 Sed si delinquens alienat bona sua ante, vel post delictum, Fiscus non potest reuocare dictam alienationem, tanquam in fraudem factam. *Regens Rouit.d.rub.de sent.foriud.n.15.* Et quando alienatio est facta post commissum delictum antè sententiam titulo oneroso, ipsa alienatio valet, & non reuocatur, quando non apparet, contrahentem fuisse participem fraudis, & publicatio bonorum non sit imposita ipso iure. *Iul.Clar.d.quæst.78.ver.cæterū,* & in statu Mediolanensi publicatio bonorū cēsetur fieri à die cōmissi delicti, licet postea requiratur iudicis declaratio, & ideo in dicto statu Mediolanensi, alienationes factæ etiam ante condemnationem non valent. *Boss.d. tit.de bonorum publicatione, num.44.& 76.* vnde dum bona hæreticorum dicantur confiscata ipso iure, commisso delicto. *cap.cum secundum de hæret.in 6.* emēs bona prædicta ab hæretico ante sententiam declaratoriam, licet bona fide emat, tamen potest à Fisco molestari, illo declarato hæretico. *Surd.dec. 247. Riccius coll.568. & Caball.resol.crim. casu 295.* licet contrarium teneat *Thes. filius dec.40.part.1.* tamen prima opinio est vera, licet debeat præcedere iudicis declaratio, vt bona hæreticorum capi possint per Fiscum. *Boss.tit.de hæreticis,n.26.& Caball.d.casu 295.n.1.vsq; ad nu.4.* vbi *nu.45. vsq; ad finem*, dicit, quod bona alienata antè sententiam, vel ante cœptum iudicium in delictis occultis non reuocatur, vt dicit ipse *Caball.* ibi.

44 Et alienatio facta à delinquente, ante commissum delictum valet, si non interuenit fraus, alias si interuenit fraus, licet alienatio non irritetur, potest tamen à Fisco reuocari, restituto prius pretio. *Iul.Clar.d.quæst.78.ver. solet. Tartagl.pract.crim.cap.17.post nu.2. ver.an autem alienatio,* latè *Boss.d.tit.de bonorum publicatione,n.43.cum plurib.n.seq. & Catalanus de indulto cap.17.nu.116. vsq; ad num.129.* Sed contumax non potest alienare bona adnotata intra annum. *Foller.pract.crim.rub.adnotentur bona contumacis,nu.5.* & à fortiori si delinquens alienat post sententiam, alienatio non valet. *Iul.Clar.d.quæst.78.ver.si verò alienatio.*

45 Nono quæritur, quanto tempore præscribatur hoc ius publicationis, seù confiscationis? & dicas, quod præscribitur per quinquennium. *Catalan. d.cap.17.à n.152. vsq; ad finem.*

46 Decimo, quid si lata sententia foriudicationis cum publicatione bonorum foriudicati fiat ædictum, quod si aliquis aliquid prætendat super dictis bonis cōfiscatis compareat infra certum tempus, alias termino elapso, amplius non audiatur, & via vlterius petendi præcludatur, prout in Regno prætendens aliquod ius super bonis confiscatis propter rebellionem, si sit

præsens

Digitized by Google

præsēs in Regno debet infra annum, & bimestre tempus comparere, & sua iura allegare, si vero sit absens à Regno, & tunc infra biennium debet comparere, alias dicto termino elapso amplius non auditur. *cap. Reg & si frequenter*; quæritur, si elapso dicto termino, foriudicatus sit restitutus etiam quoad bona confiscata, an creditores, qui non comparuerunt infra dictum tempus possint agere contra ipsum restitutum? & dicas, quod non. ita *Caball. resol. crim. casu 233.* nam debitor cuius bona confiscata sunt propter delictum, liberatus est ab omni ære alieno, nec à creditoribus molestari potest. *l. si debitor C. de fideiuss. Gramat. dec. 85. n. 5. & 6.* sed Fiscus ipsis creditoribus satisfacere tenetur. *l. si marito in princ. ff. solut. matrim. l. 2. C. ad leg. Iul de vi publ. Caball. resol. crim. casu 266. n. 2.* & tenetur ipse Fiscus dictis creditoribus quatenus bona publicata sufficiant, & non vltra. *Caball. resolut crim. casu 234. n. 3.* & hoc etiam non confecto inuentario. *l. 1. §. an bona vbi Bar. & l. non possunt ff. de iure Fisci, Guid. Pap. dec. 333. & dec. 571. Boss. pract. crim. tit. de Fisco, nu. 64. Iul. Clarus dicta quæst. 78. ver. vnum scias. & Cabal. d. casu 266. nu. 3. & seq.* Immo si debitor, cuius bona fuerunt confiscata, reddat postea in gratiam, neq; tenetur ad antiqua debita, & neq; molestari potest à prioribus creditoribus etiam in bonis postea quæsitis, quæ dicuntur quæsita per nouum hominem. *l. tutor filiorum C de sent. passis, Caball. d. vsu 214. nu. 4. & seq.* nisi ipse debitor recuperaret bona omnia confiscata, quia tunc ad debita antiqua tenetur. *d. l si debitor, & d. l tutor filiorum, Caball. d. casu 234 nu. 7.* sed fideiussores debitoris cuius bona sunt confiscata non liberantur, sed ipsi fideiussores à priuatis creditoribus conueniri possunt. *l. si vero in princ. ff. qui satisd. cogant. l. capitis rei ff. de fideiuss. l. 1. C. eod. tit. de fideiuss.* & docet *Caball. d. casu 234. nu. 12. & seq.* vbi *nu. 14. & seq.* dicit, quod isti fideiussores possunt solutum à Fisco, penes quem sunt bona debitoris, repetere, qui Fiscus tenetur dictos fideiussores indemnes conseruare, quemadmodum debitor ipse tenebatur, dūmodo tamen bona sufficientia extāt, quia Fiscus non tenetur vltra vires bonorum, sed si ipse debitor erat debitor Fisci, & tunc, publicatis bonis ipsius debitoris, fideiussores liberantur. *Caball. d. casu 234. n. 20. cum plurib. nu. seq.* Et Fiscus non potest de bonis confiscatis satisfacere creditoribus condemnati in nominibus debitorum, quæ fuerunt dicti debitoris, & ipsa dare in solutum, & pro soluto, pro concurrenti quantitate debiti. *Caball. resol. crim. casu 66. n. 3. cum duob. nu. seq.* vbi *nu. 6.* dicit, secus esse in Statu Florentino, in quo contrarium est determinatum per particulare statutum.

47 Sed, quod confiscatis bonis, si Fiscus dedit terminum ad comparendum creditoribus illius, cuius bona fuerunt confiscata, & ipsi creditores non comparuerunt, si inquisitus postea sit aggratiatus etiam quoad bona confiscata, ipse aggratiatus teneatur suis creditoribus; tenet *Mastrill. de indulto cap. 20. n. 65. & seq.* vbi *nu. 63.* dicit, quod indultatus etiam quoad bona confiscata, tenetur suis creditoribus, & ab illis conueniri potest, citat *tex. in l si deportationis & in l. si debitor C. de sent. passis*, & ipse *Mastrill. d. cap. 20. n. 70.* dicit, quod restitutus tantum quoad pœnā, & non quoad bona non tenetur suis creditoribus, citat *tex. in l. tutelas, §. fin. ff. de capitis diminut. & num. 72.* dicit ipse *Mastrill.* ibi, quod restitutus etiam quoad bona non recuperat subfeudum, quia illud Baroni fuit applicatum. Et *num. 75.* dicit ipse *Mastrill.* ibi, quod restitutus ad bona dicitur quoque restitutus ad onera illis annexa, & ad illa tenetur.

48 Et confiscatis bonis, ex dictis bonis confiscatis deducendum est æs alienum. *l. non possunt ff. de iure Fisci, Tartagl. pract. crim. cap. 17. n. 2. circa finem, & Bossus pract. criminali tit. de bonorum publicatione n. 11. & 23.*

49 Vltimo quæritur an bona reperta super foriudicatos tempore, quo carcerantur, vel bona reperta in eorum domibus sint capientium, vel spectāt ad Fiscum dicam infra *cap. 21. n. 9.*

50 Sed aduertas, quod domus foriudicatorum possunt destrui. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento, pati. quæst. 3. speciali 33. n. 1.* vbi *n. 2. & 3.* hoc ampliat etiam si ipsa domus sit alteri hypothecata, vel si sit communis cum alio, sed quod non procedat quando domus est alteri hypothecata, dicit *Capoll. cautela 151. & Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. in princ. n. 36.* & idem te-

Digitized by Google

net *Angel. Aret. de maleficijs d. ver. & eius bona publicamus, n.* 18. vbi *nu.* 19. *& seq.* dicit, quod neque debent deuastari fructus, quos colit colonus, vel si ipsi fructus sint pignorati, uel uenditi, & quando domus foriudicati debeat destrui, si ipsa sit cõmunis cum aliquo, & tunc fit diuisio, & pars superior cõsignatur foriudicato, & illa destruitur, & pars inferior est consocij, & nõ destruitur. *Angel. Aret. d. ver. & eius bona publicamus, n.* 21. *& de* Nigris *in cap. Regn.* 13. *n.* 83. ubi *nu.* 84. dicit, quod ipsa domus destructa propter delictum non potest amplius reædificari absq; licẽtia Superioris.

51 Sed tunc domus, & possessiones bannitorum destruuntur, quando ipsi banniti, & foriudicati imposuerunt ignem, uel occiderũt animalia causa extorquendi pecuniam à Dominis rerum combustarum, & animalium occisorum. *prag.* 13 *in princ. & prag.* 14. §. 2. *in fine de exulib.* & antequam fiat destructio domus in casibus permissis, requiritur sententia, qua pronuncietur, domum esse destruendam, immo si ipso iure talis pœna imponatur, adhuc requiritur sententia declaratoria circa hoc, *de Nigris d. cap. Reg.* 13. *n.* 82. *in fine*.

52 Et sententia confiscationis bonorũ non tenet, vbi à lege, vel à statuto nõ sit imposita confiscatio, *Guazzin. ad defensam reorum def.* 35, *cap.* 14. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus de iure communi non potest impunè occidi.*

2 *Foriudicatus in Regno potest impunè occidi, & idem est in Statu Ecclesiastico. n.* 3. *& tale statutum valet. n.* 4. *Immo per statutum potest induci, vt foriudicatus fiat seruus capientis. n.* 5.

7 *Foriudicatus quod possit in Regno impunè occidi ampliatur pluribus modis vsq; ad n.* 45. *Sed limita à n.* 47. *vsq; ad n.* 65.

66 *Probationes, quæ requirantur ad recipere faciendum caput alicuius à quo prætenditur, fuisse commissum delictum, propter quod poterat impunè occidi.*

67 *Consanguineus foriudicati occisi est audiendus, si allegat foriudicatum ipsum non potuisse occidi.*

68 *Caput foriudicati occisi est præsentandum Curiæ, & cui Curiæ? n.* 71. *& fit verificatio dicti capitis, & quomodo fiat? d. n.* 68. *& 69. Et facta dicta verificatione interponitur decretum, quod dictum caput recipiatur, & ponatur in publico. n.* 70.

CAP. XVII.

Foriudicatus potest ab omnibus impunè occidi;

1 LIcet de iure communi bannitus non possit impunè occidi. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento, pati, quæst.* 3. *speciali* 21. *n.* 3. *Catalan. de indulto cap.* 13. *n.* 25. *cum plurib. n. seq. Caball. resol. crim, casu* 61. *in princ. & Iul. Clar. pract. crim.* § *homicidium, ver. plerumque,*

2 tamen in Regno nostro foriudicatus, lecta sentẽtia foriudicationis, ab omnibus impunè offendi, & occidi potest, & occisores præmium consequũtur, vt in *Const. Regni, pœnam eorum, ver.*

3 *quoad omnia, & ver. adeo*, & idem est in statu Ecclesiastico, in quo contumaces capitaliter condemnati possunt impunè occidi. *Ambros. de proces. infor.*

4 *lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 15. & tale statutum permittens, foriudicatum ab omnibus impunè posse occidi, hoc statutum esse validum, testantur *Iul. Clarus d.* §. *homicidium, d. ver. plerumq; de Nigris in cap. Regn. misericordiam, n.* 29. *Viuius com. opin. lib.* 1. *opin.* 290. *Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, vers. septimo igitur nu.* 2. *fol. mihi* 192. *à tergo, Nellus de bannitis in* 1. *parte* 2. *temporis, nu.* 1. *Pascal. de virib. patriæ potest, part.* 4. *cap.* 3. *n.* 3. *Hipp. de Mars. in l.* 1. *nu.* 68. *ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Carolus Rota in florilegio pract. conclus. conclus.* 9. *nu.* 73. *& Caball. de omni genere homicidij n.* 57.

5 Immo potest induci per statutum, vt foriudicatus fiat seruus capientis. *Regens Rouit. rub. de exulib. nu.* 24. *Io. Grandis d. prædicamento, pati, quæst.* 3. *speciali* 28. *n.* 2. *& Nellus d.* 1. *parte* 2. *temporis, n.* 1.

6 Et statuto disponente, vt foriudicatus ab omnibus possit impunè occidi, statutum hoc amplia pluribus modis, &

7 Primo vt occidens foriudicatum non peccet, & non teneatur in foro fori, & in foro poli. *Gramat. in Constit. Reg. pœnam eorum, n.* 40. *Capibl. de Baronib. prag.* 6, *nu.* 28. *Iul. Clar. d.* §. *homicidium, ver. sed numquid, de Nigris in cap. Regn. misericordiam, n.* 30. sed quod occidens foriudicatum teneatur in foro poli, tenent

Regens

Reg. Rouit. rub. de exulib. num. 1. & Hipp. de Marſ. in l. 1. num. 73. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis, & in præct. crim. §. aggredior, nu. 11. vbi *num. ſeq.* dicit, quod occidens foriudicatum infamis efficitur, & idem tenent idem *Hipp. de Marſ. d. l. 1. nu. 74. & Cabal. de omni genere homicidij, num. 64. & ſeq.* Sed tu dicas, quod occidens foriudicatum bono zelo non peccat. *Afflict. in Conſtit. Reg. pœnam eorum, num. 30.* Secus ſi id faciat liuore, & delectatione effundēdi ſanguinem humanum, quia tunc peccat mortaliter, ita *Nellus de bannitis in 2. part. ſecundi temporis, num. 11. Io. Grandis d. prædicamento pati, quæſt. 3. ſpeciali 22. num. 2. Cabal. reſol. crimin. caſu 61. num. 6. & caſu 274. num. 17. & de omni genere homicidiū, num. 61. in fine, Paſcal. de virib. patriæ poteſt. par. 4. cap. 3. num. 4. Carolus Rota in florileg. præct. concluſ. concluſ. 9. num. 70. cum plurib. num. ſeq.* latè *Carauit. Pragm. 1. à num. 84. vſque ad num. 100. de exulib. & Foller. in Pragmat. de foriudicatis, num. 3.* vbi *num. 4* dicit, quod occidens foriudicatum efficitur infamis, ita vt in delictis grauibus non poſſit recipi in teſtem abſque tortura, idem tenent *Cabal. de omni genere homicidij, num. 64. cum dub. nu. ſeq. Monticell. præct. crim reg. 3. num. 44. Paſcal. de virib. patriæ poteſt. part. 4. cap. 3. num. 42. & Vinius d. opin. 290.* Quod poteſt procedere de iure communi, & non in Regno noſtro per *d. Conſt. pœnam eorum.* ibi (*nullam calumniam mernendam*) ergo occidens foriudicatum in Regno non efficitur infamis, vt repellatur à teſtimonio, vel alio officio, *Carrerius præct. crim. tit. de appellatione, verſ. ſeptimus caſus eſt, n. 88. fol. 19.*

8 Secūdo amplia, nam ſi clericus vti laicus ſit foriudicatus à Iudice laico, ipſe clericus foriudicatus poteſt impunè occidi. *Monticell. d. reg. 3. nu. 3. Nellus de bannitis in 1. par. tert. temporis, num. 2. & Reg. Rouit. rub. de ſent. foriud. n. 11. in fin.* Et occiſor dicti clerici foriudicati gaudet indulto. *de Franch. dec. 463. Guid. Papa dec. 459. Blanc. præct. crim. ver. ignorātia, num. 36. vſque ad num. 100. Alex. conſ. 6. num. 5. vol. 7. Bal. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, Graſſus de effect. cler. effect. 1. num. 459. de Nigris in cap. Reg. 12. num. 21. Io. Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæſt. 3 num. 10. & in prædicamento pati. quæſt. 3. ſpeciali 23. num. 2. Riccius coll. 475. citat Maſtrill. deciſ. 39.* licet contrarium teneant *Carauit. Pragm. 1. num. 111. de exulibus, & Cabal reſol. crimin. caſu 60.* Sic etiam è contra ſi bannitus clericus interficiat bannitum laicū, adhuc non punitur, & gaudet indulto. *Hipp. de Marſ. cōſ. 11. Rice. dec. 97. par. 2. & Io. Grandis d. prædicamento pati, quæſt. 3 ſpeciali 23. nu. 1. & ſeq.* Quod ego intelligo procedere, quando clericus fuit foriudicatus à Iudice laico in caſu, in quo ipſe Iudex laicus poterat procedere contra clericum, nam tūc clericus ipſe interficiens alium bannitum gaudet indulto in foro ſæculari. Io. *Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis, quæſt. 3. num. 9. Reg. Rouit. Pragm. 5. num. 48. de abolit. & Carauit. Prag. 1. num. 117. de exulib.* Secus ſi clericus ipſe eſſet bannitus, & foriudicatus à Iudice laico pro cauſa ſpectante ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia tunc ipſe clericus bānitus à Iudice laico gaudet indulto interficiens alium bannitum in foro laicali, ſed non in foro Eccleſiaſtico, nam à Iudice Eccleſiaſtico poteſt puniri, ita *Carauit. Prag. 1. num. 117. de exulibus, & Graßus dicto eff. 1. num. 259.* & indultum conceſſum à Principe comprehendit clericos inquiſitos in Curia ſæculari, quando clericus eſt inquiſitus pro delicto, pro quo poteſt cognoſci à Iudice laico, alias ſecus *Maſtril. de indultu cap. 3. n. 13. vſque ad num. 20. & cap. 29. num. 16.*

9 Et quod dixi interficientem clericum bannitum, & foriudicatum à Iudice laico vti laicum non puniri, cōfirmo ratione, nam licet foriudicatio facta à Iudice laico contra clericum ſit nulla, vt dicit *Graſſus d. eff. 1. nu. 357. & num. 466.* tamen quando quis interficit nulliter foriudicatum, ſi tamen ignorat de nullitate non punitur. *Boſſ. præct. crim. tit. banniti quid omittant, num. 3. Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. maior eſt dubitatio, Monticell. d. reg. 3. num. 7. & 18. cum duob. num. ſeq. & Riccius coll. 291. in fine,* licet contrarium teneat *Afflict. in Conſtit. Reg. pœnam eorum, num. 28.* & ibi *Gramat. num. 42. & Vinius com. opin. lib. 1. opin. 290. in quarta limitatione,* tamen prima opinio eſt vera. *Nellus in d. 1. par. tertij temporis, num. 2. & Carrer. præct. crim. tit. de homicidio, verſ. ſeptimo igitur, num. 6. fol. mihi 193. vbi num. 15.* dicit, quod occidens iniuſtè bannitum non punitur pœna ordinaria, ſed punitur pœna extraordinaria, & idem tenet *Carter. de exequm. ſent. cap. fin. num. 13.* ſed *Hippol. de Marſ.*

Marſ. in l. 1. num. 6. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, num. 6. dicit, quod occidens nulliter bannitum punitur pœna homicidij, dato, quod extet ſtatutum, vt bannitus poſſit impunè interfici, & maximè quando occidens ſcit nullitatem banni, & *num. 9.* dicit ipſe *Hipp. de Marſ. in d. l. 1.* quod occidens bannitum, qui non poterat banniri, ipſe occidens excuſatur, ſi ignorabat, quod non poterat banniri; & vide *Cartar. d. cap. fin. num. 147.* vbi poſt *num. 308.* dicit ipſe *Cartar.* ibi, quod ſi foriudicatus poſt ſententiam foriudicationis efficiatur Monachus non poteſt impunè occidi à priuato, citat *Guid. de Suzar. conſ. 100. & Camill. Gallin. lib. 7. de verb. ſignif. cap. 21.* & latè hanc quæſtionem diſputat *Caualcan. dec. Piuizan. 11. par. 5.* quem adducit *Reg. Rouit. rub. de ſentent. foriud. num. 12.* & foriudicatus ſi poſt lectam ſententiam foriudicationis ſit effectus clericus, vel Monachus, & ſit captus, contra eum non exequitur dicta ſententia foriudicationis, ſed remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum quoad perſonam tantum, & nō quoad bona, vt dicam infra cap. 25. n. 62.

10 Tertio amplia, vt foriudicatus poſſit impunè occidi ad inſtantiam alterius, etiam pecunia mediante. *Boß. pract. crim. tit. banniti quid amittant, num. 1. de Franch. dec. 276. nu. 4. de Angel. ad Gizzarell. dec. 13. num. 10. Amend. ad Præſ. de Frach. dec. 176. num. 14. Foller. pract. crimin. rub. foriudicentur, num. 12. & in Pragm. de foriudicatis, num. 15. & 42. Carauit. Prag. 1. num. 36. cum duob. num. ſeq. de exulib. Ioan. Grandis de bello exulum in prædicamento pati. quæſt. 3. ſpeciali 24. num. 1. Monticell. d. reg. 3. num. 28. & 45. Nellus de bannitis in 2. par. ſecundi temporis, nu. 12. Paſcal. de virib. patriæ poteſt. par. 4. cap. 3. nu. 24. Vivius d. opin. 290. Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, ver. circa igitur tertium, num. 41. fol. mihi 140. à tergo, & Cabal. de omni genere homicid. n. 60. 409 & 529.*

11 Quarto amplia, vt foriudicatus poſſit impunè occidi ab eo, qui dictum foriudicatum cæpit viuum. *Farinac. pract. crim. par. 2. quæſt. 103. num. 144. & ſeq. & conſ. 101. num. 28. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudicatis, cap. 1. num. 34. & Guazzin. ad defenſam Reorum defenſ. 5. cap. 6. num. 9. & ſeq.* Sed contrarium tenent *Reg. Rouit. in rub. de exulib. num. 8. Hipp. de Marſ. pract. crim. §. aggredior, nu. 24. Monticell. d. reg. 3. num. 27. Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. quæro etiam, & Io. Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæſt. 3. num. 7. & in prædicamento pati, quæſt. 3. ſpeciali 21. nu. 2. vbi in ſpeciali 19.* dicit, quod licet foriudicatus, dum capitur poſſit impunè verberari, tamen ſecus eſt poſtquam ſit captus. Sed in Regno noſtro prima opinio eſt vera per *Conſtit. Reg. pœnam eorum, verſic. offenſionis, & ver quod ſi fortè* ibi *(offenſionis, vel occiſionis etiam (vt dictum eſt) capiēti licentia non negata)* & ibi *(quod ſi fortè motus clementia, qui foriudicatum cæperit offendere, vel occidere nolucrit eundem)* ex quibus verbis clarè conſtat, quod capiens foriudicatum viuum eſt in ſua electione, vel eum occidere, vel eum ducere ad Iudicem; vnde dę *Angel. ad Gizzarel. deciſ. 13. num. 10. Carrer. pract. crim. tit. de homicidio, ver. ſexto ad inſtar, num. 2. fol. mihi 191. à tergo, Cabal. reſol. crim. caſu 277. & Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, num. 11.* dicunt, quod foriudicatus poteſt ſuſpendi per priuatum, dummodò hoc non faciat animo vſurpandi iuriſdictionem, & idem tenet *Aſſl. in Conſtit. Reg. pœnam eorum, num. 50.* Et quod foriudicatus poſſit impunè occidi à capiente poſtquam eſt captus, dicit *Foller. d. rub. foriudicentur, num. 13.* Immo ſi foriudicatus ſit captus per aliquem, & dum ducatur ad Curiam per viam ſit interfectus ab alio, in hoc caſu interficiens, neque punitur. *Foller. in Prag. de foriudicatis, num. 16.* Et licet aliqui teneant contrarium, & ſic, quod occidens foriudicatum captum à familia Curiæ, qui foriudicatus adhuc erat in manibus dictæ familiæ puniatur vti homicida, prout tenent *Nellus de bannitis in 2. par. ſecundi temporis, num. 28. Aſflict. in d. Conſt. Reg. pœnam eorum, num. 51. & Hipp. de Marſ. in l. eiſdem, § fin. num. 2 ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs*, tamen veritas eſt, quod qui occidit foriudicatum exiſtentem in manibus capientium, qui dictum foriudicatum ducere volebant ad manus Curiæ; non punitur. *Foller. d. rub. foriudicentur, num. 13. Baiard. ad Clarum d. §. homicidium nu. 266. Farinac. conſ 101. n. 20. & ſeq. & Paſcal. de virib. patriæ poteſt. p. 4. cap. 3. n. 24.*

12 Sed poſtquam dictus foriudicatus eſt præſentatus Curiæ, & reperiatur penès Curiam carceratus, non poteſt impunè occidi à priuato, ſed tunc eū occidens punitur pœna mortis. *Foller. d. rub. foriudicentur, num. 13.* & ibi *de Angelis,*

gelis, num. 18. & idem *de Angelis ad Gizzarell. dec. 13. nu. 12. Viuius d. opin. 290. in tertia limitatione, Carrerius d. ver. septimo ad instar, num. 3. Guazzin. ad defens. Reorum, def. 5. cap. 6. num. 3. & def. 6. cap. 1. num. 26. Monticell. d. reg. 3. num. 40. Hipp. de Marsi. in l. 1. n. 3. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, & Gramat. in Const. Reg. pœnam eorum, num. 43.* & ibi *Affl. num. 51.* vbi ipse *Affl.* dicit, quod si priuatus occidat foriudicatum, qui per Iustitiam ducitur ad patibulum, punitur pœna mortis, & idem tenet *Carrerius d. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, nu. 25. fol. mihi 194.* nam occidens proximè decapitandum, vel suspendendum, licet aliqui teneant, quod non puniatur pœna mortis vti homicida, vt dicit *Bal. in l. fideicommissa, §. si quis illicitè, ff. de leg. 3. & Iacob. de Franch. de feudis, quæst. 16. num. 18.* tamen veritas est, quod punitur pœna mortis vti homicida. *Boer. dec. 89. num. 3. & Guazzin. d. def. 5. d. cap. 6. nu. 4. & 5.* Prout etiam quis occidens proximè moriturum, dicitur homicida volũtarius, *Riccius dec. 91. par. 2.* Vndè si cõsanguineus venenat consanguineum bãnitum carceratum, ad finem, vt non exequatur sententia contra ipsum lata, ipse venenans punitur vti parricida. *Carrerius d. ver. septimo igitur, num. 26. Hipp. de Marsi. d. l. 1. num. 3. & d. §. aggredior, num. 24. Muta dec. Sicilia 36. num. 18. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de veneno, cap. 1. num. 26. & seq. & Baiard. ad Clarum, §. fin. q 68. n 45.*

13 Vndè non videtur tuta opinio *de Nigris in cap. Reg. ad peruersorum, num. 36.* asserentis, consanguineum venenantem consanguineum carceratum, qui morte ignominiosa erat moriturus, non puniri pœna mortis, sed pœna relegationis; tamen prima opinio est vera, & sic vt iste talis venenans puniatur pœna mortis, ita *Guazzin. d. def. 5. cap. 6. n. 2.*

14 Et quod occidẽs bannitum, & foriudicatum, tempore, quo ducitur ad locum iustitiæ, puniatur vti homicida, tenent *Hipp. de Marsi. d. §. aggredior, num. 41. & in d. l. 1. num. 13. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Monticell. d. reg. 3. num. 38. & Gramat in d. Constitut. Regni pœnam eorum, num. 39.* Et licet aliqui teneant, quod licet bannitus captus non possit impunè occidi, si erat dimissus fideiussoribus, prout tenet *Bossus pract. crim tit. de carcere, nu. 29.* tamen contrarium puto verum, nam si ipse existens in carceribus non possit impunè occidi, vt diximus, ergo neque potest impunè occidi, si sit dimissus fideiussoribus; nam dimissis fideiussoribus, dicitur esse in carceribus. *leg. 3. in fine, ff. de bonis eorum, qui ante sententiam, cap. 1. 2. quæst. 6. Caranit. ritu 47. num. 16.* latè *Catalan. de indulto, cap. 11. per totum.* & sicut qui in carcere contraxit non obligatur, & contractus sit nullus. *l. qui in carcerem, ff. quod metus causa*, ita qui est relaxatus sub fideiussoribus si contrahat, contractus non valet. *Riccius dec. 97. par. 4. & Guazzin. ad def. Reorum, def. 6. cap. 1. num. 11.* licet idem *Boss. d. tit. de carcere, n. 28.* dicat, q dimissus sub fideiussoribus nõ dicatur esse in carceribus.

15 Et licet transfuga, hostis, & proditor Ciuitatis possint impunè occidi. *l. 3. §. transfugas, ad leg. Cornel. de Sicarijs, et in l. proditores, ff. de re militari*, & docet *Affl. in Const. Reg. terminum vitæ, num 35.* tamen quando transfuga est in manibus familiæ Curiæ, vel in posse Curiæ, non potest impunè occidi. *Hippolit. de Marsi. d. §. transfugas, Affl. in Const. Regni, pœnam eorum, num. 48. et Carrerius d. tit. de homicidio, ver. quarto excusatur, num. 1. et 2. fol. mihi 191.* vbi dicit, quod rebellans se contra Imperatorem, potest impunè occidi, & quod desertor militiæ ab omnibus possit impunè occidi; est *tex. in l. fin. C. quando liceat vnicuique sine Iudice se vindic.* quod intellige si inuentus resistat. *l. 2. C. de desert. lib. 12.* & docet *Cabal. resol. crim. casu 294. n 106.*

16 Sed Franciscus Lauerga Procurator Fiscalis Prouinciæ Ciuitatis Barij extraxit quendam foriudicatum ab Ecclesia, quo extracto, mãdauit illum occidi, & caput amputari denegando ad eius preces Sacramenta, & accessum ad Tribunal Regiæ Audientiæ, & occiso dicto foriudicato, à familia, dicti Procuratoris Fiscalis, ob eius mãdatum, fuit dictus Procurator Fiscalis condemnatus, ad deportationem in insulam, declarandam per Suam Excellentiam, vt refert decisum *Dominus Regens Sanfelic dec. 249.* vbi *num. 22.* dicit opinionem aliorum DD. contrarium tenentium procedere, quando foriudicatus resistit, vel si fuit captus à priuato.

17 Quinto amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi veneno. *Caranit. Prag. 1. nu. 32. cum plurib. num. seq. de exulibus,*

Digitized by Google

libus, Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, n. 12. de Angelis ad Gizzarell. dec. 13. nu. 10. & Caball. resol. crim. casu 278. & de omni genere homicidij, nu. 579. sed quod bannitus non possit veneno occidi, tenent *Hipp. de Marsi. in rub. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, num. 14. & Canonicus Nouarius in summa bullarum tom. 1. tit. de immunit. Eccles. nu. 42. in fine*, nisi quis sit foriudicatus pro crimine læsæ Maiestatis; quia tunc potest impunè interfici veneno. *Monticell. d. reg. 3. num. 41. Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, ver. septimò igitur, nu. 37. fol. mihi 195. & Hipp. de Marsi. d. rub. d. n. 14.* sed prima opinio procedit de iure Regni, secunda verò de iure communi. *Carauit. d. prag. 1. nu. 32. cum duobus numeris seq. de exulib.*

18 Sexto amplia, vt foriudicatus possit interfici proditoriè, & interficiens foriudicatum proditoriè nō punitur, ita *Boss. pract. crim. tit. banniti, quid amittāt, nu. 1. Foller. d. rub. foriudicentur, nu. 12. Mastrill. dec. 104. Riccius coll. 291. de Angel. ad Gizzarell. d. dec. 13 nu. 10. & Iul Clar. d. §. homicidium, ver. sed an licebit*; sed quod statutum permittens, vt bannitus impunè occidi possit, intelligatur dummodò non interficiatur proditoriè, alias occidens non iuuatur beneficio statuti, dicit *Angel* per illum *tex. in l. fin. C. de delat. lib. 10.* nisi occisus esset bannitus, & foriudicatus pro crimine læsæ Maiestatis, quia tunc occidens iuuatur beneficio statuti. *Angel. vbi supra, & de Nigris in cap. Regn. nuper apud Tranum, nu. 35. Monticell. d. reg. 3. nu. 14. & seq. Carrerius d. nu. 37. & Hipp. de Marsi. d. rub. ad legem Cornel. de Sicarijs, nu. 14.* sed *Carauit. d. prag. 1. nu. 32. cum trib. num. seq.* dicit, primam opinionem procedere de iure Regni, secundam vero de iure communi; & quod foriudicatus possit impunè occidi proditoriè, tenent Io. *Grandis de bello exulum in prædicamento, pati, quæst. 3. speciali 24. & Caballus de omni genere homicidij, nu. 59. & seq. n. 404. cum plurib. seq. & n. 529. cum plurib. seq.*

19 Septimo amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi cum armis prohibitis. *Io. Grandis d. prædicamento, pati, quæst. 3. d. speciali 24.* Immo si quis occidat foriudicatum cum armis prohibitis, & in recessu in continenti sit captus cum dictis armis prohibitis non punitur pœna asportationis dictorum armorum. *Nellus de bannitis in 2. parte 2. temporis, num. 48.* vbi dicit, hoc etiam procedere si sit captus cum dictis armis tempore, quo ibat ad occidēdum foriudicatum, sed *Foller. in prag. de foriudicatis, nu. 17.* dicit, quod si quis occidat foriudicatum cum armis prohibitis teneri, & asportari, & tunc occidens punitur de asportatione armorū prohibitorum, alias si sint arma prohibita portari, & non teneri, & tunc non punitur, sed quod asportatio armorum prohibitorum sit licita pro occidendis foriudicatis, dicit *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 7. n. 6. & cap. 8. in princ.* & dicā infra *cap. 19. n. 5.* Vndè non mihi videtur tuta opinio *Carauitæ in prag. 1. num. 103. cum pluribus n. seq. de exulib.* concludentis, occidentem bannitum cum armis prohibitis non gaudere indulto.

20 Octauo amplia, nam si quis faciat pacem cum suo inimico, & promittat eum non offendere, si deinde ipse efficiatur foriudicatus, iste, qui fecit pacem, potest impunè interficere dictū foriudicatum, & pax non dicitur fracta. *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 7. nu. 37. Viuius d. opin. 290. Caball. resol. crim. casu 275. Gramat. in Consil. Reg. pœnam eorum, n. 41. & seqq. Monticell. d. reg. 3. nu. 8. Carauit. d. prag. 1. n 127. cum plurib. n. seq. de exulib. & Hipp. de Marsi. pract. crim. §. aggredior, n. 84.* sed *Iul. Clari §. homicidium, ver. quæro aliquis*, dicit hoc procedere, quando quis effectus fuit foriudicatus pro alia causa, quàm pro causa, pro qua fecerunt pacem, alias secus; sed opinionem *Iul. Clari* reijciunt *Caball. d. casu 275. nu. 5. & Carauit. d. prag. 1. n. 132.* dicentes, opinionem *Iul. Clari* ipsis non satisfacere: sed si quis faciat pacem cum foriudicato, & promittat eum non offendere, si postea eum occidat; talis occidens nō excusatur. *Iul Clar. d. § homicidium, d. ver. quæro aliquis*, vbi *ver. sed an licebit in fine*, dicit, quod si quis det fidem foriudicato, de eum non offendendo, in hoc casu non potest dictum foriudicatum occidere; sed quod, qui fecit pacem cum foriudicato, possit dictū foriudicatum impunè occidere, siuè pax sit facta antè, siuè post foriudicationem, & occidens neq; teneatur ad pœnam conuentionalem, tenent *Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis, nu. 51. & seq. Hipp. de Marsi. d. §. aggredior, nu. 84.*

Mon-

Digitized by Google

Monticell. d. reg. 3. n. 8. Io. Grandis d. prædicamento, pati, quæst. 3. speciali 27. & Caball. d. casu 275. n. 8. & vide *Carauit. d. prag. 1. nu. 127. cum plurib. n. seq. de exulibus,* & foriudicato non est seruanda securitas, vel aliquod promissum. *Affl. in Const. Regni, pœnam eorum, num. 48.* quod intellige si promissum, vel securitas sit promissa à priuato, secus si à superiore, vt dicã infra *cap. 23. num. 14.* Immo si quis cum iuramento promittat foriudicatum non offendere, adhuc potest ipsum impunè offendere. *Caball. d. casu 275. n. 11.* sed ipse *Caball. de omni genere homicidij, n. 433. & seq.* tenet contrarium.

21 Nono amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi etiam causa vindictæ, & ex odio particulari. *Boss. d tit. banniti quid amittant, n. 1. Foller. d. prag. de foriudicatis, n. 15. Iul. Clar. d §. homicidium, ver. sed numquid, in fine.* sed quod si quis ratione odij particularis, & vindictæ sumẽdæ, & non zelo iustitiæ interficiat foriudicatum, puniatur pœna homicidij, tenent *Cephalus cons. 35. nu. 21. Grassus de effect. cler. eff. 9. n. 228. & Monticell. d. reg. 3. nu. 22.* Prout etiam si foriudicatus interficiat alium foriudicatum ex odio particulari, neq; gaudet indulto vigore statuti simpliciter disponentis, foriudicatum occidentem alium foriudicatum, gaudere indulto, ita *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 7. num. 31. de* Nigris *in cap. Reg. misericordiam, n. 24. & Hipp. de* Marsi. *cons. 10. nu. 42. vol. 1.* sed quod occidens foriudicatum inimicum possit indultari, tenent *Caball. resol. crim. casu 274 à n. 12. vsq; ad finem. Io.* Grandis *de bello exulum in prædicamento quantitatis quæst. 3. n. 26.* & dicam infra *cap. 24. n. 109.* vnde apparet primam opinionem esse veram, quod foriudicatus possit impunè occidi etiam causæ vindictæ, & ex odio particulari, vt docent *Mastril. dec. 104.* Riccius *coll. 291. & Caball. vbi supra d. n. 12. & de omni genere homicidij n. 61.*

22 Decimo amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi etiam ab eo, qui ignorat, ipsum esse foriudicatum. *Nellus de bannitis in 2. parte 2. temporis nu. 25. Gramat. in Const Reg. pœnam eorum, nu. 44. Boss d. tit. banniti quid amittant, n. 4 Foller. prag. de foriudicatis, nu. 19. Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 3. fol. mihi 192. à tergo. Hipp. de Marsi. in l. 1. n. 69. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Caball. resol. crim. casu 274. nu. 1. & Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. fuit etiam,* vbi dicit, quod licet iste occidens foriudicatum, qui ignorabat occisum esse foriudicatum non puniatur; tamen non consequitur præmium concessum per statutum occidenti foriudicatum, & idem tenet *Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, post nu. 53.* latè *Caball. d. casu 274. à n. 3. vsq; ad n. 32.* qui tandem dicit, contrarium de consuetudine seruari, licet de iure non consequatur præmium, vt dicit ipse *Caball.* ibi, & in *casu 287. n. 23. & seq.* & quod interficiẽs foriudicatum casualiter, vel si occisor ignorabat, occisum esse foriudicatũ, adhuc ipse occisor gaudeat indulto, si simpliciter statutum dicat, foriudicatum occidentem alium foriudicatum, gaudere indulto, dicit *Carauit. prag. 1. n. 141. cum plurib. n. seq. de exulib.*

23 Vndecimo amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi, etiam extra territorium Iudicis foriudicantis. *Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. vlterius quæro; Danza de pugna D'D. tom. 1. tit. de foriudicatis cap. 1. n. 2. Monticell. d. reg. 3. n. 6. & de Franch. dec. 276. in princ.* Prout idem est in assassinio, qui potest impunè occidi. *Boss. pract. crim. tit. de foro competenti num. 142. Gramat. voto 9. Grassus de effect. cler. eff. 1. nu. 671. Regens Rouit. prag. 12. post nu. 13 de abolit. Capyc. dec. 155. n. 25. Catalan. de indulto cap 32. n. 27. cum duob. n seq. Carrerius pract. crim. tit. de homicidio; vers. quinto ad instar fol. mihi 191. à tergo. Affl. in Const. Reg. terminum vita n. 38. & Iul Clarus §. assassinium ver. sed quare;* & assassinus potest à proprio patre interfici. *Caball. de omni genere homicidij nu. 532. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de assassinio, cap. 3. n. 24.* & tamen ipse assassinus potest impunè interfici, etiam extra territorium Iudicis declarantis, illum esse assassinum, postquam ita fuit declaratus, & non ante. *Aloys. de Leo in l. non ideo, nu. 11. C. de accusat. & Grassus d. eff. 1. nu. 691.* ergo idem esse debet in foriudicato, vt ipse quoq; occidi possit impunè extra territorium Iudicis foriudicantis, vt diximus, quod intellige, vt occidens foriudicatum extra territorium Iudicis foriudicantis, non possit puniri à Iudice foriudicante. *Hipp. de Marsi. in l. fin. num. 31. ff. de iurisd. omn. iud. Nellus de bannitis in 2. parte 2 temporis nu. 57.* secus à Iudice loci delicti, nam ipse occidens dictum foriudicatum, extra territorium Iudicis foriudicantis, potest puniri à Iudice terri-

Digitized by Google

torij, in quo foriudicatum alterius loci interfecit. *de Franch. dec. 276. nu. 3. Io. Grandis de bello exulũ prædicamento quantitatis quæst. 3. nu. 28. & Caball. resol. crim. casu 61. n. 17.* sed quod etiam possit puniri à Iudice foriudicante, quando quis interficit foriudicatum extra territorium Iudicis foriudicantis, tenet *Regens Rouit. rub de exulib. nu. 7.* asserens, quendam, qui interfecit foriudicatum huius Regni in Ciuitate Beneuentana, fuisse per Sacrum Regium Consilium relegatum in Insulam per decennium, nam foriudicatus re vera non potest impunè occidi extra territorium Iudicis foriudicantis. *Cephalus cons. 35. n. 19. Decius in l. fin. n. 4. ff. de iurisd. omn. iud. Viuius d. opin. 290. in vltima limitatione, Boss. d. tit. banniti quid amittant nu. 5. Foller. prag. de foriudicatis, n. 8. Riccius coll. 114. Hipp. de Marsi. pract. crim. §. aggredior, num. 33.* & latè *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam c. 7.* per totum, & præcipuè *n. 23.*

24 Immo si foriudicatus sit captus extra locum Iudicis foriudicantis, & si sit ductus viuus in territorio dicti Iudicis foriudicantis, in hoc casu, dictus foriudicatus non potest impunè occidi. *Monticell d. reg. 3. n. 43.* qui videtur sibi contrariari, ibi *nu. 6. in eadem reg. 3.* & an ipse foriudicatus, qui est captus extra locum Iudicis foriudicantis, & ductus ad Iudicem foriudicantem, possit iustificari, & dicas quod sic, & non debet relaxari, vt dicam infra *cap. 19. n. 41.*

25 Sed si exterus occidat foriudicatũ in territorio Iudicis foriudicantis, ipse occidens, non punitur à Iudice sui domicilij. *Nellus de bannitis in 2. part. 2. temporis, n. 56.*

26 Et bannitus non solum potest impunè interfici vigore statuti in territorio bannientis, sed etiam potest impunè interfici in locis confederatis. *Bar. in l. non dubito ff. de capti. Bal. in l. exequutores, C. de exequt. rei iudic. & Hipp. de Marsi. d. l. fin. nu. 28. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi *num. 5.* tenet, bannitum non posse impunè interfici extra locum Iudicis bannientis, & *nu. 29.* dicit ipse *Hipp. de Marsi.* ibi, quod bannitus ex vna Ciuitate censetur etiam bannitus à Ciuitate illi confederata, idem tenet ipsemet *Hipp. de Marsi. in l. vnica, n. 145. C. de raptu virginum, & in pract. crim. §. opportunè n. 37.*

27 Decimosecundo amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi intus Ecclesiam. *Boss. pract. crim. tit. banniti quid amittant, n. 6. Iul. Clar. d. § homicidium, ver. vlterius quæro, Nellus de bannitis in 2. parte 2. temporis, nu 58. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam c. 7. n. 18. Regens Rouit. rub. de exulib. num. 7. de Angelis ad Gizzarell. dec. 13. n. 11.* qui *Regens Rouit. & de Angelis* remisiuè loquuntur, sed *Danza d. cap. 7. nu 24* tenet contrarium, sed alij dicunt quòd extrahentes bannitos ab Ecclesia, & eos occidentes, sunt tuti etiam in foro cõscientiæ, si id faciant bono zelo iustitiæ, & no propter odium, ita *Guazzin. ad defens. reorum def. 1. cap. 3. in fine*; sed quare isti extrahentes bannitos ab Ecclesia saltim non sint excommunicati dum bannitus confugiens ad Ecclesiam gaudeat immunitate Ecclesiastica? vt dicam infra *cap. 19. nu. 43.* & extrahens aliquem ab Ecclesia etiam bono zelo, adhuc efficitur excommunicatus, & extractus debet restitui ad Ecclesiam. *Genuens. pract. Archiep. Neap. cap. 21. num 9. & Riccius coll. 179.* vnde opinio *Guazzin* non mihi videtur tuta, in quantum dicit, quòd ipsi extrahentes bannitos ab Ecclesia, & eos occidentes bono zelo iustitiæ, sint tuti in conscientia.

28 Decimotertio amplia, vt mulier foriudicata possit etiam impunè occidi. *Baiard. ad Clarum §. homicidium, nu. 224. Nellus de bannitis in 2. part. 2. temporis, n. 39. Caball. resol. crim. casu 276. nu. 8. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 5. n. 17.* Vnde non mihi videtur tuta opinio *Foller. pract. crim. rub. foriudicentur, nu. 33. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de foriudicatis cap. 1. nu. 32. & Nouarij in coll. super rub. de sent. foriud. n. 19.* asserentium, mulierem non posse foriudicari; nam contrarium puto esse verum, & sic quod possit foriudicari, nam si ipsa mulier potest condemnari ad mortem, ea existente in vinculis, ergo ipsa potest in contumaciam foriudicari, & inanè laborassent Doctores in concludendo, mulierem foriudicatam impunè posse occidi, si ipsa non posset foriudicari, prout etiam Vniuersitas potest banniri vti contumax, vt dixi supra *cap. 8. n. 31.*

29 Sed si mulier foriudicata sit prægnans, non potest interfici; & eam interficiens punitur pœna mortis, argumento *l. Imperator ff. de statu hominum, & l. pra-*

Digitized by Google

l. prægnantis, ff. de pœnis, ita in specie *Hippol. de Marsi pract. crim. §. nūc demum, n. 50. Monticell. d. reg. 3. num. 39. Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 426. & Vivius d. opin. 290. post quintam limitationem*, vbi hoc ampliat, etiam si partus sit adulterinus; & adhuc nō sit animatus; & idem tenet *Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, nu. 30. fol. mihi* 194. Sed quoad partum inanimatum ego non sequor opinionem *Vivii, & Carrerii*, vt occidens mulierem foriudicatam decem, vel viginti dierum quousque non sit animatus partus; ipse occidens puniatur pœna mortis, sed puto, quod puniatur aliqua pœna extraordinaria; nam respectu mulieris foriudicatæ interfectæ non punitur occidens, dum ipsa impunè possit occidi, ergo respectu parti inanimati, neque puniri debet pœna mortis, sed pœna extraordinaria, nam procurans abortū, si partus erat animatus punitur pœna mortis, aliàs si inanimatus, & tunc punitur pœna extraordinaria. *Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. centuria 4 casu 357.* de quo latè per *Thes. dec. 12. per Præs. de Franch. dec. 592.* & latè per *Danzam de pugna D D. tom. 2. tit. de abortu cap. 2. per totum*, & dixi supra cap. 3. n. 60.

30 Sed in tantum occidens mulierem foriudicatam prægnantem, partu animato, punitur pœna mortis, in quantum ipse occidens sciat, dictam mulierem foriudicatam esse prægnātem, aliàs si ignorans, dictam mulierem foriudicatam esse prægnantem, eam occidat non punitur. *Affl. in Const. Reg. terminum vitæ, num. 10. & Nellus de bannitis in 2. par. 2. temporis, num. 45.* licet *Vivius d. opin. 290. post quintam limitationē*, teneat, quod talis occidens puniatur pœna mortis, licet talem mulierem foriudicatam occisam prægnantem fore ignorauerit; nam ipse *Vivius* citat *Nellum d. num. 45.* qui *Nellus* tenet contrarium, vt videre poteris.

31 Et vbi licet patri, & marito occidere filiam, & vxorem, hoc permissum intelligitur, etiam si ipsa sit prægnans. *Bar. in l. Imperator. la 2. nu. 2. ff. de statu hominum*, sed veritas est, vt puter, vel maritus occidens filiam, & vxorem prægnantem in casu permisso, non punitur pœna homicidij, sed bene punitur aliqua pœna arbitraria. *Cabal. resolut. crim. casu 300. nu. 32. & seq.*

32 Sed si disponat statutum, vt occidens foriudicatum gaudeat indulto, si quis interficiat mulierem foriudicatam, in hoc casu ipse occidens non gaudet indulto. *Cabal. d. casu 276.* sed si ipsa mulier foriudicata occidat alium foriudicatum, & tunc vigore talis statuti; ipsa gaudet indulto. *Caranit. Prag. 1. num. 151. cum plurib. num. seq. de exulib.*

33 Et licet mulier foriudicata, possit impunè occidi, tamen nō potest adulterari, aliàs adulterans punitur. *Iulius Clar. d. §. homicidium, ver. sed an stante, & Nellus d. 2. par. 2. temporis, n. 46.*

34 Decimoquarto amplia, nam si quis occidat aliquem non foriudicatum, credens esse Titium foriudicatum, in hoc casu occidens non punitur pœna homicidij, sed punitur pœna extraordinaria secundum modū culpæ. *Nellus d. 2. par. secundi temporis, num. 26. & Foller. Prag de foriudicatis, num. 20.* & occidens eum, quem credebat bannitum, qui re vera non erat bannitus, ipse occidens tenetur de culpa, cum debebat inuestigare, si erat bannitus. *Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, d. vers. septimo igitur, num. 9 fol. mihi* 195. vbi *num. 4.* dicit, quod si quis occidat Titium, credens ipsum esse foriudicatum, prout publicè dicebatur, si non sit foriudicatus, occidens excusatur.

35 Decimoquinto amplia, vt si quis occidat foriudicatum, à quo aliquam donationem habuit, nō per hoc amittit dictam donationem. *Pastal. de virib. patriæ potest. par. 4. cap. 3. nu. 33.*

36 Decimosexto amplia, vt foriudicatus nō cancellatus, possit impunè occidi, dato, quod protestetur, habere gratiam, si illam non ostendat. *Carrer. d. ver. septimo igitur, num. 12. Cartar. de exequut. sent. cap. 3. num. 66. Pastalid. cap. 3. nu. 11. & seq. Vivius d. opin. 290. in 3. ampliat. & Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. sed quid*, vbi *ver. in hoc*, dicit ipse *Iul. Clar.* quod si foriudicatus occidat eum, qui voluit ipsum foriudicatum occidere, in hoc casu, ipse foriudicatus non punitur pœna mortis pro dicto homicidio, sed pœna extraordinaria; idem tenent *Gramat. in Const. Reg pœnam cottum, nu. 45. & Nellus in d. 2. par. secundi temporis, n. 49.* Et hoc potest procedere in Regno, quando foriudicatio deinde esset declarata nulla, aliàs esset quæstio de vēto, cum ipse foriudicatus possit morti tradi vigore sententiæ foriudicationis, licet non possit morti tradi pro

Digitized by Google

ipso homicidio, quod fecit ad sui defensionem; & foriudicatio licita est defensio,& occisio ad sui defensionē. *Carrerius pract.crim.tit.de homicidio,versic. quinto excusat,num.8.fol.mihi 167.à tergo.*

37 Decimoseptimo amplia, nam interficiens foriudicatum, qui habuit gratiam,quæ gratia adhuc non sit publicata, & foriudicatus adhuc non sit cancellatus à bāno, in hoc casu,occidens non punitur. *Mastril. de indulto cap.43. à num.3. vsque ad num.7.* nisi probetur, quod ipse occidens sciebat, dictum foriudicatum fuisse aggratiatū, quia tunc punitur. *Affl.in Conslit.Regni pœnam eorum, nu.31. Alex.cons.114.vol.1. Decius cons.327.num.6.Hipp.de Marsi.sing. 340.& in pract.crim.§.aggredior,num.4. & in cons.55.num.7.Nellus de bannitis in 1.p. tertij temporis, num.2. Io.Grandis de bello exulum,in prædicamento pati,quæst.3.speciali 26.Monticel.d.reg.3.num.2.& 30. Pascal. d.cap.3,num.8.& 10. & Mastril. d.cap.43. num.8.* Sed alij dicunt, quod quando quis interficit foriudicatum, qui habuit gratiam,& nondum ipse foriudicatus sit cancellatus à banno, & occidens sciebat dictam gratiam, talis occidens punitur pœna mortis, si verò ignorabat, sed perquirendo facilè scire potuisset,dictum foriudicatū fuisse aggratiatum, & tunc occidens,ex hac culpa, puniri debet pœna extraordinaria;ita *Capol.cons.crim.6.nu.18. & seq. Nellus d.1.par.tertii temporis,num.2. Alex. cons.77. vol.3. Carrerius d.tit. de homicidio d.ver.septimo igitur, num.5. & seq. fol.mihi 193. Iul.Clar.d.§.homicidium,ver.item quæro, & Pascal. d. cap.3. num.10.*vbi dicit, præterquam,si gratia esset subreptitia, vel conditionalis, iuxta notata per *Baiard.ad Clarum d.§.homicidium, nu.247. & seq.* quia tunc, licet occidens sciat foriudicatum, fuisse aggratiatum, nō punitur,si gratia sit subreptitiè impetrata,nam quando gratia est subreptitiè impetrata,ipsa est nulla,& quando dicatur subreptitiè impetrata, dicam infra cap.25.n.45.

38 Decimo octauo amplia, si foriudicatus sit nulliter aggratiatus, nam adhuc potest impunè interfici. *Nellus de bannitis d.1.par.tertii temporis,num.3. Boss. d.tit.banniti quid amittant, num.3.ver.successiuè,& in tit. de remediis ex sola clementia Principis,num.37. Hippol.de Marsi.practica criminali,§.aggredior,nu.5.& 6. & Pascal. d.p.4.d.cap.3.nu.9.*

39 Decimonono amplia, nam si quis interficiat foriudicatum, iniustè cancellatum à sententia foriudicationis, ipse occidens non punitur. *Cartar.de exequut.sent.cap.fin.post num.315. versic.vt etiam bannitus,* & hoc dato, quod occidens putasset, foriudicatum fuisse rectè cancellatum, nam adhuc non punitur. *Carrerius d.ver.septimo igitur,nu.10. fol.mihi 193.& Hipp.de Marsi.in l.1. n.71. ff.ad l.Cornel.de Sicar.*

40 Vigesimo amplia, nam si statutum disponat, vt foriudicatus possit impunè occidi,ipse foriudicatus potest impunè occidi,ab alio foriudicato. *Hipp. de Marsi.pract.crimin. § aggredior, num.53. cum plurib.num.seq vsque ad nu.74.& Carrer.d.ver.septimo igitur,nu.14.fol.mihi 193.* licet contrarium teneat *Monticel.d.reg. 3.nu.26.*qui citat *Hipp. de Marsi. & Carrerium,*vbi supra,qui tamen tenent cōtra opinionem ipsius *Monticelli*, & secundum istam ampliationem, tenet *Boss. pract.crimin. tit banniti quid amittant, num.7.*

41 Vigesimoprimo amplia, nam licet violator murorum Ciuitatis in eos ascendens, vel ex eis exiens,puniatur pœna mortis. *l.fin.ff.de rerum diuis.§.sanctæ quoque,ver.ideo autem,vbi glos. instit.de rerum diuis.* quod procedit in violante muros Ciuitatis Romæ, nam in alijs punitur pœna arbitraria. *Cabal.resolut. crim. casu 100. in princ.* & tamen si quis pro occidendo foriudicatum, ingrediatur Ciuitatem, per muros ipsius, non punitur pœna ordinaria, sed alia pœna extraordinaria,ita *Nellus de bannitis in 2.p.2.temporis,n.13.& Cabal.d.casu 100. nu.6.*

42 Vigesimosecundo amplia, nam licet per statutum, sit permissum Officiali, amplissimum arbitrium procedendi in homicidijs de iure, & de facto, tamen ipse Officialis, per tale arbitrium,non potest punire occidentē foriudicatum, qui vigore statuti poterat impunè occidi. *Cabal.resol.crimin. casu 157.num.5. & Carrerius pract.crimin. tit.de homicidio,ver.septimo igitur, nu.8.fol. mihi 193.*

43 Vigesimotertio amplia, nam repertus armatus, cum armis igneis in comitiua quatuor forascitorum, seu bānitorum,potest impunè occidi, dato, quod contra eum adhuc non sit lata sententia foriudicationis, vt in Pragmatica Excellentissimi Ducis Medi-

næ

Digitized by Google

næ edita die 25. Iulij 1643. §. 5.

44 Vigesimoquarto amplia, nam si statutum disponat, vt foriudicatus possit impunè occidi, habet locum hoc statutum in fallito, & decocto foriudicato, qui quamuis pro causa pecuniaria tantum foriudicatus sit, tamen adhuc potest foriudicari, & iure occidi. *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 14. extra de const. & Catalan. de indulto cap. 55. nu. 90. & seq.* Et in Regno Bancherij si aufugiant, etiam ex causa, quod sint decocti casu fortuito, possunt foriudicari. *Prag. 1. & Pragm. 4. de nummularijs*, & in istis potest procedere opinio *Decii, & Catalani in Regno nostro.*

45 Vltimo amplia, vt foriudicatus possit impunè occidi, dato, quod statutum dicat, vt foriudicatus possit impunè offendi. *Cabal. resolut. crimin. casu 61. à num. 12. vsque ad finem Iul. Clar. d. §. homicidium, ver. est tamen diligenter, & Carrerius d. ver. septimo igitur, num. 11. fol. mihi 193. Hipp. de Marsi. in l. vnica, n. 51. C. de rapt. virg. & in pract. crim. §. aggredior, num. 15.* Sed quod statuto dictante, vt foriudicatus possit impunè offendi, vigore talis statuti foriudicatus non possit impunè occidi, dicit *Nellus de bannitis in 2. par. secundi temporis, num. 7.* sed *d. Const. Regni, pœnam eorum, ver. quoad omnia*, dicit, vt foriudicatus ab omnibus offendatur impunè, sed deindè sequitur *d. Const.* & dicit (*adeo, quod si ipsum occiderit aliquis, nullam proindè calumniam vereatur*) & sic *d. Const.* expressè mandat, vt foriudicatus offendi, & occidi possit impunè.

46 Sed regula supra posita, & sic foriudicatum posse impunè occidi, vigore statuti taliter disponentis, limitatur pluribus modis, &

47 Primo, nam filius non potest occidere patrem foriudicatum. *Foller. in Prag. de foriudicatis, num. 13. Anna in Const. Reg. terminum vitæ, nu. 138. & seq. Iul. Clar. §. homicidium, ver. sed hic quæro, de Franch. dec. 276. num. 6. cum plurib. num. seq. Monticell. d. reg. 3. num. 13. Carrerius pract. crimin. tit. de homicidio, ver. sexto ad instar, num. 4. fol. mihi 192. & Danza de pugna DD. to. 1. tit de foriudicatis, cap. 1. num. 16. cum duob. numeris sequentib.* Sed quod filius possit occidere suum patrem foriudicatum, tenent *Carrerius* sibi contrarius *d. tit. de homicidio, versic. septimo igitur, num. 17. fol. mihi 193. Vinius d. opin. 290. ampliat. 2. & Io. Grandis de bello exulum in prædicamentapati, quæst. 3. speciali 25.* & pro opinione istorum potest adduci ratio, nam filius occidens patrem, qui commisit causam aliquam ingratitudinis contra ipsum filium, ipse filius non punitur, & è contra. *Hippol. de Marsil. in l. 1. num. 105. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis*, sed sola foriudicatio est causa exhæredationis, vt dixi supra cap. præcedenti num. 9. Ergo filius occidens patrem foriudicatum, non punitur; sed prima opinio est vera, & sic quod filius non possit impunè occidere suum patrem foriudicatum, vt tenet *Carauit. Prag. 1. num. 158. de exulib.* Sed filius potest occidere patrem, & è cōtra pater filium, pro tuenda patria. *Carauit. ritu 191. nu. 20. & seq.* Vndè licitum est filio militi occidere patrem suum venientem hostiliter contra Ciuitatem, & è contra; & hoc dato, quod ipse pater, vel filius non essent banniti. *l. 1. §. si ea, ff. de ventre in possess. mittendo*, & docet *Cabal. resolut. crim. casu 294. num. 438. & seq.* Sic etiam filius assassinus potest à proprio patre impunè occidi. *Cabal. de omn. genere homicid. num. 532. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de assassin. cap. 3. nu. 24.*

48 Secundo limita, nam vxor non potest impunè interficere suum maritum foriudicatum. *de Franch. d. dec. 276. num. 6. cum plurib. numer. seq. Monticell. d. reg. 3. num. 10. Carrerius d. ver. sexto ad instar, num. 4. et Danza d. tit. de foriudicatis, cap. 1. nu. 16. cum duob. numer. seq.* sed contrarium tenet *Io. Grandis d. speciali 25.* Sed prima opinio est vera. *Carauit. in d. prag. 1. num. 158. de exulib. et Cabal. resol. crim. casu 278. num. 7. cum plurib. num. seq.* vbi *num. 10.* dicit, quod auxilium præstans vxori ad occidendum eius maritum bannitum punitur, secus si solus id faceret, & facit *tex. in l. vtrum, ff. ad leg. Pomp. de parricidiis*, vbi habetur, quod extraneus consocius in parricidio, punitur pœna parricidij.

49 Tertio limita in fratre foriudicato, qui non potest impunè occidi à suo fratre. *Carauit. d. prag. 1. n. 158. de exulib. Monticell. d. reg. 3. n. 11. Carrerius d. ver. sexto ad instar, nu. 4. & Anna in d. Const. Regn. terminum vitæ, nu. 140.* licet contrarium teneant *Carrerius d. ver. septimo igitur nu. 17. Vinius d. opin. 290. in 2. ampliat. & Io. Grandis d. speciali 25. n. 3.* tamen prima opinio est vera, immo, statuto disponente, vt si vnus bannitus interficiat alium bannitum, gaudeat indulto, si frater bannitus interficiat fratrem bannitum, in hoc casu non gaudet indul-

Digitized by Google

indulto. *de Nigris in cap. Regni misericordiam, n. 23.*

50 Quarto limita, nam vassallus non potest interficere impunè suum Baronem foriudicatum. *Iul. Clarus d. §. homicidium, vers. sed hic quæro, Anna in d. Const. Reg. terminum vitæ, n. 142. Paris de Puteo, de syndic. ver. officialis offensa, cap. 8. n. 5. Monticell. d. reg. 3. n. 12.* sed quod subditus possit impunè occidere suum Superiorem foriudicatum, tenent *Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 17. Vivius d. opin. 290. in 2. ampliatione, & Io. Grandis d. speciali 25.* sed prima opinio est vera *Anna in d. Const. Reg. terminum vitæ n. 142.* Immo Dominus non potest occidi à suo vassallo, qui eum reperit cum vxore sua adulterium committentem, sed è contra vassallus potest occidi à Domino. *Affl. in dec. 265. Boss. pract. crim. tit. de coitu damnato, nu. 50. & Caball. resol. crim. casu 300. nu. 85. & seq.* sed pater potest interficere Iudicem repertum in adulterio, cum eius filia. *Caball. de omni genere homicid. n. 49. cum plurib. nu. seq.*

51 Quinto limita, nam si quis se defendendo, occidat foriudicatum, in hoc casu occidens punitur. *Monticell. d. reg. 3. n. 23. & Vivius d. opin. 290. in quinta limitatione*, prout etiam si quis ad sui defensionem, occidat foriudicatum ipse occidens non gaudet indulto. *Costa in tract. de scientia, & ignorantia iuris, & facti dict. 44. n. 4. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 7. nu. 36.* sed contrarium tenent *Affl. in Const. Reg. panam eorum, n. 54. Caball. resol. crim. casu 274 à n. 12. vsq; ad finem, & Caranit. in d. prag. 1. nu. 141. cum plurib. nu. seq de exulibus.*

52 Sexto limita, nam licet foriudicatus vigore statuti possit impunè occidi, tamen nō potest spoliari post mortē. *Bal. in l. sororem C. de his quibus vt indignis, & Cephalus cons. 57. num. 22.* sed hoc procedit si ex interuallo hoc fiat, secus si incontinenti, nam occidens foriudicatum, potest incontinenti ipsi foriudicato vestes tollere. *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. aggredior, nu. 83. & in l. fin. n. 51. ff. de quæst. Cephalus d. cons. 57. nu. 13. & seq. Caball. resol. crim. casu 83. nu. 10. & seq. Riccius coll. 291. Guazzin. ad defens. reorum def. 5. cap. 7. nu. 8 in fine, & def. 18. cap. 9. n. 5. in fin. Mastrill. dec. 104. Io. Grandis de bello exulum in prædicamento, pati, quæst. 3. speciali 20. Carolus Rota d. conclus. 9. nu. 74. & Nellus de bannitis in 2. parte 3. temporis, n. 3.* & spolians mortuum punitur pœna arbitraria. *Nouarius dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 145. n. 1.* & foriudicatus potest spoliari. *Boss. pract. crim. tit. bannitus quid amittant, nu. 9.* & quis potest impunè disrubare foriudicatum, eo viuente. *Monticell. d. reg. 3. num. 1. & 3. & Hipp. de Marsi in l. vnica nu. 50. C. de rapt. virg. & in l. fin. nu. 52. ff. de quæst.* & est ratio, nam quando statutum disponit, quod bannitus possit impunè offendi intelligitur in ære, & in persona, argumento *l. 1. §. quid autem ff. de aleat. lusu, & aleat. Bart. cons. 188. in prim. lib. 1. & Caball. resol. crim. casu 247. n. 1.*

53 Septimo limita quando foriudicatus est guidatus, nam tunc non potest interfici, & interficiens cum scienter punitur pœna mortis. *Boss. d. tit. bannitus quid amittant, post nu. 3. Mastrill. de indulto quæst. 43. & Io. Grandis de bello exulum in prædicamento quantitatis quæst. 2. n. 8.* secus si quis interficiat foriudicatum, ignorans illum esse guidatum, quia tunc non punitur. *Monticell. d. reg. 3. n. 29. Nellus de bannitis in 2. parte, 2. temporis, nu. 15. Diana. pract. crim. ver. ignorantia, num. 185. cum plurib. nu. seq. Pascal. de viris. patria potest. part. 4. cap. 3. num. 13. & seq. Bal. cons. 9. vol. 3. & cons. 142. vol. 4.* vbi ipse *Bal.* dicit, quod talis occidens foriudicatum ignorans, illum esse guidatum, punitur pœna extraordinaria, si leuis sit culpa, & *Capibl. de Baronib. prag. 6. n. 168.* & ibi *idem in Add.* refert, in Regia Audientia Salerni condemnasse ad triremes quendam militem, qui interfecerat foriudicatum guidatum sub colorata ignorantia; sequitur *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico cap. 11. ver. si quis occiderit.* Sed si quis occidat foriudicatum guidatum, qui pendente guidatico obiit, in hoc casu occisor non punitur. *Nellus de bannitis in 2. par. 2. temporis, num. 16. Affl. in Constit. panam eorum, num. 32. et Pascal. d. cap. 3. num. 17.* Idem est si guidatus sit repertus cum foriudicatis non guidatis, quia tunc potest impunè occidi. *Mari ad Gizzarell. dec. 11. num. 10. Foller. in pragm. de foriudicatis, num. 21. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico, cap. 10. ver. et si guidatus, et Ioan. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 17. num. 2.* citat *Nellum de bannitis in 2. par. 2. temporis, num. 13.* Prout etiam si guidatus, pendente guidatico sit captus, si pendente dicto guidatico deliquit

Digitized by Google

quis non est ponendus ad pristinam libertatem, prout poneretur si non deliquisset, sed punitur tàm de delictis commissis antè guidaticum, quã de delictis factis tempore guidatici, vt dicam infra *cap. 23. nu. 17.* Quod si quis interficiat foriudicatum in partibus eodem die, quo erat expeditum guidaticum Neapoli, in hoc casu puto interfectorem non puniri, cum præsumatur, interfectorem non potuisse habere notitiam de guidatico expedito, in personam foriudicati interfecti.

54 Octauo limita, nam si statutum dicat, quòd si quis non comparuerit infra decem dies, habeatur pro foriudicato, & ab omnibus impunè possit occidi, in hoc casu vltima dies dictorum dierum decem, non potest interfici. *Foller. pract. crim. rub. banniantur, n. 63. & Io. Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæst. 3, n. 16.* Immo quando statutum disponit, vt si quis non comparuerit infra decem dies possit impunè occidi, si ipse in nona die sit in aliquo loco distanti à loco iudicij, ita vt difficile comparere possit infra decem dies; adhuc in illa nona die nõ potest impunè interfici. *Carenit. prag. 1. nu. 118. de exulib. Angel. Aret. de maleficijs, ver. qui Iudex videns, quod inquisiti nõ comparent n. 57.* & ibi *August. n. 59. & Carter. de exequut. sent. cap. 1. post n. 434.* facit *tex. in l. insulam ff. de verb. obl.* vbi promittens facere ædificium infra certum tẽpus, non potest conueniri ad interesse, quanti stipulãti interest, ante tempus statutum, licet certum sit, opus fieri non posse infra statutum tempus, facit etiam doctrina *Affl. in Const. Reg. pœnas eorum n. 13.* vbi dicit, quod sententia foriudicationis debet proferri, elapso anno, à die banni, quæ sententia, si sit lata ante annum ipsa est nulla, dato quod Iudex esset certus, contumacem non comparuisse post annum.

55 Nono limita, nam si quis non sit foriudicatus, & dum foriudicetur, sit occisus, in hoc casu occisor punitur, *Gramat. in Const. Reg. pœnam eorum nu. 46.* sed *Hipp. de Marsi. de bannitis, ver. absoluti n. 15.* dicit, quod de proximo banniendus habetur pro bannito, vt possit impunè offendi vigore statuti permittẽtis, bannitum posse impunè offendi, & idem tenet *Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 19. fol. mihi 193. à tergo.* & de proximo condemnandus habetur pro condemnato. *Caball. de omni genere homicidij n. 167.* sed prima opinio est vera ex infra dicendis in sequenti limitatione.

56 Decimo limita, nam si quis non sit foriudicatus, licet sit notorium, ipsũ commisisse delictum, pro quo imponitur pœna, pro qua foriudicatus possit impunè interfici, tamen in hoc casu, non potest impunè interfici antè foriudicationem, nam non dicitur foriudicatus quousq; non fuerit declaratus foriudicatus. *Nellus de bannitis in quarta parte 1. temporis n. 8.* vbi *n. 9.* dubitat, quid si statuto caueatur, vt interficiens aliquem, cum certo genere armorum sit foriudicatus ipso facto, an talis delinquens possit impunè interfici antequam foriudicetur, de quo dic, vt ibi per eum, & faciunt dicta per *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. aggredior, n. 105.* vbi dicit, quod licet bannitus ex forma statuti debeat haberi pro cõfesso, nihilominus debet condemnari per Iudicem, aliàs non potest fieri exequutio banni contra eum, & *nu. 125. vsque ad n. 135.* dicit ipse *Hipp. de Marsi.* ibi, quod etiam in notoriis requiritur sententia Iudicis, sed *Caball. resol. crim. casu 275. n. 14.* dicit, quod bãniendus de proximo, quando est notorium delictum, & trãsacti sunt omnes termini defensionum, ac tempora ad comparendum sint expirata, & causa sit in calculo ferendæ sentẽtiæ, & sublata sunt remedia appellandi, tunc iste habetur pro bannito, & vigore statuti disponentis, bannitum, posse interfici, iste talis banniendus potest impunè interfici, sed veritas est, quòd exequutio pœnæ antè sentẽtiam condemnatoriam contra criminosum fieri non potest. *l. 1. C. de exequut. rei iudic.* & hoc etiam si crimen sit tale, pro quo pœna ipso iure sit imposita, nam cũ declaratoria requiratur, ante ipsam declaratoriam exequutio attentari nõ potest, *cap fin. de hæret. in 6.* & docet idem *Caball. resol. crim. casu 133. n. 1. & 2.*

57 Decimoprimo limita, quando foriudicatus est toleratus à Superiore, quia tunc non potest impunè interfici. *Carrerius d. ver. septimo igitur, n. 22. fol. mihi 193. à tergo. & Hipp. de Marsi. in l. 1. n. 10. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, & in pract. crim. §. aggredior, nu. 28. cum plurib. nu. seq.*

Cephalus

Digitized by Google

Cephalus conf.35.n.20.& Carauit. d.prag. 1.nu.10.de exulib. Intellige ſi iſte foriudicatus publicè toleratus à ſuperiore maneat in Ciuitate, vel locis habitatis, ſecus ſi per ſyluas,& nemora incedat cum comitiua latronum, vel ſolus, quia tunc poteſt impunè interfici. *Foller.prag.de foriudicatis,nu.*10. Intellige etiam, vt ipſe foriudicatus publicè toleratus à ſuperiore non poſſit impunè occidi à priuato, ſecus à Iudice, nam ipſe Iudex poteſt dictum foriudicatum publicè toleratum à ſuperiore capere,& eum punire. *Monticell. d.reg.3.nu.36.* ſed aliquando ob frequẽtiam foriudicatorum (prout hodie eſt in hoc Regno) ſolent emanari banna, vt etiam foriudicati publicè tolerati à ſuperiore poſſint impunè occidi, & quando adeſt tale bannum, nulli dubium eſt, quod occidẽs foriudicatum publicè toleratum à ſuperiore non punitur. *Boß d.tit.banniti quid amittant, nu.2.*

58 Quod ſi ſtatutum diſponat, vt foriudicatus interficiens alium foriudicatum gaudeat indulto, ſi foriudicatus interficiat foriudicatum publicè toleratum in Ciuitate à ſuperiore, talis occidens non gaudet indulto. *Io. Grandis d.prædicamento quantitatis q.3.nu. 20.*

59 Decimoſecundo limita, nam interficiẽs foriudicatum, qui reputabatur ab omnibus vti non foriudicatus; ipſe occidens punitur. *Nellus de bannitis in 3.parte 2.temporis num.84.Io.Grandis d. prædicamento quantitatis,quæſt.3.n.23.Foller.prag.de foriudicatis,num.9.Monticell.d. reg.3.nu.37.Carrerius d.ver ſeptimo igitur, nu.23.& Hipp.de Marſ.in d.l.1.nu.11.ff ad legem Cornel.de Sicarijs, & in pract. crim. §.aggredior,n.34.*

60 Decimotertio limita, nam ſi quis ſciat, foriudicatum de proximo habiturum fore indultum, & ipſe interficiat dictum foriudicatum, in hoc caſu occidens punitur, vt dicam infra *cap.24. n.106.*

61 Decimoquarto limita, nam ipſimet foriudicato non licet ſe ipſum interficere impunè. *Iaſ.in l.1.C.de ſeruis fugitiuis, & Carrerius pract.crim.tit.de homicidio quæſt.8.n.4.& d.ver.ſeptimo igitur nu. 24. & Hipp.de Marſ. pract.crim. §.aggredior, n.17.*

62 Decimoquinto limita, nam ſi foriudicatus ſit miſſus legatus, ſeu Ambaſciator ad locum vnde eſt foriudicatus, in hoc caſu non poteſt ibi offendi, vel retineri ex cauſa dictæ foriudicationis. *§.reuerendiſſimi verò Apocrifarij, Auth.de ſanct.Epiſc.* & ibi *Angel.de Peruſio n.29.in fine*, & docet *Caball.reſol. crim. caſu 150. & Guazzin.ad def.reor.def. 1.cap.1.n.28.*

63 Decimoſexto limita, nam ſi ſit dictum, quod Reus foriudicetur, ſi ab iſto decreto ſit appellatum antè lectã ſententiam foriudicationis per conſanguineos foriudicandi, pendente appellatione, iſte Reus non poteſt impunè occidi, vt dixi ſupra *cap.11. n.24.* & docet *Carrerius d.ver.ſeptimo igitur, n.31.*

64 Vltimo limita, vt in Regno noſtro bannitus tantum, & non dum foriudicatus non poſſit impunè occidi. *Affl in Conſt.Reg.pœnam eorum,n.55.& 68. in fine*, prout etiam ſi iſte bannitus, & non dum foriudicatus ſit captus vigore banni non poteſt morti tradi, ſed audiri debet in ſuis defenſionibus, vt dixi ſupra *cap.14.n.20.* nam bannũ, quod poſt ſe expectat ſententiam diffinitiuam non exequitur contra bannitum captum, ſed ipſa ſententia diffinitiua ſequuta poſt bãnum exequitur. *Cartar.de exequut.ſent.cap.1.n.438.& 441.* vbi *nu* 448. dicit, quod bannum exequi non debet, ſed ipſa ſententia, quæ poſt illud ſequuta eſt, exequi debet,& *n.*449. dicit ipſe *Cartar.* ibi, quod ſi quis bannitus reperiatur, ſed condemnatio,& ſententia diffinitiua, quę fit ex forma ſtatutorum non reperiretur, non poteſt hoc bannum exequi, ſi is caperetur. Immo ſi ſit factum decretum quod Reus foriudicetur, antequam legatur ſententia foriudicationis, iſto medio tempore, foriudicãdus, non poteſt impunè interfici, vt deſumitur ex dictis in limitatione nona, & limitatione decima, vnde merito *Carrerius d.ver. ſeptimo igitur nu. 34. fol.mihi 194.à tergo.* dicit, quod bannitus ſtatim, & incontinẽti quod fuit bannitus non poteſt impunè occidi.

65 Sed tunc bannitus tantum non poteſt in Regno interfici impunè, quando poſt bannum eſt foriudicandus, elapſo anno, ſecus ſi bannitus ſit, ex quo armat per campanea delinquendo in comitiua multorum foriudicatorum, quia tunc dum iſte dicatur verus foriudicatus, vt dixi ſupra *cap.*

Digitized by Google

15.n.2. iſte talis poteſt impunè occidi. *Io. Grandis de bello exulum prædicamento, pati, quæſt.1.n.1.& quæſt.3.ſpeciali 21.n.1. & Carolus Rota d.conſluſ.9.n.78.in fine.*

66 Et aduerte, quod ſi per ſtatutum diſponatur, vt committens aliquod delictum intelligatur ipſo facto, & iure foriudicatus, & ab omnibus poſſit impunè occidi, prout in Regno de hoc ſunt plura ſtatuta, de quibus mẽtionem fecimus ſupra *cap.10.n.20.* & ſi quis interficiat talem delinquentem, & prætendat recipi facere caput dicti delinquentis in Regijs Tribunalibus, in hoc caſu ipſe occiſor debet probare, dictum occiſum commiſiſſe dictũ delictum, & hoc probatur, ſi ipſe occiſus reperiebatur inquiſitus de dicto delicto in aliqua Curia, & cõtra eum ſint ſufficientia indicia ad torturam, nam, præsẽtata copia, dictæ informationis, recipitur caput dicti delinquẽtis, ſed ſi non dum ſit capta informatio de dicto delicto, & occidens dicat, dictum occiſum commiſiſſe delictũ, propter quod poterat impunè occidi vigore ſtatuti, & tunc recipiuntur teſtes à proprio Commiſſario, & non ab Actuario, qui Actuarij corrupti à partibus ſæpè probant innocentem fuiſſe bannitum exceptuatum per plura Regia banna, ita *Io. Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæſt.3. n.18.* ſed *Gizzarell.dec.15.n.14. cum duob. nu. ſeq.* dicit, quod ſi poſt mortem delinquentis occiſor prætendat indultum, & capiatur informatio, quod ille talis occiſus erat publicus delinquens, & bannitus, & non conſtat de eius delictis per informationem captam tempore, quo occiſus viuebat, dum publicè delinquebat; talis informatio reijcitur tanquam ſuſpecta, vbi *n.15.* ipſe *Gizzarell* ibi hoc limitat non habere locum in bannito, vel notorio foriudicato, cuius nomen ex factis atrociſſimis notum ſit. Quod ego etiam limito, quando quis poſtquam commiſerat delictum propter quod dicitur foriudicatus ipſo facto; ipſe delinquens ſit in continenti occiſus, quia tunc puto, informationem deindè captam ab aliqua Curia de dicto delicto commiſſo ab occiſo, non eſſe ſuſpectam, & vigore dictæ informationis eſſe recipiendum caput dicti delinquentis, ſi in dicta informatione adſint indicia ſufficientia ad fundandam citationem contra occiſum de ipſo delicto.

67 Aduerte etiã, quod filius, vel alius conſanguineus foriudicati occiſi eſt audiendus, ſi allegat, foriudicatum ipſum non potuiſſe occidi. *Foller. prag. de foriudicatis, n.41.*

68 Aduerte quoq; quod quando quis interfecit foriudicatum tenetur eius caput præſentare Tribunali. *Carauit. prag 1.nu.45.de exulib.& Gizzarell.d.dec. 15.nu.12.* Quo capite præſentato, illud verificatur per duos teſtes, quod illud caput ſit talis foriudicati, nam homo recognoſcitur ex facie. *l.cum in diuerſis.ff.de relig.& ſumpt.funerum;* & ideo teſtes debent dicere, quod illud caput recognoſcunt, eſſe dicti foriudicati, quia viderunt, & inſpexerunt eius faciem. *Bar.in l.ſtigmata, C.de fabricenſibus lib.11. Cepoll.conſ.crim.32.n.14.* vbi dicit, quod ſi teſtes dicant, quod non potuerunt benè diſcernere in facie, non probant, licet ſubiungant, quod eorũ iudicio eſſet ille, de quo ageretur, vnde ſi facies foriudicati eſſet taliter deuaſtata, quod ex ea cognoſci non poſſet, recurrendum eſt ad aliqua ſigna eius corporis, vt puta ad cicatricem, quam haberet in aliqua parte corporis, quia ex hoc legitimè dicitur facta recognitio, ſi de ea teſtes deponerent. *Bart.in d.l.ſtigmata, & Cepoll.in l.1. §.ſi intelligatur n.2.& 3.ff.de ædilitio edicto,* hæc ſupradicta omnia docet *Caball. reſol. crim.caſu 270.n.6. & ſeq.*

69 Et quando præſentatur caput banniti in Tribunali Commiſſarij Campaneæ, & tunc verificatio dicti capitis, quod ſit talis banniti fit per ipſum Commiſſarium Campaneæ, & eius Actuarium, & nõ per alium, & debet conſtare, quod ſeruitium ſit factum per illum, qui præſentat dictum caput, & non per interpoſitam perſonã, & dictæ informationes, verificationis dicti capitis, debent conſeruari. *pragm. vnica §.20.de off.Iudicis generalis.*

70 Et facta verificatione capitis foriudicati interfecti, interponitur decretũ v3. *& per talem Curiam fuit receptum caput T.de T. foriudicati, & fuit dictum, quod ponatur in publico, & ita prouiſum per hoc ſuum, &c.*

71 Sed caput foriudicati occiſi eſt præſentandum Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ. *Io. Grandis de bello exulum prædicamento quãtitatis quæſt.*

Digitized by Google

3.nu.6.& Caranit.d.prag.1.nu.44.& seq.de exulib. Et quando præsentatur Magnæ Curiæ, & tunc ponitur in loco publico ante foras Palatij ipsius Magnæ Curiæ, & postea ponitur in palo, seu pertica extra mœnia, & ante portam Capuanam, vt sit omnibus exteris, & ciuibus horrendum spectaculum, & exemplum. Gizzarell.d.dec.15.nn.12.& Guazzinus ad defensam reorum defens. 33. cap.26.n.6. ver.tamen.

SVMMARIVM.

1 *Receptans bannitos, & foriudicatos, qua pœna puniatur de iure communi, & qua pœna de iure Regni? vsq; ad n.8.*
9 *Præstantes cum foriudicatis, vel ipsis dantes escam, vel potum puniuntur.*
10 *Receptans, vel sepeliens cadaver foriudicati punitur.*
11 *Vassallus receptans suum Baronem delinquentem non excusatur.*
12 *Domus, vel Ecclesia existens in nemore, in qua receptatur foriudicati, possunt destrui.*
13 *Receptatores foriudicatorum an admittantur ad compositionem, & quid in Vniuersitate? n.14.*
15 *Receptans bannitos potest puniri pœna ordinaria receptationis propter depositionem dnorum bannitorum, & quomodo esse debeat ipsa depositio ibidem.*
16 *Receptans foriudicatum publicè toleratum à superiore non punitur, & in pluribus alijs casibus non punitur, à n.17. vsq; ad n.26.*
18 *Patrocinium præstans bannito an puniatur?*
27 *Procedi potest ex officio contra receptatores foriudicatorum.*
28 *Receptans in territorio Baronis foriudicatos Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientia à quo Iudice puniatur pro ipsa receptatione.*

CAP. XVIII.

De pœna receptantis foriudicatos.

1 DE iure communi sunt aliqui qui tenent, quod receptans bãnitos, & foriudicatos puniatur eadem pœna, qua punitur ipse bannitus, & foriudicatus, vt per *tex. in l.1. ff. de receptat. & per totum tit. C. de his, qui latrones, vel alijs crimin. Reos occultauerunt*, docet *Foller. pract. crim. sub bannitur, nu.10.* & secundum opinionem *Follerij* est *tex. de iure Regni in cap. Regni 210.* vnde ex hoc alij inferunt, quod si quis committat delictum exceptuatum in generali indulto non solum ipse principalis Reus non gaudet indulto, sed etiam, & eius receptator. *Regens de Ponte dec.22. Gizzarell. dec.74. & Regens Rouit. prag.11. in fine de abolit. & in rub. de receptator. malefact. n.10.* alij vero tenent quod de iure communi receptans bãnitos, & foriudicatos puniatur pœna arbitraria, ita *Menoch. de arbit. iud. lib.2. quæst.348.* sequitur *Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis quæst.30. n.94. cum duob. seq. & 10.* Grandis *de bello exulũ prædicamento pati, quæst.1. post nu.9. & post n.10. ver. de iure vero communi.* Sed quidquid sit de iure communi, tamen in Regno per diuersa statuta, sunt impositæ diuersæ pœnæ.

2 Primo per *Const. Reg. pœnam eorum in fine*, disponitur, vt receptatores bannitorum, & foriudicatorum, & eos occultantes puniantur simili pœna banni, vel foriudicationis, si ipsi occultantes requisiti, non curauerunt ipsos exhibere, quod si sit vniuersitas, quæ receptat, vel occultat dictos foriudicatos, ipsa Vniuersitas punitur arbitrio Proregis considerata qualitate personarum, & locorum.

3 Secundo per *d. cap. Reg. 210.* disponitur, vt si priuata persona scienter receptet, vel occultet bannitum, vel foriudicatum, puniatur eadem pœna, qua punitur ipse bannitus, vel foriudicatus receptatus, vel occultatus, si vero receptans, vel occultans sit Baro, & tũc eius iurisdictio sequestratur penès Regem per quinquennium, si vero Vniuersitas receptat, vel occultat bannitos, vel foriudicatos, & tunc punitur in vnum augustalẽ pro quolibet foculari, communis iuris regulis super receptationibus editis in suo robore duraturis.

4 Tertio per *cap. Reg. 224.* disponitur, vt quilibet cuiuscumq; status, & conditionis existat receptans bannitos, vel foriudicatos puniatur pœna mortis, & publicationis omnium bonorum, & contra eos possit procedi ex officio. Et pluries ad extirpandos bãnitos, & foriudicatos, (nam non essent malefactores, si non essent receptatores. *l. congruit ff. de off. præsidis l.1. ff. de recept. prag.1. de recept. malef. de Nigris cap. Reg.*

Digitized by Google

Reg. 224. *num.* 20.) solent emenari banna imponentia pœnam mortis contra receptantes bannitos, & foriudicatos; prout tale bannum fuisse emanatum, vt post bannum, receptãtes infra quatuor menses appensatè, & absque vi puniantur pœna mortis, testatur *Ioan. Grandis d. prædicamento pati, quæst.* 1. *post num.* 10. vbi dicit, quod die 16. Octobris 1584. fuit emanatum bannum, quod receptãs aliquem ex exceptuatis, & nominatis in eodem banno, puniatur pœna mortis, naturalis, & aliàs contra receptantes aliquos foriudicatos, fuit etiam imposita pœna mortis, *prag.* 15. *in fine de exulib.* Et eadem pœna mortis contra receptatores quorumdam foriudicatorum fuit imposita, per Pragmaticam editam per Excellentissimum Ducem Medinæ, sub die 15. Ianuarij 1643. quæ postea fuit confirmata per eundem Excellẽtissimum Ducem sub die 15. Iulij 1643. §. 1. & per Excellentissimum Magnum Admiratum Castigliæ sub die 19. Maij §. 1. & sub die 1. Decembris 1644. §. 1. & licet *d. cap. Reg.* 224. imponat pœnam mortis contra receptatores bannitorum, & foriudicatorum, tamen dicit ibi *Lucas de Penna*, quod nunquam vidit, talem pœnam imponi iustitiæ faciendæ neglectu.

5 Quarto per *Pragm.* 1. *& 2. de receptat. delinquent.* disponitur, vt si Baro, vel priuata persona receptet bannitos, & foriudicatos, puniatur pœna ducatorum sex mille, & alijs pœnis Proregi reseruatis; quæ pœna Proregi reseruata, fuit declarata in Regijs triremibus per quinquennium, *Regens Rouit. prag.* 3. *num.* 2. *de recept. delinquent.* sed *Cabal. resolut. crim. casu* 258. dicit, quod quando per statutum est imposita pœna pecuniaria, & vltra pœnam pecuniariam, alia arbitraria, ista pœna arbitraria, adhuc debet esse pecuniaria, & non corporis afflictiua, vltra quod in *dicta prag.* 1. dicitur, & alia pœna pecuniaria arbitrio nostro reseruãda, & in *d prag.* 2. simpliciter dicitur, & alia pœna arbitrio nostro reseruata, & in terminis *d. prag.* 1. *&* 2. potest procedere opinio *Caballi*, sed ipse *Regens Rouit.* loquitur vigore *prag.* 3. quæ hodie est 4 *de recept. malefact.* quæ mandat, vt si quis receptet, celet, vel auxilium præstet delinquẽti, vt facto dicto delicto aufugiat, licet ipse delinquens adhuc non sit reputatus contumax, vel bannitus, tamen ipse receptans, celans, vel auxilium præstans, punitur pœna ducatorum sex mille, & alia pœna corporali Proregi reseruata, & sic ista pœna corporalis, Proregi reseruata, fuit declarata in Regijs triremibus per quinquennium, secundum *Regentem Rouit. vbi sup.*

6 Quinto per *prag.* editam per Excellentissimum Magnum Admiratum de Castiglia Viceregem huius Regni sub die 19. Maij 1644. §. 1. disponitur, vt receptatores, & facientes receptare bannitos, foriudicatos, vel scurritores campaneæ, vel eis subministrãtes victum, & eis prouidentes de vestibus, armis, & monitione, vel practicantes cum dictis, vel eos protegentes, & fomentantes si sint ignobiles puniuntur in ducatis sex mille, & in triremibus per quinquennium, si verò nobiles in ducatis sex mille, & per quinquennium in carceribus in vno ex castris huius Regni, declarãdo per Proregem, & alijs pœnis dicto Proregi reseruatis. Sed antea per *prag.* editam per Excellentiss. Ducem Medinæ sub die 15. Iulij 1643. §. 2. disponitur, quod si Baro permittat, vt banniti, foriudicati, vel delinquentes maneant in eorum terris, vel si ipse Baro prænominatis præstet auxilium, vel fauorem quolibet modo, ipse Baro, punitur pœna ducatorum sex mille, & pœna suspensionis iurisdictionis eius terræ, vbi permisit, prænominatos manere vltra dies duos, & suspenditur eius iurisdictio per quinquennium, exceptis tamen Baronibus non habitantibus in Regno, in quorum locum eorum Officiales permittentes supradicta, puniuntur pœna ducatorum trium millium, & statim priuantur officio, & amplius exercere non possunt alia officia, & idem obseruatur contra Officiales demaniales, & idem erat olim, quoad suspensionem iurisdictionis contra Baronem ob receptationem delinquentium in eius terra, vt dixi supra cap. 15. nu. 30. cum duobus numeris sequentibus, sed hodie per supradictam *prag.* editam per Excellentissimum Magnum Admiratum de Castiglia sub die 19. Maij 1644. §. 2. disponitur, vt Barones tàm titulati, quàm non titulati recolligentes, & permittentes, bannitos, vel foriudica-

Digitized by Google

tos, scurritores campaneæ, vel delinquentes deambulare, practicare, vel habitare intus eorum in terris, vel eis dantes auxilium, & protegentes, puniatur pœna ducatorum sex mille, & carcerum per quinquennium, & alijs pœnis Proregi reseruatis, & ipsis sequestratur per quinquennium iurisdictio illius terræ, vbi permiserunt practicare supradictos, exceptis tamen Baronibus habitãtibus extra Regni, vel extra dictas eorum terras per sexaginta milliaria, in quorum locum, in hoc casu Officiales puniuntur supradictis pœnis, si contrauenitur, & puniuntur pœna ducatorum trium millium, & priuantur officio, & in futurum alia officia exercere non possunt; & eadem pœna imponitur contra Officiales Regios demaniales; & est sufficiens probatio, si duo testes deponant, dictos delinquentes, bannitos, vel scurritores campaneæ habitasse, practicasse, & deambulasse in terris Baronalibus, vel demanialibus vltra dies duos, vt in *d. prag.* edita die 19. Maij d. §. 2. & in *d. prag.* edita die 25. Iulij §. 2.

7 Et vltra supradictas pœnas impositas per Regias Pragmaticas contra receptãtes foriudicatos, imponitur etiã pœna à iure communi statuta. *Prag. 1. §. 2. de perfect. malefact. prag. 1. §. 6. de exulib. prag. 3. §. 3. & prag. 4. in fine, de recept. malefact.*

8 Sed quidam milites, qui duxerunt foriudicatum in locum immunem, eum sociando cum armis, fuerũt per septennium condemnati ad triremes, vt testatur *D. Reg. Sanfelit dec. 227.*

9 Et quis punitur, dato, quod practicet cum foriudicatis, vt probatur in *d. prag. edita die 19. Maij §. 1.* & de iure communi remissiuè loquitur *Reg. Rouit. in prag. 3. num 11. de recept. malefact.* citat *Signorol. cons. 125. & Abbatem in cap. ad hæc extra de iudicijs*, & ipse *Regens Rouit. in d. prag. 3. num. 8* dicit, quod de iure Regni quis punitur, dato, quod det escam, vel potum bannito, licet secus sit de iure communi.

10 Et quis non solum bannitum vilum prohibetur receptare, sed etiam neque cadauer banniti potest receptare, alias punitur. *Regens Rouit. in rub. de recept. malefact. num. 10.* Sed sepeliens corpus foriudicati in loco banni non punitur pœna ordinaria statuti contra dantes auxilium, & fauorem foriudicato, sed punitur alia mitiori pœna extraordinaria. *Cabal. resol. crim. casu 83.* Et cadauer banniti non potest sepeliri in loco banni. *Guazzin. ad defens. Reorum, def. 38. cap. 7. num. 6. Nellus de bannitis in 2. par. 3. temporis, num. 2. Cabal. resol. crim. casu 83. num. 1. & casu 265. nu. 3. & 7. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. num. 4. in fine, & de Angelis ad Gizzarell. dec. 15. num. 6.* Sed tanti ossa, & cineres banniti possunt sepeliri in loco banni, *Guazzin. d. def. 38 d. cap. 7. num. 6.* Prout etiam licet confinatus in aliquo loco ad certum tempus, moriens durante confinatione non possit ante finitum tempus confinationis trãsferri ad locum, à quo confinatus erat, vt ibi sepeliatur absque licentia Principis. *l. 2. ff. de cadaueribus punitorum*, tamen secus est quoad ossa, *Cabal. d. casu 265.*

11 Et vassallus non excusatur si receptat suum Baronem delinquentem, nisi talis receptatio non potuit euitare. *Reg. Rouit. prag. 1. n. 3. & in prag. 4. n. 3. de receptat. malef.*

12 Domus receptatis foriudicatos potest destrui *l. 1. §. domini, C. de his, qui latrones*, quod intellige si cõcurrat scientia ipsius receptatoris, & quod potuit prohibere, & non prohibuit. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 34.* Immo Ecclesia in nemore existens potest destrui, si in ea receptẽtur latrones, cum auctoritate tamẽ Superiorum Ecclesiasticorum. *Reg. Rouit. rub. de recept. malefact. num. 9.* & dicam infra cap. seq. n. 35.

13 Et receptans bannitos, & foriudicatos non admittitur ad compositionẽ, inconsulto Prorege. *prag. 4. de composit. in compilatione facta de anno 1633.* quod ego intelligo procedere in Magna Curia, vel in Regijs Audientijs, & nõ in Curijs Baronalibus, quæ passim admittunt istos receptatores bannitorum ad compositionem absque relatione facienda Proregi. Immo Regiæ Audiẽtiæ possunt admittere ad compositionem illos, qui præstant victum bannitis, Inconsulto Prorege, quod non est quoad veros receptantes bannitos, nam isti veri receptatores bannitorum nõ possunt admitti ad compositiones per Regias Audientias, Inconsulto Prorege, *Io. Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 85. num. 5.*

14 Sed

Digitized by Google

14 Sed vniuersitas non potest admitti ad compositionem pro receptatione bannitorum, alias compositio est nulla. *cap. Regni 241. & cap. Regni 278.*

15 Et scias, quod si tres banniti in eorum tortura committantur, ipsos fuisse receptatos ab aliquo, etiam si isti tres banniti deponant de actibus diuersis, & singularibus, tamen plene dicitur probatum delictum receptationis. *cap. Reg frequens, & ineffrenata, & cap. Reg. constitutionem diuae memoriæ, pragm. 1. §. de vtinee non de exulib. & prag. 1. §. 2. de persequut. malef.* sed hodie sufficit depositio duorum bannitorum tantum, vt in *pragm. 6. de recept. malefact.* & docent *Caranit. in prag. 1. n. 73. & seq. de exulib. & Fo. Grandis d. præscamento, pati, quæst. 3. speciali 90.* sed depositio istorum duorum bannitorum facta in tortura debet repeti parte citata, alias non probat. *pragm. 1. §. 2. de persequut. malef.* vbi *Regens Ronit. n. 11.* licet contrarium teneat *Fo. Grandis d. speciali 90.* tamen secundum opinionem *Regentis Ronit.* tenet *Caranit. d. pragm. 1. nu. 73. de exulib. & Regens Sanfelic. dec. 37. n. 3.* dicit opinionem *Fo. Grandis* procedere, quando proceditur virtute potestatis extraordinariæ, quia tunc repetitio non erit necessaria, sed quod sit necessaria repetitio, etiam si procedatur in causa ad modum belli diximus supra *cap. 4. n. 7.* Et dicta depositio duorum bannitorum debet repeti in tortura. *Regens Ronis. d. num. 11. ver. & tenacius,* alias non probat, dato quod principalis receptator det testes Curiæ pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis. *Regens Ronit. d. prag. 1 §. 2. nu. 13. & seq. de persequut. malef* sequitur *Pastal. de virib. patriæ potest. part. 4. cap. 3. n. 41.* Et dicta depositio duorum bannitorum debet repeti; datis defensionibus ipsi, contra quem est facta dicta depositio ipsorum bannitorum, & non antea. *Regens Ronit.* vbi supra *post num. 11.* & ipsa repetitio debet fieri cum iuramento. *de Nigris in cap Reg. frequens, & ineffrenata, n. 59. & 62. & Regens Rouit. prag 5 nu. 3. de recept. malef.* sed si ille, contra quem est facta depositio ipsorum bannitorum, non reperiatur in posse Curiæ, & deponēs fit condemnatus ad mortem, & sit suspēsurus, in hoc casu cautela traditur, vt prius citetur ille, contra quem est facta depositio, qui si cōparet, & tunc repetitio deponentis fit eo modo, & forma, vt supra, si vero non comparet, eo effecto contumace, potest exequi sententia contra deponentem, quia tunc, dum deponens moriatur in contumaciæ Rei, ipse deponens habetur pro repetito per *prag 10. §. 83. de off. Iudic.* sed *Dominus Regens Sanfelic. d. dec. 37. nu. 2* dicit, quod obseruatur in Magna Curia tempore confessionis, si est præsens Reus nominatus, iurari in eius faciem, si autem non est præsens, cum venerit ad manus Iudicis, si non reperitur exequuta sententia mortis, nominantem iterum torqueri ad conualidandum eius dictum similiter in faciem dicti nominati; absente vero nominato, torqueri, citato ipso nominato, & ita obseruatum die 17. Martij 1625. in causa Battistæ, seu Tittæ Tizzani, & interpositum decretum, quod repetatur cum tormentis, citato nominato, & ita fuisse exequutum, testatur ipse *Dominus Ragens Sanfelic.* ibi. Et de iure communi confessio socij criminis, qui fuit morti traditus nullum facit indicium contra consocium sine alio adminiculo. *Bertazzol. cons. crim. 234. lib. 1. Pastal. de virib. patriæ potest. lib. 4. cap. 3. n. 41. in fine, & Regens Ronis. pragm. 5. n. 5. de recept. malefact.* & de iure communi testes sine partis citatione recepti in causa criminali, si moriantur antequam repetantur, nō probant. *Caball. resol. crim. casu 269.*

16 Sed aduertas, quod receptans bannitum publicè toleratum à superiore non punitur. *Regens Rouitus in prag. 1. nu. 4. de recept. malef. Foller. pract. crim. 1. ub. banniantur, n. 14. & Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de receptat. cap. 1. nu. 34.* & à fortiori receptans foriudicatum guidatū nō punitur, immo si quis in partibus receptat foriudicatum guidatum eo die, quo Neapoli fuit concessum guidaticū, in hoc casu neq; punitur.

17 Sic etiam neq; punitur alloquens cum bānito, & foriudicato, nam *pragmatica* loquuntur tantum de præstante auxilium bannitis, & ipsos receptante, & opem præstante, & non loquuntur de loquente cum bannitis. *Danza d. tit. de receptatorib. cap. 1. num. 61.* vnde alloquens cum bannito non punitur. *Danza* vbi supra, & *Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, ver. post vero maleficium, num. 44. fol. mihi 130 à tergo.* Quod si statutum hoc prohibeat, & tunc tale statutum puniens loquentē

cum

cum bannito, non comprehendit eũ, qui mittit Nuncium, vel epistolam bannito. *Bar. in l. 1. ff. de legibus, Riccius in praxi fori Ecclesiastici part. 2. resolut. 65. nu. 2. & Cepoll. cautela 156. nu. 2.* vbi dicit ipse *Cepoll.* quod prohibitus aduocare, non prohibetur facere allegationes in iure, & idem dixit in *cautela 186.* & desumitur ex *l. Paulus, la prima §. fin. vbi Bar. ff. de legationibus*, & quod prohibitus alloqui cum bannito non dicatur prohibitus ipsi Nuncium, vel literas mittere confirmatur ex dictis per *Riccĩ d. resol. 65.* vbi sustinet, quod si statutum det pœnam excommunicationis contra alloquẽtes cum Monialibus, non comprehendit mittentes Nuncium, vel literas dictis Monialibus, sed alloquens cum excommunicato excommunicatione maiori, efficitur excommunicatus excommunicatione minori; & hoc procedit etiam in eo, qui mittit Nuncium, vel literas ipsi excommunicato. *clem. si summus de sent. excom. cap. constitutionem, ver. participatione, de sent. excom. in 6.* prout etiam non solum qui alloquitur cum Cardinali existenti in conclaue dicitur excommunicatus, sed etiam qui mittit Nuncium, vel literam dicto Cardinali. *cap. vbi periculum. §. nulli de elect. in 6.*

18 Et statuto disponente, vt nullus possit dare bannitis auxilium, & fauorem, si quis patrocinium præstat pro bannito, in alia causa, quam pro ea, pro qua fuit bannitus, si ipse bannitus per statutum non sit prohibitus se defendere in dicta causa, & tunc præstans patrocinium bannito in dicta causa non punitur, secus si per statutum sit prohibitum bannito, ne possit, se defendere in dicta causa, prout est in Regno nostro per *ritum 220.* quia tunc præstans patrocinium bannito in dicta causa punitur; sed quando quis præstat patrocinium ad annullandum bannum, & foriudicationem, & tunc non punitur, nisi quis sit foriudicatus pro crimine hæresis, vel læsæ Maiestatis humanæ, ita *Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis, n. 26. & Foller. d. rub. banniantur n. 19.* vbi dicit idem esse in testificante pro bannito in aliqua causa. Sed quod quis aduocans pro bannito, non dicatur ei præstare auxilium, dicit *Carrerius d. ver. post vero maleficium, nu. 40. fol. mihi* 130. vbi *nu.* 44. dicit, quod consulens foriudicatũ nõ dicitur ei præstare auxilium, & consequẽter non punitur de receptatione, citat *Bal. in cap. 1. de iudicijs*, dicentem, quod cum bannito potest haberi cõsilium; & idem tenet *de Nigris in cap. Reg. 224. nu. 24.* sed *prag. 1. de recept. malefact.* etiam prohibet, dari consilium malefactori.

19 Quod si tabernarius det potum, vel escam bannito, ignorans, ipsum esse bannitum, mediante pecunia, in hoc casu ipse non punitur. *Danza d. tit. de receptatorib. cap. 1. nu. 31. Mastrill. dec.* 216. *num. 84. & seq.* & tabernarius receptans bannitum, vel ei dans ad comedendũ, & bibendum non punitur, vt receptator. *Carrarius d. ver. post vero maleficium, num. 28. fol. mihi* 129. *à tergo.* & quod tabernarius receptans bannitos, vel eis dans potum, & escam per trãsitum non puniatur, dicit *Foller. d. rub. banniantur, n.* 15. *de Nigris in cap. Reg.* 210. *nu.* 10. *in fine, idem Carrerius in d. pract. crim. tit. de hæreticis, ver. nunc de receptatorib. nu.* 22. *fol. mihi* 282. latè *Caball. resol. crim. casu* 287. *à nu.* 66. *vsq; ad nu.* 80. *Boss. pract. crim. tit. de rapinis, n.* 34. vbi dicit idem esse in quolibet alio, qui si per transitum dat ad bibendum, vel comedendum bannito, non punitur, idem tenet *Regens de Ponte de potest Proreg. tit.* 1. §. 3. *nu* 6. & quando bannitus publicè transit per aliquam Villam, si ibi publicè bibat in caupona, caupo non punitur. *Regẽs Rouit. prag.* 1. *n.* 7. *de recept. malef.* qui omnes citati DD. se fundant super ignorantiam; nam quando quis receptat bannitum, ignorans, illum esse bannitum non punitur. *Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis, n.* 20. *Hipp. de Marsi in l. qui falsum, n.* 66 *ff. ad legem Cornel. de falsis Caball. resol. crim. casu* 287. *Riccius coll.* 544. *& Boss. d. tit. de rapinis, num.* 16. *&* 21. Quod intellige, vt non puniatur pœna ordinaria, sed benè punitur pœna extraordinaria. *Affl. in Const. Reg pœnam eorum, num.* 65. *in fine.* nisi bannitus esset publicus, & notorius, quia tunc ignorans receptator non excusatur à pœna ordinaria. *Riccius dec.* 166. *part.* 3. *de Nigris d. cap. Reg.* 210. *n.* 10. prout etiam, nam licet si quis ignoranter receptet hæreticum, probabilis ignorantia excusat ipsum receptantem. *glos. in cap. excusatus de hæreticis in 6.* tamen quando quis receptat notorium, & famosum hæreticũ tunc præsumitur scientia,

Digitized by Google

tia, & non ignorantia. *Hipp. de Marſ. conſ.* 107. *&* Carrerius *d. tit. de hæreticis d. ver. nunc de receptatorib. n.* 26. *cum duob. nu. ſeq. fol. mihi* 282. & receptatores hæreticorum puniuntur pœna relegationis in perpetuum, & eorum bona publicantur *Conſt. Regni Paterenorum*. Vnde ſi quis ſit factus foriudicatus in Magna Curia, & eodem die ſit receptatus per aliquem in partibus huius Regni, receptans excuſatur ſaltim à pœna ordinaria, cum præſumatur, ipſum receptatorem neſcire foriudicationẽ, & non obſtat ſi dicatur, quod ipſe ſciebat, receptatum eſſe delinquentẽ, & per *prag.* 4 *de recept. malef.* diſponitur, quod receptans malefactorem adhuc non contumacem punitur, & docet *Foller. d. rub. banniantur, n.* 17. nam reſpõdemus *d. prag.* loqui, quando quis paulò poſt delictum receptat delinquentem, cauſa eum faciendi aufugere, ſecus ſi eum receptat elapſo multo tẽporis ſpatio poſt delictum; ſed aduertas, quod omnia ſupradicta iura allegata in principio huius cap. dant pœnam contra receptatores omnium delinquentium, & per *prag.* 1. *de recept. malefact.* eſt ſtatutum, vt nemo ſub prętextu ignorantiæ poſſit eludere pœnã ſtatutam contra receptatores, quod nullus exterus poſſit receptari vltra binas noctes, quin denũcietur Curiæ, quod ſi receptatus fuerit vltra binas noctes, & fuerit poſteà rẽpertum, eſſe bannitum, teneatur receptator ipſe ad pœnam, etiam ſi allegaret ignorantiã, & docet *Foller. d. rub. bãniantur, n.* 13.

20 Et receptans bannitum tempore ſuæ inimicitiæ ad defenſam ſuæ perſonæ non punitur. *Regens Rouit. prag.* 3. *n.* 7. *de recept. malefact* Hinc dixi in quodam diſcurſu, quod ſi in marina appareant turcæ, & cum hominibus nõ inquiſitis aſſocientur foriudicati ad defenſam Regni, in hoc caſu puto, aſſociãtes cum dictis foriudicatis etiam ſi ſint Officiales non puniri, cum hoc faciant ex cauſa neceſſitatis, & neceſſitas non habet legem. *l. ſi laborante, §. cum in eadem in fine ff. ad l. rhod. de iactu.*

21 Sic etiam ſi quis receptat nulliter bannitum non punitur. *Graſſus de effect. cler. eff.* 1. *nu.* 467. *&* *Reg Rouit d prag.* 3. *nn.* 10 *de recept. malef.* vnde ſi quis receptat Clericum bannitum à Iudice ſæculari non punitur, quia bannum eſt nullum. *Gramat. dec.* 29. *Riccius coll.* 291. *in fine, &* de Nigris *in cap. Regn.* 210. *poſt n.* 26.

22 Idem eſt ſi quis receptat bannitum, & deindè pœnitentia ductus illum Curiæ præſentet, nam in hoc caſu ipſe mitius punitur. *Regens Rouit. d. prag.* 3. *num.* 9. *de recept. malef.* & hoc procedit quando ipſe receptans à principio nõ habebat animum dictum bannitum capiendi, & Curiæ præſentandi, ſecus ſi à principio habebat hunc animum, & eum receptauit ad finem eum capiendi, & Curiæ præſentandi, & deindè eum capiat, & Curiæ præſentet, quia tunc in nihilo punitur. *Nellus de bannitis in* 3. *parte,* 2. *temporis, n.* 24. *&* Foller. *pract. crim. d. rub. banniantur, n.* 20. *& in prag. de foriudicatis, n.* 38.

23 Sic etiam ſi quis receptat bãnitum coactè per vim, & metum non debet puniri. *Foller. d. rub. banniantur, n.* 18. *Carrerius d. tit. de homicidio, ver. poſt vero maleficium, nu* 29. *&* 37. *fol.* 129. *&* *ſeq.* prout etiam receptans hæreticum per vim neq; punitur. *Carrerius pract. crim. tit. de hæreticis, ver. nunc de receptatorib. n.* 30. *fol. mihi* 282. *à tergo*; & quis, ſi ob metum contrahat amicitiã cum inimicis Regis, non dicitur Rebellis. *de Nigris in cap. Reg. nuper, n.* 53. *&* 66. vnde merito receptans bannitum per vim, & metum non punitur. *Affl. in Conſt. Reg. paterenorum, Riccius coll.* 544. *&* Cabal. *reſol. crim. caſu* 287. *à n.* 11. *vſq; ad finem*, & præcipuè *nu.* 79. Hinc eſt, quod ſi decem, vel viginti banniti ſimul congregati vadant ad ianuam alicuius Ruſtici, & dicant ſi non aperies nobis portam, imponemus ignem, ſi iſte talis aperiat oſtium, & eos receptat, in hoc caſu iſte receptans non punitur. *Hipp. de Marſ. in l.* 1. *n.* 97. *ff. ad legem Cornel. de Sicariis. de* Nigris *d. cap Reg.* 210. *poſt n.* 10. *&* Caball. *d. caſu* 287. *poſt nu.* 12. vbi poſt *nu.* 13. dicit, quod ſi multitudo bannitorum per vim, & violentiam in domibus particularium hominum habitãtium in Villa ſit hoſpitata hoſpitantes non puniuntur, citat *Affl. in Conſt. Regn. paterenorum, num.* 8. *ver. tertio quæro.* Hinc etiam eſt, quod ſi quis ſit de terra aperta, & habeat animalia, & de eorũ induſtria viuat, ſi ipſe receptat, vel det victum multitudini bannitorum, non punitur. *Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 1. *§.* 3. *num.* 24. *&* *ſeq.* vnde dans recaptum bannitis ad euitãdum euitanda non debet puniri. *Danza d. tit. de*

*tit.de receptatorib.cap.1.num.68.& seq.*sed tutius est impetrare licentiam à Prorege.

24 Et neq; punitur receptans bannitũ factum in Regno, si illum receptat extra Regnum. *Regens Rouitus d.prag. 3.nu.5.de recept.malefact. & Danza d.tit.de receptat. cap.1.n.57.*

25 Prout etiam neq; punitur receptãs bannitum consanguineum, vel compatrem.*l.2.ff.de receptat. prag.4.*vbi *Regens Rouit.n.5.*quæ hodie est.*5.de recept. malef.* & docet *Riccius coll. 544.* Quod secus erat dispositũ antea per *prag. 3.* quæ hodie est *4. de recept. malef. & per Const.Reg. patres pro filij,& per Const.Reg. pœna carere volentes*, quæ iura hodie sunt correcta in Regno per *d.pragm.4.* quæ hodie est. *5.de recept.malef.* sed nõ credo, quod sit correcta.*prag.11.§ 2.de empt.& vendit.*quæ vult,quod receptãs furem, dato quod sit pater, puniatur pœna in ea pragmatica contenta. Sed ædictũ Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ prohibens receptationem bannitorum,sub pœna suspensionis, procedit etiam contra receptantem patruum bannitum. *Riccius dec. 254. part.3.* Et licet *Regens de Ponte d.§.3.n.5. Carrerius d.tit.de homicidio d.ver. post vero maleficium,num.30.& 32.& Foller.d.rub. banniantur,nu.11.* dicant,quod consanguinei,& affines receptantes bannitũ affinem,vel consanguineum puniantur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, tamen secus puto hodie per *d.prag.4.*quæ hodie est *5.de recept.malef.* Vnde vxor receptans maritum bannitum non punitur. *Regens de Ponte d.§.3.n.5. Boß pract.crim.tit de bonorum publicatione post n.75.Carrerius d.ver post vero maleficium,n.34.fol.mihi 129.à tergo, de Nigris d. cap.Regn.210.nu.9. Nellus de bannitis in 3.parte,2.temporis,nu.22.& Foller.d.rub.banniantur,num.12.* Et vxor sequens maritum rebellem,ipsa non efficitur rebellis. *Boss.pract.crim.tit.de crimine læsæ Maiestatis, num.32.& Sebast.de Neap.in cap.Reg.nuper,nu.22.*Idem est in patre,& matre,qui si receptēt eorum filium bannitum, non puniuntur. *Regens de Ponte d.§.3.nu.6.* Et si nemini liceat conuersari cum excommunicato, & alloquens cum excommunicato,excommunicatione maiori,efficiatur excommunicatus minori excommunicatione,quod procedit etiã in eo,qui per Nuncium, vel per epistolam, seù literam alloquitur,vt dixi supra *num.17.*tamen si consanguineus versatur cum consanguineo excommunicato,non efficitur excommunicatus.*cap inter alia de sententia excommunicat.* vnde merito consanguineus receptans bannitum consanguineum, non punitur, vt diximus;sed Turca si faciat se Christianum, non potest cõuersari cum alijs Turcis,etiam si sint consanguinei.*prag.1.de commercio.*

26 Sic etiam si amicus receptat bannitum amicum,mitius punitur, quàm receptans bannitum non amicum. *Graff.de effect.amicitia,num.64.*Sed quod non minoretur pœna receptationis propter amicitiam, dicit *Foll. d. rub. bãniantur,n.16.*sed primam opinionem tenet *Carrerius d.ver post vero maleficium n.33.fol.mihi 130.à tergo,*sed in receptatione hæreticorum inueterata amicitia non excusat. *Carrerius d.tit.de hæreticis,ver.nunc de receptatoribus num.32.fol. mihi 282.& de Angelis ad pract.crim.Foller. d.rub.banniantur,n.19.*

27 Et aduertas, quod Iudex potest ex officio procedere absq; denuncia, & querela contra receptatores malefactorum. *cap.Regni 148.ver.& propter eã, & in cap.Regni 224.*

28 Et an vassallus Baronis receptans in territorio ipsius Baronis foriudicatos Magnæ Curiæ Vicarię,vel Regiarum Audientiarum, possit puniri ab ipso Barone,vel debeat puniri à Magna Curia,vel Regia Audientia. Et nonnulli tenent quòd puniatur à Magna Curia, vel Regia Audientia, & Baro non possit se intromittere, vt ita decisum testantur *de Franch.dec.470. Thorus compend.decis.tom.3.sectione 3.ver.remissio fol.91.& D.*Reg.*Sanfelic.dec.63.post n.7.vsq; ad n.9.* & ita est dispositum per quendam ordinem relatum in apostilla ad *prag.4.de composit.*& docent *Regens Rouit. prag.1.n.14.de recept. malefact. & in prag.2.n.13.vbi de delicto, Didacus de Mari ad Gramat. dec.26.num.12.&* Foller. *pract.crim.rub.audiantur excusatores n.134. in fine,& ibi de Angelis n.133.* sed alij tenent,quod Baro sit Iudex competēs, & quod causa ipsa,dicto Baroni sit remittenda;prout ita bis decisum refert *Viscont. ad Præs.de Franch. d.dec. 470.* & docent *Regens de Ponte de potest.Proreg. tit.1.§.3.nu.27.& seq. Capibl.de Baronib. prag.8.part.2.nu.131.Danza de pugna DD. tom.1.tit.de receptatorib.cap.1.in principio, & Thor.*

Digitized by Google

& Thor. sibi contrarius d. sect. 3. d. ver. remissio fol. 78. sed ego teneo, inter Magnam Curiam, vel Regiam Audientiam; & inter Baronem vassalli receptātis foriudicatos ipsius Magnæ Curiæ, vel Regiæ Audientiæ, dari præuentionē, & illum præferri, qui primo preuenit, ita *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per Campaneam cap. 1. post num. 19.* quod confirmo pluribus rationibus in *tract. de foro compet. cap. 60.*

SVMMARIVM.

1 Foriudicati dicuntur hostes publici, inquietatores pacis, proditores, contemptores iustitiæ, grassatores, & latrones.

2 Campana debet pulsari ad arma, quando habetur notitia de foriudicatis, & omnes Ciues tenentur eos persequi; & Officialis, & Sindicus contrafacientes puniuntur, & n. 8. limita nu. 7. & 9. Et an omnes Ciues teneantur persequi? n. 3. Et Sindici possunt pulsare dictam campanam absque licentia Officialis, num 4. Et Ciues quando possint compelli ad persequendum foriudicatos? n. 11. & 22.

5 Arma prohibita an quis portare possit pro persequutione foriudicatorum?

6 Officialis loci exempti, vbi sunt foriudicati, tenentur pulsare campanam ad arma, & eos insequi.

10 Officialis permittens, foriudicatos practicari in eius iurisdictione, potest puniri durāte officio.

13 Ciues associati cum familia Curiæ pro persequutione foriudicatorum, si delinquant, puniuntur tantum à Magna Curia Vicariæ.

14 Expensæ pro persequutione foriudicatorum à quo fieri debeant?

15 Familiæ Officialis capiens foriudicatum de ordine ipsius Officialis, præmium à pragmaticum spectat ad Officialem.

16 Baro tenere debet familiam armatam, suis sumptibus, pro persequutione malefactorum; nisi de consuetudine Vniuersitas teneatur; quod si teneatur, & tunc debet eligere personas idoneas, n. 17.

18 Baro ciuilis iurisdictionis potest tenere familiam armatam, actuarium, & carceres.

19 Baro tenetur suum vassallum foriudicatum à M. C. V. capere, & captum mittere ad dictam M. C. V.

20 Persona qualibet priuata tenetur capere foriudicatos, sed non tenetur capere malefactores Clericos, n. 21.

22 Foriudicati à quocunq; capi possunt, etiam die feriato, & absq; licentia Officialis nu. 24. Et etiam falsi monetarij possunt capi absq; mandato Iudicis n. 25. in fine, & ipsi foriudicati possunt capi etiam à partibus offensis. n. 25.

23 Debitor pro causa ciuili non potest capi, nec contra eum exequi die feriato.

26 Licentiam habens portandi arma, potest illis vti in eius patria pro persequutione foriudicatorū, absq; beneplacito Baronis.

27 Præses, Auditores, & Fiscales an possint circumire Prouinciam pro persequutione foriudicatorum absq; licētia Superiorum?

28 Præses pro persequutione foriudicatorum potest destinare certos milites, & Commissarios, sed ipsis non potest destinare salarium de publico, absq; licentia Proregis. & an possit impendere pecuniam Fiscalem. ibidem.

29 Remedia plura traduntur pro captura foriudicatorum vsq; ad n. 38. & 45.

30 Præses pro persequutione foriudicatorum potest vti brachio militari, & potest introire in territorio Romanæ Ecclesiæ nu. 40. Et in territorio alterius Prouinciæ n. 41. & quid in alijs Officialibus ibidem; & an captus in aliena iurisdictione absq; implorato brachij illius Iudicis sit relaxandus. post d. n. 41.

42 Capi quis potest à Iudice delicti in cōfinibus sui territorij.

43 Foriudicati capi non possunt intus Ecclesiā, sed possunt capi intus domum. Clerici. ibidem in fine, & possunt capi in domo aliena. n. 44.

CAP. XIX.

De persequutione foriudicatorum.

1 ET quia foriudicati dicuntur hostes publici, vt in *Const. Reg. pœnam eorum*, & dicuntur inquietatores pacis, & quietis subditorum, nam aliquando ex causa foriudicatorum, homines relinquunt artes, & eorum ministeria. *Bal. in l. obseruare §. fin. ff de off. Proconf.* & propter foriudicatos augetur consuetudo delinquendi, & delictorum frequentia. *Fabius à Monteleon. in prax. arbitraria parte 7. quæst. vltima n. 41.* & propter multitudinem foriudicatorum, & eorum potentiam delicta non puniuntur, & quando delicta non puniuntur, publica lætitia turba-

Digitized by Google

tur. *l. nemo, vbi Bald. C. de Episcop. & Clericis*, & isti foriudicati; & banniti dicuntur proditores, & contemptores iustitiæ, grassatores, & latrones, vt dicit *Io. Grandis de bello exulum prædicamẽto qualitatis, quæst. 1. & dicuntur hostes Ciuitatis. l. proditores, ff. de re milit. Carolus Rota pract. conclus. conclus. 9. num. 69. in fin.* Ideo est insudandum pro eorum persequutione, vt capiantur, & illis captis, Respublica remaneat libera, pacifica, & quieta. Et propterea quando habetur notitia de bannitis, & foriudicatis debet pulsari campana ad arma, & omnes ciues tenentur suscipere arma, & prosequi dictos bannitos, & foriudicatos. *pragmat. 1. de persequend. malef.* sed exceptuantur minores decem, & octo annis, maiores sexaginta annis, & Doctores. *Carauit, prag. 1. n. 70. de exulib.* & docet *Regens Rouit. d. prag. 1. num. 5. de persequend. malef.* & Officiales, & Sindici, qui contrafaciunt puniuntur pœna ducatorum mille, & alia pœna arbitraria, & tenentur ad refectionem damnorum factorũ per dictos bãnitos, & foriudicatos. *d. prag. 1. de persequend. malefact. & in prag. 1. §. 5. de exulib.* Sed alij ciues si contrafaciũt non puniuntur. *d. pragm. 1.* vbi *Reg. Rouit. num. 26. de persequend. malefact.* nisi in ingressu Officialis, vel alio aliquo tẽpore sint emanata bãna pœnalia modicæ quantitatis per Officiales, vt omnes exeant armati tempore, quo pulsatur campana ad arma, quia tunc cõtrafacientes puniuntur ad quantitatem contentam in dicto banno. *Reg. Rouit. d. prag. 1. num. 27. de persequend. malefact.*

3 Et licet ad sonum campanæ ad arma omnes ciues teneantur sumere arma, & prosequi bannitos, & foriudicatos, tamẽ si Officialis habeat sufficientem partem ipsorum ciuium debet esse contentus, & non molestare omnes ciues, qui non venerunt. *Capibl. de Baronib. prag. 19. n. 56.* & ibi ipse idem in *Add. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. notatos capiat de persona, num. 45.* vbi hoc limitant, nisi intelligeretur maxima turba foriudicatorum, quia tunc omnes ciues tenẽtur, & ita decisum testatur. *Capibl. d. pragm. 19. num. 57.* vbi *num. 58.* dicit ipse *Capl.* ibi, quod campana non debet pulsari ad arma, nisi pro delictis grauibus, aliàs ciues non tenentur venire, nec posstũ multari, & idem docet *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 8. num. 14. ver. verum.*

4 Et etiam Sindici terrarum possunt pulsare campanam ad arma, quando habetur notitia de foriudicatis pro eorum prosequutione, vt in *d. prag. 1. de persequend. malef. & in d. prag. 1. §. 5. de exulib.* Immo ipsi Sindici terrarum possunt pulsare campanam ad arma pro persequẽdis malefactoribus absque licentia Officialis ordinarij. *Nouarius de grauam. vaßallorum, to. 1. grauam. 330.* & ipsum *Nouarium* sequitur *Danza de pugna DD. tom. 2. tit de armatione per campaneam cap. 8 in fin.*

5 Et quando pulsatur cãpana ad arma pro persequẽdis malefactoribus, ciues possunt vti armis prohibitis ad persequendum dictos malefactores. *Danza d. cap. 8. num. 10. cum plurib. numer. seq.* & ideo supra cap. 17. num. 19. substinui, foriudicatum posse interfici cũ armis prohibitis, vbi etiam dixi, quod asportatio armorum prohibitorum sit licita pro occidendis foriudicatis. Et quando statutum disponit, quod omnes teneantur prosequi bannitos, & eos capere, & occidere, intelligitur etiam dictum statutum concedere, quod ipsi homines ea de causa possint deferre arma aliàs per statuta, vel banna prohibita, & eis vti, ita vt deferentes non possint puniri pœna dicti statuti, vel banni talium armorum delationem prohibentis. *Ancharan. cap. canonum statuta, num. 254. extra de constit. Roman. in l. si quis in graui, §. vtrum, nu. 9. ff. ad Senat. Consul. Sillanian. Angel. de malef. ver. vno flacco ferreo, num 4. ver. quæro statutum, & Caball. resol. crim. casu 45.* Facit etiam, doctrina *Riccij in dec. 246. p. 4.* vbi dicit, quod si sit commissa causa alicui simpliciter, quæ causa non posit finiri absque delatione armorum, in hoc casu tacitè intelligitur data potestas deferendi arma, facit etiam doctrina *Affl. in Constit. Reg. quicumque mulierem, num. 1.* vbi dicit, quod per illam *Const.* quilibet tenetur succurrere mulierem acclamantem de nocte, & dicit ibi *Affl.* quod quilibet potest vti armis prohibitis, pro succurrendo dictam mulierem acclamãtem; facit etiam doctrina eiusdem *Affl. in Const. Reg. intentionis, nu. 4. & seq.* vbi dicit, quod non obstante statuto prohibente delationem armorũ, quis po-

Digitized by Google

potest deferre arma prohibita ad sui defensionem, & eis vti, si ab aduersario armis insultetur; facit etiam doctrina *Caball. resol. crim. casu 62.* vbi dicit, quod si statutum prohibeat delationem armorum, potest quis vti dictis armis in defendendo se ipsum, vel alium in casibus à iure permissis; facit etiam, nam de iure est permissa venatio leonum, vrsorum, pantherarum, aprorum, luporum, vel aliorum animalium humano generi nocentium. *l. vnica, C. de venat. ferarum, lib. 11.* & tamen pro dicta venatione est permissa asportatio armorum prohibitorum. *Cabal. resol. crim. casu 253. num. 3. & seq. & Anna sing. 59.* sed per *pragm. 21. §. 1. de armis*, disponitur, vt si quis habeat licentiam deferendi sclopos paruulos minus trium palmorum non possit illos portare, nisi habeat dictam licentiam à Prorege cũ clausula, pragmatica non obstante, aliàs non potest dicta arma portare etiam in persequutione bãnitorum; sed postea fuit statutum in Regno, quod licet, qui habet licentiam deferendi omnia genera armorum, non possit portare dictos sclopos paruulos, tamen non comprehenduntur personæ, quæ vadunt in persequutionem bannitorum. *prag. 22. §. 6. de armis*, quod etiam antea erat dispositum per *prag. 14. §. 6. per prag. 18. §. 1. in fine, & per prag. 20. §. 2. de armis.* Et Principes, & Præsides Prouinciarum possunt persequutoribus exulum dare licentiam portandi arma prohibita. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 14.* Sed in tantum personæ deputatæ ad persequutionem bannitorum possunt portare dictos sclopos paruulos, in quantum verè, & realiter insequantur bannitos, & foriudicatos, aliàs si sub colore persequutionis bannitorum sit concessa licentia asportationis dictorum armorum, & deindè commissionatus non insequatur bannitos, ipse commissionatus punitur pœna asportationis dictorum armorum, tanquam si non haberet licentiam prædictam. *d. prag. 22. §. 6. de armis*, nam ministri habentes facultatẽ deferendi arma, possunt illa portare in actu seruitij. *clem. 2. in fine, vbi glos. de hæreticis*, & docet *Regens Rouit. rub. de armis, num. 10.* Et Regiæ Audientiæ non possunt facere licentias asportationis armorum pro persequutione bannitorum ijs, qui verè, & realiter in actu non deseruiũt *prag. 10. §. 89. de off. Iudicum*, & postremò per *pragm.* editam ab Excellentissimo Comite Montis Realis de anno 1637. 29. Martij, §. fin. de armis, est dispositum, vt omnes Officiales Regij, etiam Commissarius Campaneæ, Regia Camera Summariæ, Auditor generalis exercitus, & Magnus Admiratus maris non possint concedere licentiam asportandi arma ignea breuiora, tribus palmis, sed tantum dicti Officiales possunt concedere licentiam deferendi arma ignea breuiora, tribus palmis, quæ licentia non operatur intus loca habitata, nam in his, non potest concedi dicta licentia à supradictis Officialibus Regijs, & ab Officialibus ordinarijs locorum, exceptis famulis ipsarum Curiarum, vel alijs in actu persequutionis bannitorum, nam familiæ Iudicis licita est asportatio armorum, quæ alijs personis est prohibita, & à fortiori ipsi Iudici est licita dicta asportatio armorum. *Cabal. resol. crim. casu 107. nu. 1. cum duobus num. seq.* Et Iudex pro tutela suæ iurisdictionis, & pro exequenda sua sententia potest arma mouere. *Anna cons. 7. num. 23. & Borrel. summa decis. tit. de iurisdictione, num. 214.* Vndè ex supradictis pragmaticis videtur non posse deferri arma prohibita pro persequutione bannitorum, & foriudicatorum absque licentia superiorum, sed *d. prag.* procedunt quando periculum non sit in mora, secus tempore, quo pulsatur campana ad arma, ex quo sit notitia bannitorum, quia tũc Ciues possũt vti armis prohibitis pro persequutione bannitorum, vt dixi.

6 Et quando foriudicati sunt in aliquo loco exempto, qui sit infra fines iurisdictionis alicuius Officialis, ipse Officialis non tenetur pulsare campanam ad arma, conuocando gentes, sed hoc tenetur facere Officialis illius loci exempti. *Carauit. prag. 1. num. 193. de exulib.* Sed hoc, ipse Officialis non tenetur facere à principio, sed postquã est requisitus ab Officiali illius loci exempti, ipse quoq; tenetur pulsare campanam ad arma, & cõuocare suos subditos, & prosequi foriudicatos, & bãnitos, nam *d prag. de persequend. malef.* dicit, quod Officiales tã Regij, quàm

Digitized by Google

Baronales ſtatim quod habent notitiam de bannitis, & foriudicatis in eorum territorijs, debent pulſare cāpanam ad arma, & conuocare eorum ſubditos, pro perſequutione dictorū bannitorum; & Sindici, & Electi illius loci, debent ſtatim denunciare Officialibus, Sindicis, & Electis locorum conuicinorum, quod capiant arma in perſequutione dictorum bānitorum, & dicti Officiales, & Sindici ſtatim, quod habuerunt dictam notitiam, debent pulſare campanam ad arma, & colligere gentes, & ire in perſequutionem dictorum foriudicatorum, & Officiales, & Sindici contrafacientes, puniuntur pœna ducatorum mille, & alia pœna Proregi, reſeruata, vltra refectionem damni facti à dictis foriudicatis faciendam per dictos Officiales, & Sindicos ex eorum propria pecunia, vt in *d. prag. 1. de perſequend. malefact. & in pragm. 1. §. 5. de exulib. & Regens Rouit. in d. prag. 1. nu. 30. de perſeq. malefact.* dicit, quod non ſolum ſubditi tenentur præſtare auxilium eorum Officiali, pro perſequutione malefactorum, ſed etiam alius Officialis, alterius territorij tenetur ſuum auxilium, & brachium impertire alteri Officiali perſequēti malefactorem, citat *Villadieg. lib. 7 for. indic. tit. 4. l. 2.* ergo doctrinam *Caranita* intellige, vt ſupra dixi.

7 Sed Officiales loci, qui tenentur virtute ſtatuti delinquētes proſequi, ſi videant aliquos armatos p cāpaneā incedētes, vel itinerantes, dummodo delicta non committant non tenentur eos proſequi, nec populum concitare, nec cāpanam ad arma pulſare. *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 1. n. 16.*

8 Et quando Officiales tàm Regij, quā Baronales ſciūt in eorum iuriſdictione eſſe homines delinquentes, debent ipſos capere, & proſequi, & quoad Officiales Baronales hoc intelligitur in abſentiam Baronum, aliàs in caſu contrauentionis, ipſi Officiales puniuntur pœna triennij relegationis, & ducatorum quincentorum; & priuantur officio, quod exercent, & in futurum alia officia exercere nō poſſunt, vt in *prag.* edita per Excellentiſſimum Ducem Medinæ die 25. Iulij 1643. §. 3. & per *prag.* editam per Excellētiſſimum Magnum Admiratum de Caſtiglia ſub die 19. Maij 1644. §. 3.

9 Quod intelligo quādo Officialis hoc facere poteſt abſq; periculo, aliàs non punitur; vnde firmiter teneo, Barones, & in eorum abſentiam, Officiales in his partibus Ciuitti excuſari ſi non proſequuntur bannitos, & foriudicatos, dum in his partibus vadunt banniti, & foriudicati iunctim numero centum in circa, & loca ſunt aperta, & minima, & non poſſunt coadunari tot homines, qui poſſint reſiſtere cum dictis foriudicatis, nam dictæ *pragmaticæ* debent procedere in locis, vbi eſt paruus numerus foriudicatorum, & eſt numerus hominum ſufficiens ad perſequutionem foriudicatorum, nam lex debet eſſe poſſibilis. *cap. erit autem lex 4. diſt.* & impoſſibiliū nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium 185. ff. de regul. iuris*, & præceptū Iudicis impoſſibile, nullius eſt momenti. *l. fin. ff. qua ſent. ſine appellat. reſcind.* & docet *Hipp. de Marſ. pract. crim. §. ſequitur n. 33.* & hoc comprobo ex pluribus rationibus. Primo ſi quis receptat bannitos, & foriudicatos punitur; & tamen quando quis receptat multitudinem bānitorum, quibus reſiſti non poteſt, ipſe receptans non punitur, vt dixi ſupra cap. 18. nu. 23. ergo ſi non punitur iſte receptans bannitos propter multitudinem ipſorum, qui receptans deliquit in committendo, ergo neq; puniri debet Officialis, qui proſequutus non ſit dictos bannitos ob eorum multitudinem, qui Officialis deliquit in omittendo, nam grauius eſt delictum, quod committitur in committendo, quàm illud, quod committitur in omittendo. *Iul. Clar. pract. crim. §. 1. verſ. eſt etiam*; ſecundo licet quælibet perſona priuata teneatur capere foriudicatos, vt infra dicam n. 20. tamen hoc intelligitur, ſi hoc facere poſſit abſq; periculo. *Iſer. in Conſt. Reg. pœnam eorum in vltima col. Affl. in Conſt. Regn. Iuſtitiarij non per Kalendas nu. 6. in fine, & Io. Grandis de bello exulum prædicamento, pati, quæſt. 3. ſpeciali 74. num. 2.* Tertio ſi Villa ſub certa pęna teneatur capere malefactores, tamen excuſatur, ſi propter multitudinem illos capere nō poſſit. *Caball. reſol. crim. caſu 287. num. 12. & ſeq.* Quarto licet per *cap. Regn. nuper apud Tranum*, ſit diſpoſitum, vt quis videns Rebellem, & Proditorem Regis teneatur illum capere, quod ſi illum capere non poſſit, teneatur tantum

accla-

Digitized by Google

acclamare, dicendo, (adiutorium ad innorium, ecce Proditor Regis,) tamẽ *d. cap. Reg.* intelligitur si commodè hoc facere possit sine sui periculo. *Affl. in Const. Reg. parum eorum nu. 66.* Quinto licet qui potuit prohibere, & non prohibuit videatur consentire, tamẽ si non potuit commodè prohibere, est secus. *de Nigris in cap. Reg. 10. n. 13.* Sexto licet Villa teneatur de damno facto à bannitis in eius territorio, tamen si bannitus veniat cum magna multitudine bannitorum, ipsa Villa excusatur, vt dicam infra cap. 21. n. 3. Septimo licet quis committens homicidium puniatur pœna mortis, vt diximus supra cap. 3. nu. 51. tamen si quis committat homicidiũ, vel aliud delictum propter vim, & metum excusatur. *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 60. vers. quæro modo, & Caball. resol. crim. casu 289. nu. 10.* Octauo licet domus receptatoris delinquentium possit destrui, tamen hoc intelligitur si concurrat scientia receptatoris, & quod potuit prohibere, & non prohibuit, vt diximus supra cap. præcedenti nu. 12. Nono licet vassallus tenens Castrum pro Imperatore, si illud hostibus concedat, teneatur crimine læsæ Maiestatis, tamõ si propter violẽtiam Castrum sit captum, vassallus non tenetur crimine læsæ Maiestatis. *de Nigris in cap. Reg. Castellanos n. 12.* Decimo licet Castellanus non teneatur aufugere videns inimicum, sed tenetur resistere, aliàs punitur; tamen si aufugijt, ex quo inimici inuaserunt, & non potuit resistere; in hoc casu ipse Castellanus excusatur, & non punitur. *de Nigris d. cap. Regn. Castellanos, num. 16.* Vndecimo si quis ob metum contrahat amicitiam cum inimicis Regis, non dicitur rebellis. *de Nigris in cap. Reg. nuper apud Tranum n. 53. & 66.* Decimosecundo si Vniuersitas sit capta ab aliquo Potente, vel vidẽs magnum exercitum, cui si vellet resistere, ipsa Ciuitas destrueretur, & propter hoc se pbeat hosti; in hoc casu non dicitur rebellis, & idem tenet *Affl. in Const. Regni, dubitationem num. 17.* vbi etiam dicit ipse *Affl.* quod nemo debet se periculo exponere, & timendum est, quod absq; periculo esse non potest. *de Nigris d. cap. Reg. nuper apud Tranum n. 71. & seq.* & vltra supradictas rationes, ad cõprobandum hanc meam opinionem, possunt adduci dicta per *Gramat. cons. crim. 13. à n. 21. vsq; ad n. 33.*

10 Et licet *Thorus Compend. decis. tom. 2. ter. remissio fol. 57.* dicat, quod si Officialis durante officio sit inquisitus in Magna Curia Vicariæ de amicitia habita cum bannito ipsius Magnæ Curiæ, non aliter eum prosequendo, sed permittendo eum conuersari in sua iurisdictione, in hoc casu, causa est remittenda ad Sindicatores, tamen hodie puto esse contrarium cum per supradictas nouellas *pragmaticas* sit imposita contra Officiales pœna priuationis officij, & quando imponitur pœna priuationis officij, Officialis potest conueniri durante officio. *Gramaticus dec. 40. nu. 11. Capibl. de Baronib. prag. 5. nu. 55. & seq. de Leonardis pract. offic. cap. 9. n. 23. vers. quinto, & Caball. resol. crim. casu 76. nu. 7.* nam Officialis de omnibus causis, & delictis pro quibus non potest conueniri durante officio, & de quibus non debeat officio priuari cõuenitur coràm Sindicatoribus, & expectatur exitus causæ sindicatus. *Carauit. ritu 49. nu. 26. & Capiblanc. d. prag. 5. n. 55. & 62. & in tom. 2. cap. 23. n. 1. & seq.*

11 Et Officiales pro capiendis malefactoribus possunt colligi facere homines eorum iurisdictionum *l. si qui §. sin autem, C. de his, qui latrones, cap. Reg. subditorum §. nihilominus,* & docet *Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de persona nu. 10. & 12. & Garauit. prag. 1. n. 65. de exulib.* quod intellige, si Officialis non habeat sufficientem familiam. *Bar. in l. si quis in hoc genus in fine,* per illum *tex. C. de Episcop. & Cler. Foller. d. ver. notatos capiat de persona d. nu. 10. & 12. Capibl. de Baronib. prag. 19. n. 57.* latè *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento situs quæst. 3. per totum* vbi *nu. 7.* dicit, quod non possunt cogi Nobiles, & Doctores ad prosequendũ malefactores, nisi quando propria persona Præsidis, vel Auditoris exiret, & faciunt dicta per *Carauit. prag. 4. n. 34. de exulib.* vbi *nu. 32. & seq.* dicit ipse *Carauit* ibi, quod subditi etiam ad requisitionem seruientis Curiæ tenentur auxilium præstare pro captura delinquentis, aliàs puniuntur pœna arbitraria, maximè si inquisitus aufugijt, & docet *Foller. d. rub. notatos capiat de persona n. 10.* Et quando familia Curiæ est in actu persequendi, vel si in certo loco habeat foriudicatos, & ipsa familia Curiæ non sit sufficiens ad captu-

ram,

Digitized by Google

pturam, nec habeat tempus ad conuocandum auxilium à Iudice, & tunc potest conuocare auxilium subditorum. *Io. Grandis d. prædicamento situs, dicta q. 3. n. 6.*

12 Sed licet Officialis non habens familiam sufficientem ad capiendum malefactorem possit colligi facere suos subditos, & eos compellere ad capiendum dictum malefactorem, tamen hoc intelligitur, soluto, dictis subditis, competēti salario, ita *Sebast. de Neapoli in cap. Regni subditorum, nu. 20.* & ibi *de Nigris, nu. 167. cum plurib. num. seq.*

13 Et quando cum familia Officialis, associantur alij ciues ad capiendum malefactorem, si ipsi ciues delinquāt, ipsi puniuntur tantum per Magnam Curiam Vicariæ. *Regens Rouit. rub. de Officialib. num. 5.* prout etiam resistens istis subditis, donec sunt cum familia Curiæ, punitur, ac si dictis famulis restitisset. *Io. Grandis d. prædicamento situs, quæst. 3 num. 7. in fine, & Foller. d. rub. notatos capiat de persona post num. 10.* vbi *nu. 11.* dicit ipse *Foller.* quod Officialis tenetur de eo, quod fit per vassallos conuocatos ad capturam delinquentium.

14 Et Dominus, qui habet iurisdictionem tenetur de suo facere impensas pro persequutione bannitorū. *Guazzin. ad defensam Reorum, defens. 6. cap. 5. post num. 3.* vbi *nu. 4. &* 5. dicit, quod si quis capiat bannitum, potest à Fisco repetere expensas, quas fecit pro captura ipsius banniti, vbi *d. num. 5.* dicit ipse *Guazzin.* Idem esse in Officiali, qui etiam recuperat à Fisco impensas factas pro capiendis malefactoribus, & *num 6.* dicit ipse *Guazzin.* ibi, quod deindè Fiscus dictas impensas per ipsum solutas recuperat ab inquisito, & quodlibet capiens delinquentem recuperet à Fisco id, quod expendit in capiendo dictum delinquentem, tenēt *Gramat. in Const. Reg. clementia. nu. 5. Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 29. vers. unum tamen, & Foller. d. rub. notatos capiat de persona, nu. 24* latè *Cabal. resol. crim. casu 201.* Immo si Iudex causa quærēdi aliquod maleficium pecuniā de suo soluerit, pōt quod expēdit extrahere de pecunijs, quæ exiguntur ex qualibet ordinaria mulcta. *Cabal. resol. crim. casu 294. num. 431.* & ideo pro persequutione foriudicatorum potest impendi pecunia fiscalis. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento situs, quæst. 2. num. 2. & 5. & prædicamento pati, quæst. 3. speciali 10.* & dicam infra num. 28. Sed quando capiens consequitur aliquod præmium ob capturam banniti vigore alicuius statuti, & tunc capiens non recuperat expensas, quas fecit in capiendo bannitum, & hoc dato, quod dictæ expensæ excedant dictum præmium; ita *Cabal. resol. crim. casu 279.*

15 Et familia Officialis capiens foriudicatum de ordine ipsius Officialis, præmium à Regijs Pragmaticis statutum ad Officialem mandātem, & non ad familiam capientem spectat. *Regēs Rouit. rub. de exulib. num. 18.* Sed sunt aliqui, qui tenent, quod statuto disponente, vt capiens delinquentem consequatur præmium, hoc statutum nō comprehendat Officialem capiētem delinquentem, dum ipse ex necessitate, ratione officij, hoc facere debeat; ita *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 29. ver. cæterum, Paris de Puteo de sindic. ver. præmium, cap. 1. num. 1. & 4. Petrus de Beninteudis dec. 21. num. 18. Foller. prag. de foriudicatis, num. 23. Nellus de bannitis in 2. par. secundi temporis, num. 22. Io. Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3: speciali 39. num. 2. & Cabal. resol. crim. casu 279.* Prout etiā neque satellites debent habere præmium constitutum per statutum in capiendis delinquētibus, nisi hoc statutum comprehēdat etiam familiam, ita *Guazzin. ad defens. Reorum, def. 5. cap. 1. num. 18. & seq.* prout per *prag. 5. §. 8. de exulibus,* & per *prag.* Excellentiss. Magni Admirati de Castiglia editam die 1. Decembris 1644. §. 9. fuerunt inclusi etiā satellites, vt ipsi gaudeant prēmio dictorum statutorum, & in his terminis potest procedere opinio *Regentis Rouit.* vbi sup.

16 Et Baro debet creare barricellum in sua iurisdictione, suis sumptibus, pro persequutione malefactorum, & non sumptibus vassallorum. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento situs, quæst. 2. num. 4. & Capibl. de Baronib. prag. 19. num. 47. & 49.* Sed in multis locis vniuersitas tenetur dare familiam armatam Baroni pro capiendis malefactoribus, & de dicta familia ipse Baro non potest vti in alijs negotijs. *Capibl. d. prag. 19. num. 49. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. audiantur excusatores, nu. 123. ver. si verò loquamur.*

17 Et

Digitized by Google

17 Et in locis, in quibus Vniuersitas tenetur dare familiam armatam Baroni pro capiendis malefactoribus, ipsa Vniuersitas tenetur eligere personas idoneas ad capiendum malefactores. *cap. Regni 143. ver. mandantes.*

18 Et Baro, qui habet ciuilem iurisdictionem potest tenere familiam armatam. *de Nigris in cap. Reg. illustri, n. 61.* & potest etiam tenere Actuarium. *Iacob. Car. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 60. cum plurib. num. seq.* vbi *num. 65.* dicit ipse *Iacob. Cancer.* quod ipse Baro ciuilis iurisdictionis potest tenere carceres, & carcer debet esse honestus, & nō subterraneus, & hoc maximè procedit in Regno nostro, in quo etiam Baro criminalis iurisdictionis nō potest tenere carcerem subterraneum. *prag. 19. de Baronib.* & est de iure communi, vt ex *Corneo cons. 325. nu. 4. lib. 4.* docet ipsemet *Iacob. Car. d. cap. 2. num. 67.* & est *tex. in l. 1. §. nec vero, C. de custodia Reorum,* & docet *Guazzin. ad defensam reor. def. 6. cap. 1. n. 55.*

19 Et aduerte, quod si vassallus alicuius Baronis sit bannitus, & foriudicatus à Magna Curia Vicariæ, ipse Baro non tenetur dictum suum vassallum capere, & Magnæ Curiæ assignare, sed tantum tenetur illum expellere. *Affl. in Const. Reg. pœnam eorum, num. 67. in fine, Carrerius pract. crimin. tit. de homicidio, ver. post vero maleficium, num. 23. fol. mihi 129. & de Nigris in cap. Reg. 12. num. 27.* sed licet Baro non teneatur dictum suum vassallum foriudicatum à Magna Curia Vicariæ capere, tamen ipse Baro non potest dictum suum vassallum receptare. *Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, num. 161.* Sed hodie non solum ipse Baro non potest receptare bannitos, & foriudicatos Magnæ Curiæ Vicariæ in eius iurisdictione; sed etiam tenetur illos capere, & captos remittere ad eorum Iudices competentes. *prag. 1. vbi Reg. Rouit. n. 1. de recept. malefact.* nam ad Iudicem spectat suam Prouinciam facinorosis hominibus expurgare. *l. congruit, ff. de off. Præsid. l. 1. ff. de off. præfect. vrbis,* & docet *Cabal. casu 149. n. 5.*

20 Et non solum Barones tenetur capere bannitos, & foriudicatos in eorum iurisdictionibus, sed etiam omnes alij particulares tenentur capere bannitos, & foriudicatos. *prag. 1. de pers. malef. & prag. 1. §. 5. de exulib.* & docet *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 74. num. 2.* licet contrarium teneat *de Nigris in cap. Reg. 13. num. 87.* nam opinio *de Nigris* potest procedere de iure communi, quo iure nemo tenetur obuiare delicto, & alium defendere, nec malefactorem in flagranti capere. *Cagnolus in l. culpa caret, nu. 10. ff. de regul. iuris, Hipp. de Marsi. de bannitis, ver atrociorib. num. 21. & Ioan. Grandis d. speciali 74. num. 1.* vbi dicit, hoc etiam procedere in acclamando, & reuelando, nam de iuri communi nemo tenetur indicare maleficium, nisi sit proditor Regis; *Regens Rouitus prag. 1. num. 4. de pers. malefact.* & licet per *cap. Reg. nuper apud Tranum,* disponatur, vt quis videns rebellem teneatur eum capere, quod si illum capere non possit, teneatur tātum acclamare, dicendo adiutorium, adiutorium, ecce proditor Regis; tamē *d. cap. Reg.* non procedit in foriudicato, *Affl. in Const. Regni pœnam eorum, num 66.* vbi etiam dicit, quod de iure communi, qui est in negligentia capiendi malefactorem, quem commodè capere potest, & non capit, punitur pœna relegationis, citat *tex. in l. metrodorum, ff. de pœnis,* & in Regno non est dubium, quod quilibet tenetur capere foriudicatos, vt diximus, & docet *Foller. pract. crim. rub. banniantur, nu. 23.*

21 Sed quando statutum dicit, quod Vniuersitas teneatur capere malefactores, tale statutum non intelligitur de malefactoribus clericis. *Bald. in cap. cum non ab homine,* & ibi *Felin. num. 11. de iudicijs.* idem *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 141. de constit. Hipp. de Marsi. in rub. de fideiussorib. n. 118. & Borrell. de compromisso, §. 1. glos. 3. n. 228.*

22 Et banniti, & foriudicati à quocūq; capi possunt. *l. fi. C. de malef. et mathemat.* docent *Hipp. de Marsi. pract. crim §. aggredior, num. 92. & Guazzin. d. def. 5. cap. 1. nu. 16.* Et possunt capi etiam die feriato. *Bald. in l. qui bonis, C. qui bonis cedere poss. Hipp. de Marsi. d. §. aggredior, nu 92. Guazzin. d. def. 5. cap. 1 num. 22. Foller. pract. crimin rub. banniantur, num. 23. & rub. notatos capiat de persona, num. 5. & Cabal. resolut. crim. casu 217. num. 12. & seq.* Quod secus est in ciuilibus, nam quis pro causa ciuili non potest exequi, neque capi die feriato ad honorem Dei. *Marcell. de Vulpe in praxi iudiciali fori ecclesiastici, cap. 29. num. 12. & seq. & de Angelis ad pract.*

Digitized by Google

pract. crim. Foller. d. rub. notatos capiat de persona num.26. sed contrarium tenent *Mausonius de causis exequut.ampliat.1. n.5. & Danza de pugna DD. tom.2. tit.de feriis cap.1.nu.21.* & quod in Regno de consuetudine die feriato possit fieri exequutio realis, vel personalis contra debitorem in causis ciuilibus, dicit *Caranit.ritu 172.num.4.* sed de iure non potest fieri exequutio die feriato pro causis ciuilibus. *Thes.dec.95.* vbi *num.3.* dicit, quod exequutori in die festiuo potest impunè resisti quoad pœnam corporalem, sequitur *Regens Rouit. rub.de feriis n.8.*

24 Et banniti, & foriudicati possunt persequi, & capi absq; licentia Officialis, vt desumitur ex *prag.1. de persequend.malef. & ex prag.1.§.5.de exulib.* & docet Io. *Grandis d. praedicamento, pati, quæst.3.speciali 16.* vbi dicit hoc procedere de iure Regni, secus de iure cõmuni, nam de iure communi, quis nõ potest carcerari, nisi mediante mandato Iudicis. *l.neminem C.de exhib.Reis. Riccius coll.830.& in dec.206.par.1.Guazzin.d.def.5.cap.3.n.27. & cap.4.n.8.Monticell.pract.crim.reg.12.n.32.* & est *tex.de iure Reg.in ritu 39.& in cap.Reg.48. & cap. Reg.177.& in cap.Reg.192.* Et per *prag. 37.§.24.de off.Magistri Iustit.* disponitur, vt Aduocatus Fiscalis non possit aliquem carcerare inconsulta Magna Curia Vicariæ; sed de iure communi Fiscus tenetur prosequi delinquẽtes. *l.1.C.de mulierib.quæ se proprijs seruis &c.* & docet *Catalan. de indulto cap.16 nu.66.* & per quandam *pragmaticam* disponitur, vt Officialis non possit aliquem carcerare absq; voto consultoris, vt docet *Carrab.de sindic.part.2. post n.160.* & dicam infra *cap.seq.nu...* sed per *cap. Reg.242.ver.de maleficijs*, disponitur, vt sit licitum Vniuersitatibus, eorum Dominis, & Officialibus capere malefactores.

25 Et non solum priuatæ personæ possunt capere bannitos, & foriudicatos, sed etiam partes offensæ possunt capere dictos foriudicatos, nam si ipsæ partes offensæ possunt dictos foriudicatos impunè occidere, vt dixi supra cap. 7.n.21. à fortiori possunt dictum foriudicatum capere, licet regulariter captura inquisiti nõ sit parti aduersæ committenda, & hoc ad euitandum inconuenientia, quæ possunt venire in ipsa captura. *Iul.Clar.pract.crim.§.fin. quæst.28.ver. solet, Carrab.de sindic.part.2. nu.52.& Foller.d.rub.notatos capiat de persona n.14. & Guazzin.d.def.5.cap.1.n.10. & seq.* sic etiam falsi monetarij possũt capi absque mandato Iudicis. *l.1.C.de falsa moneta*, & docet *Catalan. de indult. cap.28.n.59.* & dicam infra *cap. seq.n.9.*

26 Et licet, qui habet facultatem deferendi arma à Regijs Superioribus, nõ possit illa portare in sua patria, absq; beneplacito Baronis. *cap.Regn.vt inter subiectos. ver.quod si fortè*, & docet *Reg. Rouit.rub.de armis nu.6.* tamen quando est in persequutione bannitorum, potest vti dicta licentia absq; beneplacito Baronis; & sic quando ipse est in actu seruitij. *prag.10.§.87.de officio Iudicum.*

27 Et licet Præsides, Auditores, & Fiscales Regiarum Audientiarum non possint exire per Prouinciam, absque licentia Proregis, etiam si habeant commissiones Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Regij Consilij, vel Magnæ Curiæ Vicariæ exequendas, vt in *prag.10.§.1.de off.Iudic.* Prout etiam Iudices Magnæ Curiæ non possunt exire à Ciuitate Neapolitana inconsulto Prorege. *prag.5.§.7.de off.Magistri Iustit. & in ritu 7. sublato cap.Reg.184.* vt dicit ibi *de Nigris nu.6.* & docet *de Leonardis pract.offic.cap.11.n.18.* Et licet etiam de iure communi nullus Iudex possit circumire Prouinciam etiam contra latrones, nisi ex causa necessaria. *§. nulli vero. Auth.vt nulli iud.glos.in l.congruit, vers.conquirat ff.de off.Præsid. Io.Grand.de bello exulum praedicamẽto situs quæst.1. n.1.* tamen per *cap.Regn.42. & per cap. Reg. 281.* mandatur Præsidi, quod frequẽter discurrat Prouinciam, & eam purgat malis hominibus, nam ad Præsidẽ spectat suam Prouinciam purgare malis hominibus. *d.l. congruit, & l.1. ff. de off.Præfect.Vrbis*, & docet *Caball.resol. crim.casu 149. nu.5.* Et Præses in Regno vigore potestatis militaris pro persequutione malefactorum potest circumire Prouinciam non solum pro causa necessaria, sed etiam pro vtili, & expedienti, quod si Præses fuerit negligens in perquirendo istos malefactores potest officio, & salario priuari, & criminaliter puniri. *Io.Grandis d.praedicamento situs, d quæst.1.num.2.& 3.* Et pro persequendis malefactoribus potest Præses discurrere Prouinciam, & in quolibet loco ius reddere. *Const. Reg.*

Digitized by Google

Reg. non per Kalendas, & ibi *Affl. nu.* 8. & docet *Io. Grandis de bello exulum prædicamento pati, quæst. 3. speciali 68. & in prædicamento, vbi, quæst. 1. n* 3. vbi post *nu.* 4. dicit, quod ordo factus per Proregem Gubernatoribus Prouincialibus, ne ipsi discedant à loco Regiæ Audientiæ, etiam pro causa vrgenti, & necessaria absq; eius licētia in scriptis non derogat potestatem militarem, quæ mandat perquiri foraſcitos per Prouinciam; & ipse *Io. Grandis d. prædicamento vbi. quæst. 1. n* 5. dicit, quod residentia Præsidis pro persequendis malefactoribus per Prouinciam, debet esse, vbi adest copia peritorum, & cōmoditas defensionis Reorum, nam causa foriudicatorum est ardua, & vt plurimum imponitur pęna mortis, sed quando causa est ardua, quæ indiget Iurisperitis, debet tractari in loco insigni, vbi sit copia peritorum. *Gabal. resol. crim. casu* 120. *n.* 14. sed ipse Præses discurrens Prouinciā, pro persequendis malefactoribus, non potest residere in locis pinguioribus suæ Prouinciæ, vltra quatuor dies. *cap. Reg.* 25. vbi *Sebast. de Neap. in fine*, dicit, quod Præses nō potest moram facere in eodem loco vltra quatuor dies, nisi necessitate vrgente, & docet *Io. Grandis d. prædicamento vbi. quæst. 1. n.* 6. Et vbi, & quantum tempus residere debeat Commissarius Campaneæ. dixi supra cap. 12. nu. 30. sic etiam vnus ex Auditoribus Regiæ Audientiæ potest discurrere Prouinciam contra foraſcitos insimul cum Præside, vt ipse Præses possit cum eius consilio criminales quæstiones terminare. *Io. Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 69. nu. 1.* nam quando Præses discurrit Prouinciam in potestate militari tenetur procedere cum voto, vel Auditoris, vel alterius Doctoris; & licet electio consultoris relinquatur arbitrio Præsidis, tamen tenetur prius eligere Auditorē, quàm alium. *Io. Grandis d prædicamento pati, quæst. 3. speciali* 53. *post n.* 2. sed hodie Præses discurrens Prouinciam non potest procedere in aliqua causa ad modum belli, nisi cum voto vnius Auditoris, quem secum ipse Præses conducere debet ad hunc finem. *dict. pragm.* 10. 9. 53. *in fine de off Iudicum*, vbi §. 11. dicitur, quod quando Præses discurrit Prouinciam, pro aliqua causa nō potest secum ducere Aduocatum Fiscalem, & in §. 35. habetur, vt ipse Præses discurrens Prouinciam non possit vti alijs Actuarijs, vel Scribis, quam illis, Regiæ Audientiæ, & dixi in *tract. de foro compet. cap.* 31. *n.* . .

28 Et Præses pro persequutione foriudicatorum potest destinare certos milites, & Commissarios. *Io. Grandis d. prædicamento situs quæst.* 2 *num.* 2. vbi *nu.* 3. dicit, quod ipse Præses non potest dictis militibus destinare salarium de publico, absq; licentia Proregis, citat *tex. in l.* 1. *C. de præbend salar lib.* 10. prout neq; Commissarius campaneæ potest imponere contributiones cōtra Vniuersitates. *pragm. vnica* §. 5. *de off. Iudicis generalis*, sed ipse Præses potest impendere pecuniam Fiscalem pro persequutione foriudicatorum. *Io. Grandis d. prædicamento situs quæst. 2. num. 2. & 5. & prædicamento pati, quæst. 3. speciali* 10. sed Commissarius Campaneæ debet vti certis militibus destinatis pro persequutione bannitorum, & non alijs. *d. prag. vnica* §. 14. *de off. Iudicis generalis*, vbi §. 22. habetur, quod Commissarius Campaneæ non potest facere impensas pro malefactore capiendo, inconsulto Prorege, vel Regente Regiam Cancellariam, supraintendente rerum campaneæ; & Iudex vel Rector Prouinciæ non possūnt remunerare capientem bannitum de pecunia Fiscali; nisi habeāt in hoc facultatem à Prorege. *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. § 4. *n.* 52.

29 In persequutione bannitorum, & foriudicatorum pro ipsis capiendis multa remedia adhiberi solent, quæ hic connumerare intendo in odium ipsorum.

30 Primo ad extirpandos foriudicatos solet Prorex mandare consanguineis dictorum foriudicatorum, quod infra certum breue tempus consignent in posse Regiæ Curiæ dictos foriudicatos viuos, vel mortuos, aliàs dicto tēpore elapso exfractent à tota Prouincia, & vadant in locū designandū per aliquem Ministrum Regium, eligendum per ipsum Proregem, & pluries ex causa huius exfractus foriudicati, & banniti extirpati fuerunt, vt testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. § 5. *num* 2. nam aut dicti consanguinei capiunt dictos foriudicatos, ne exfractent, aut illos non capiunt, & dicti consanguinei exfractunt, & propter

Digitized by Google

eorum absentiam capiuntur, dum nō adsint, qui dictos foriudicatos protegant; et de materia huius exfractus latè dicam infra cap. 22.

31 Secundo, ad extirpandos istos bannitos, et foriudicatos, solet cōcedi indulta, vt si vnus foriudicatus præsentet viuum, vel mortuum Regiæ Curiæ alium foriudicatum, sit aggratiatus, nam vt quis consequatur libertatem, de facili hoc facit, et foriudicatus captus, vel mortuus extinguitur, et viuus consequitur libertatem, et sic foriudicati extinguntur, de qua materia indulti dicam infra cap. 24.

32 Tertio, solent emanari bāna, quod nemo possit extrahere panem à Ciuitatibus, Terris, Castris, et locis absque licentia Officialis sub pœna trium annorum triremium, cōtrafacientibus, et Officialibus, priuationis officij, et relegationis per triennium; prout tale bannum duraturum per quatuor menses, fuisse emanatum, testatur Io. *Grandis d. prædicamēto pati, q. 3. speciali 99. post num. 1. & 2.*

33 Quarto, pro captura foriudicatorū, possunt animalia reduci propè loca habitata, vt in illis custodes possint victum sumere dietim ad tollendum occasionem, ne foriudicati alantur pane illorum, et ne ad eos accedant; prout per quatuor menses hoc fuisse per Proregem ordinatum in Prouincia Aprutij, testatur *Io. Grandis d. prædicamento pati, q. 3. speciali 31.*

34 Quinto, solent emanari bāna, quod nullus dictos foriudicatos ducat per mare, prout ita fuit ordinatum pro persequutione Alexandri de Bono, Marci, et Honophrij Fasani, ac Horatij de Caro famosorum bannitorum, et sociorum, per *prag* Excellentissimi Magni Admirati de Castiglia editam die 1. Decembris 1644. §. 11.

35 Sexto possunt cædi syluæ, & destrui domus, quæ forsan impedirent capturam istorum foriudicatorum; sed hoc fieri debet, consulto Prorege; Io. *Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 35.* & solent emanari banna, quod turres campaneæ, quæ non sunt foriudicatorum, claudantur taliter, quod non remaneat apertura, sub pœna demolitionis, & alia pœna, domino turris; prout tale bannum fuisse factum duraturum per quatuor mēses, testatur Io. *Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 99. post num. 1.* & Ecclesia in nemore existens potest destrui si in ea receptātur latrones cum auctoritate tamen Superioris Ecclesiastici, vt dixi in cap. præcedenti, num. 12. vbi etiam dixi, quod domus receptantis foriudicatos, potest destrui si cōcurrat scientia receptatoris, & quod potuit euitare, & nō euitauit. Et hodie in Regno debent destrui domus existentes extra habitata, vbi receptantur banniti, foriudicati, vel scurritores campaneę, vt in *prag.* edita per Excellentissimum Magnum Admiratum Castigliæ Viceregē huius Regni sub die 19. Maij 1644. §. 5.

36 Septimo, quia vt plurimum banniti, & foriudicati nutriuntur, cælantur, receptantur, & proteguntur, à personis ecclesiasticis, quę non possunt puniri à Iudice laicali, qui vadit in persequutionem dictorum foriudicatorum, ideo cautela traditur, vt ipse Officialis portet secum Commissarium Reuerendissimi Nuncij cum particulari commissione dicti Reuerendissimi Nuncij contra personas ecclesiasticas receptatores istorum foriudicatorum; quia tunc possunt carcerari tām laici, quàm personæ ecclesiasticæ, quæ nutriunt, cælant, receptant, alunt, & protegunt dictos foriudicatos, & ex hoc de facili dicti foriudicati possunt capi, vel occidi, dum cessant isti receptatores, nam non essent malefactores, si non essent receptatores, vt supra diximus, & cum in his partibus adessent multi famosi banniti nominati. Alexander de Bono, Marcus, & Honophrius Fasanus, Horatius de Caro, & Angelus Fasulus, qui verè, & realiter protegūtur, cælantur, receptantur, & nutriuntur à pluribus personis ecclesiasticis; Ideo Excellentiss. Magnus Admiratus Castigliæ Vicerex huius Regni emanauit quādam pragmaticam die 1. Decembris 1644. §. 12. per quam ordinauit ministris iustitiæ, vt se informent, & ipsi relationem faciant de veritate, ad finem vt si hoc sit verum, possint fieri instantiæ apud Superiores Ecclesiasticos pro punitione istorum receptatorum.

37 Octauo, Officialis Regius, qui mittitur ab Excellentiss. Prorege in persequutionem istorum bannitorum, & foriudicatorum debet esse rigidus, & seue-

Digitized by Google

seueras, sed seueritas debet esse cum temperamento. *Io. Grandis de bello exulum d. pradicamento pati, q. 3. speciali 52.*

38 Vltimo, vltra supradicta remedia secundum numerũ bannitorũ, & foriudicatorum, debet mitti quantitas satellitum pro eorum persequutione, & captura; & Saul assumpsit ter mille electos viros ex omni Israele, & perrexit ad inuestigãdum Dauidẽ, & præcepit omni populo, vt ad pugnam descenderent in ceslam, & obsiderent Dauidem, & viros eius, vt in 1. *Regum* c. 23. & 24. & docet *Io. Grandis d. pradicamento situs, quæst. 3. n. 4. in fine*, & vt isti satellites faciant seruitium solet ipsis promitti præmium; & aliquando banniti, & foriudicati vnius Prouinciæ, solent guidari, vt vadant in persequutionem bannitorũ, & foriudicatorum alterius Prouinciæ, & sic verificatur illud dictum vindicabo me de inimicis meis cum inimicis meis.

39 Et pro captura bannitorũ, & foriudicatorum, potest Præses Prouinciæ, vel alius Officialis Regius, qui mittitur per Proregẽ ad persequẽdos malefactores, vti brachio militari, tàm pedestri, quàm æquestri. *d. l. 2. § sin autem, C. de his, qui latrones, & in §. sed etiam pro libertate, Auth. de mãdatis Princip.* sed cautius erit habere licentiam à Principe ad hoc faciendum, vt dicit *Io. Grandis in d. pradicamento pati, q. 3. speciali 13.* & per quẽdã ordinem relatũ in apostilla ad *prag. 10. §. 30. de off. iudic.* disponitur, vt Iustitiarij nõ vtantur militibus nouæ militiæ ad faciẽdas quotidianas excubias. Et Prorex destinauit quatuor societates militum Hispanorum, pro persequutione forascitorũ in Prouincia Aprutij, vt testatur *Io. Grandis de bello exulũ pradicamento situs, q. 3. post nu. 4.*

40 Et licet iurisdictio Iudicis non extendatur vltra suum territoriũ, *l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iud. e. vt animarum, § statuto de constitut. in 6. l. Præses in 2. ff. de off. Præsidis.* tamen si bãniti, & foriudicati Romanæ Ecclesiæ à territorio ecclesiastico aufugiant in hũc Regnũ Neapolitanũ ordinarij Officiales ecclesiastici possunt prosequi dictos bannitos, & foriudicatos intus Regnũ Neapolitanũ, & Officiales regnicoli, tenentur ipsis præstare auxilium, & sic. versa vice, si banniti, & foriudicati huius Regni aufugiant in Statum Ecclesiasticum possunt Officiales huius Regni prosequi dictos bannitos, & foriudicatos intus Statum Ecclesiasticum, & Officiales ecclesiastici, tenentur ipsis præstare auxilium. *prag. 2. de perseq. malef.* Sed hodie banniti, & foriudicati Romanę Ecclesiæ possunt insequi, per Officiales Papæ intra Regnum per decem milliaria, dummodò ipsi Officiales Summi Pontificis non intrent intus loca munita, & sic versa vice, quando banniti, & foriudicati huius Regni aufugiunt in Statum Ecclesiasticum. *prag 7. de exulib 1, & prag. 3. de perseq. malef.* & docet *Io. Grandis de bello exul. pradicam. vbi q. 2. nu. 4.*

41 Sic etiam pro persequutione malefactorum, Præses Prouincię, & eius milites possunt introire alterius Prouinciam per quindecim milliaria, & capere malefactores, & captos ducere in eorum Prouinciam. *cap Reg. 234.* Quod secus est in alijs Officialibus Baronalibus, qui nõ possunt fugientem in alienum territoriũ prosequi, & eũ capere absque licentia Iudicis illius territorij. *de Nigris d. cap. Reg. 234. n. 12.* Sed hodie vnusquisque potest introire in alterius iurisdictionem, pro persequutione malefactorum per viginti milliaria *prag. 3. de exulib.* & docet *Io. Grandis d. pradicamento vbi, quæst. 2 nu. 3.* Et hoc procedit in persequutione malefactoris in actu delinquendi, & in actu fugæ, secus si quis delinquat, & vadat in alienam iurisdictionem, & postea ibi stet per aliquod tempus, nã in hoc casu Reus ibi non potest capi per Iudicem suum competentem, aliàs contrafaciens punitur pœna cõfiscationis omnium suorum bonorũ. *prag. 1. de citationib.* Et de iure communi, si Iudex insequatur delinquentem in suo territorio, & eum insequendo, Reus ipse aufugiat in alienam iurisdictionem potest continuari persequutio, etiã in illo alieno territorio, & ibi Reus potest capi. *Bart. in l. quid sit fugitiuus, § item, ff. de ædilitio edicto. & Foller. pract. crim. rub. notatus capiat de persona, nu. 3.* sed contrarium tenent *Iulius Clarus pract. crim. § fin. quæst. 29. versic. sed pone, Nellus de bannitis in 2. par. secundi temporis, num. 30. Boss. pract. crim. tit. de captura rei num. 34. Guazzin. ad defens. reor. def. 5. cap. 1. num. 27. Hipp. de Marsi in l. fin. num. 7. & 9. ff. de iurisd. omn. iud. de Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub. notatos capiat de persona, num. 17. & seq. Cabal. resol. crimin. cas. 291. nu. 5. cum plurib. num. seq. & Mouticell. pract. crim. reg. 12. num. 27.* tamen

Digitized by Google

prima opinio est vera. *Carenit. prag. 4. num. 11. de exulib.* & faciunt dicta per *Hippol. de Marsil. sing. 225.* Et quando inquisitus vnius Iudicis est captus in alieno territorio, absque imploratione brachij Iudicis, vbi ipse Reus manebat, & deinde sit ductus ad suum Iudicem competentem, in hoc casu ipse Reus est relaxandus. *Bass. d. tit. de capiura num. 34. Cabal. d. casu 291. in priu. Iul. Clar. §. fin. q. 29. in fin. Hippolit. de Marsil. d. l. fin. d. n. 7. & 9. ff. de iurisd. omn. iud. & in pract. crim. §. vltima quæstio. n. 34. &* Vinius *cõmun. opin. lib. 1. opin. 290. in fi.* sed *R. Rou. in prag. 5. n. 11. vbi de delicto*; dicit, quod in facti contingentia est vlterius cogitandũ; sed idẽ *Iul. Clar. d. §. fin. q. 96. ver. sed quid si bannitus*, dicit, quod Iudex potest exequi sententiã contra bannitũ, qui per vim ductus fuit in eius territorium, & hæc vltima opinio *Iulij Clari* practicatur, vt testatur *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 263. cum duob. nu. seq.* & plura exempla ponit *Chartar. d. cap. fin. nu. 263.* quem adducit *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. num. 5. & Bossus pract. crim. tit. de citationib. num. 29.* dicit, quod licet Iudex non possit delinquentem capere extra suũ territoriũ; si tamen cæpit, & procedat, & damnat delinquẽtem, valet sentẽtia; & idẽ tenet *Guazzin. d. defens. 5. c. 1. nu. 27.* Prout idem est in citatione verbali, quæ licet nõ possit fieri in alterius iurisdictione, absque imploratione brachij illius Iudicis, tamẽ si sit facta tenet, & Reus tenetur cõparere, vt diximus supra cap. 6. nu. 21.

42 Et quis absque dubio potest capi in confinibus loci delicti, & alterius loci conuicini, ita *Nellus de bannitis in 2. part. 2. temporis, n. 33.*

43 Quod si in persecutione bannitorum, ipsi banniti aufugiant intus Ecclesiam aliquam, an ab ea extrahi possint non omninò absoluta questio est eam etenim hinc inde defendunt nonnulli, & alij fœdere distinctionis componere conati sunt, qua de re mihi animo semper fuit, doctores afferre in medium, qui diuersas sententias, aut probant, aut conciliant, quorum numero sunt, qui alios cumulant, *Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 30. vers. scias autem vbi addit. Farinac. in praxi crim. tit. de carceribus, & carcerat. quæst. 28. num. 47. in 13. ampliat. & in append. ad tract. de immunit. Eccles. fs. cap. 2. n. num. 573. Ducianus in tract. crim. lib. 6. c. 26. de casibus, qui respic. person. confug. ad eccles. à nu. 8.*

Illud tamen monendũ censeo Lectorẽ, omninò verũ esse nõ licere aliquem ex territorio extra ui alieno, sed considerandum quod ponit *Hippolit. de Marsil. in prael. crim. §. aggredior num. 35.* vbi miratur de Papa Iulio, quem suo tempore asserit fecisse suspendi quindecim bannitos in Ciuitate Bononiensi, qui fuerant capti in loco Mirãdulæ & ligati & ducti Bononiam, & suspensi. *Hyppolit. loc. cit.* & ex eo præcæteris *Alphonsus Azeuedus in recopil. leg. Hispan. lib. 1. tit. 2. de los libertad de las Iglesias in l. 3. num. 7.*

Præsertim attẽtis pragmaticis Regni nostri, quæ ut diximus alibi, iurisdictiones inuicẽ turbari non permittunt de quibus *in nu. part. ic. de iurisdict. in vic. non turband.* quo sensu in dubium reuocari posse existimo, quod tradidi *supra nu. 41. in fin.* cùm scribo, iudicem non posse delinquentem capere extra suum territorium, sed quòd si cæpit, & procedat damnans delinquentem, sententia ualeat.

Puto etenim differre inter se capere delinquentem, eumque punire, primum etenim uidetur non omninò arguere incompetentem, qui captum cum possit remittere ad Iudicem competentem, capturam uariis pretextibus potest defendere, at secũdum excludere debet omninò Iudicis incompetentia, qui eum punit, iurisdictionem exercet in non subditum, priuatq; dominum iure quod titulo habet, aut præscriptione, mittitq; falcem in messem alienam, quod omni iure prohibitum est, & tentatu indignum repugnãtibus, nisi permissis in casibus, iuribus gentium, ciuilibus & canonicis, de quibus alibi in *tract. de for. compet.* latissimè scribo.

Quamuis negare non audeã *exercẽtes* iurisdictionem in dictis, semper debere respicere quod publicè interest & rempublicam malis hominibus expurgare, ut hinc putent suos bannitos recte puniri ab iis, qui iurisdictionem cum exercent eos capiant, & puniant iuxta Papæ Iulij sententiam, hoc namq; respicit quod dicebat *Sebast. Guazzin. loco supra cit. sub n. 41.* & citati per eum, quos & alios omittimus consultò, ne uideamur labores aliorũ transcribere ex suis scribẽtium temporibus nostris.

Sed

Sed si foriudicatus reperiatur intus domum alicuius Clerici, potest ab ea extrahi, & capi, dum in ipsa domu, quis non gaudet immunitate Ecclesiastica. *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Clericis, & familia Clericorum cap. 1. n. 26. & seq. & in tit. de immunit. Eccles. cap. 3.* & dicam in *tract. de foro competenti cap. 56.* vbi latè hanc materiam immunitatis Ecclesiasticæ examinabo.

44 Et delinquens potest capi etiam in domo aliena, inuito Domino, domus. *Foller. d. rub. notatos capiat de persona nu. 9.* & ibi *de Angelis in Add. n. 21. & 28. & seq. Io. Grandis d. praedicamento vbi, quæst. 2. n. 1. & Guazzin. ad defens. reorum def. 5. cap. 1. nu. 23.* vbi dicit, quod quis potest capi in domo propria; quod si ostium fuerit clausum possunt satellites frangere ostium domus, pro ipso delinquente capiēdo, & docet *Foller. vbi supra n. 4.*

45 Et vnum finaliter aduertas, quod isti banniti, & foriudicati debent persequi hyemali tempore, nam eo tempore, ipsi nō possunt resistere in campanea, quod si resistant, non possunt se ipsos cælare sub viridibus arboribus, dū ipsæ arbores sint nudæ folijs, & tali tempore defacili capiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Eximens foriudicatum à manibus familiæ Curiæ punitur pœna mortis, & in hōc an parentela excuset? n. 2. fallit in Cardinali nu. 3. Fallit etiam quando familia Curiæ non habebat mandatum de capiendo. n. 7. Sed contrarium nu. 9. Fallit etiam quando carceratus erat iniustè, & nulliter carceratus n. 8. Sed eximens delictorem captum pro causa ciuili tenetur creditori ad interesse. n. 4. Et alia pœna punitur. n. 5. Et an euadat dictam pœnam si deindè carceratū exemptum reducat ad carceres. n. 6.*

10 *Carcerari quis non potest absque mandato Iudicis, fallit in foriudicato. num. 9. fallit etiam vt n. 10. 14. & 12.*

13 *Mandatum de capiendo non potest expediri absq; voto assessoris, & neq; potest expediri à Iudice delegato.*

14 *Multitudo gētium si delinquat an puniatur?*

15 *Eximens equum à manibus familiæ Curiæ non punitur.*

16 *Certioranies foriudicatos, quod veniebant satellites ad ipsos capiendum, si propter hoc aufugiant, puniuntur.*

17 *Eximens se ipsum à familia Curiæ an puniatur?*

18 *Clericus captus, à familia Iudicis laici, potest impunè se eximere, & n. 19.*

20 *Vulnerans Reum capiendum resistentem an puniatur. & n. 21. 22. & 24.*

23 *Officiali procedenti iniustè an sit licitum resistere?*

25 *Familia Curiæ si relaxat captum, pecunia mediante, qua pœna puniatur?*

26 *Iudex absoluens condemnandos qua pœna puniatur?*

27 *Carcererius qua pœna puniatur si aufugiat foriudicatus? & num. 28. & an possit alios substituere, & teneatur de facto ipsius substituti, & an excusetur præsentando substitutum. ibidem n. 27.*

29 *Carcerati, etiam pro debito ciuili, nō possunt excarcerari absq; licentia Iudicis.*

30 *Eximentes foriudicatos à carceribus, puniūtur pœna mortis; amplia duobus modis nu. 31. & 32. limita, vt n. 33.*

34 *Carceratus aufugiens à carceribus, vel tentans aufugere, qua pœna puniatur? & nu. 35. Et quid si erat carceratus pro causa ciuili n. 38. sed in quatuor casibus non punitur. n. 36. 37. 39 & 41.*

40 *Carceratus aufugiens à carceribus cum fractura tenetur ad refectionem damni, quod in effractione carceris, & vinculorum dedit, sed non tenetur ad interesse, qua passus fuit Carcererius ex ipsius fuga.*

42 *Aufugiens à carceribus habetur pro confesso, intellige vt nu. 44. & 46. & quid si ipse erat iniustè carceratus n. 42. & 43.*

45 *Carceratus aufugiens à carceribus potest absens condemnari pro delicto, pro quo manebat carceratus.*

47 *Extractus ab alio à manibus familiæ Curiæ, si aufugiat intus Ecclesiam non gaudet ipsius immunitate.*

CAP. XX.

De pœna eximentis foriudicatos à manibus familiæ Curiæ.

1 EXimens carceratum à manibus familiæ Curiæ, si ipse carceratus sit conuictus, vel confessus, vel condemnatus, eximens punitur pœna mortis. *l. quarta in fine ff. ad legem Iuliam Maiest.* latè *Caball. resol. crim. casu 8. & Guazzin. ad defens. Reorum def. 5. cap. 5. n. 6. cum plurib nu. seq.* sed quia foriudicatus habetur pro confesso, & ac si per diffinitiuam sententiam esset condemnatus, vt in *Const. Regn. pœnam eorum.* ergo exi-

Digitized by Google

eximens foriudicatum à manibus familiæ Curiæ, punitur pœna mortis, & quidam, qui eximerunt carcefatum non condemnatum, neq; confessum pro crimine capitali intus Ciuitatē, vim, cum armis prohibitis inferendo Scribæ Fiscali, qui Reum cęperat, fuerunt ad mortem condemnati, vt decisum refert *Dominus Regens Sanfelic. dec.44.* & qui eximit condemnatum à manibus familiæ Curiæ, incidit in crimen læsæ Maiestatis. *l.cuiusq. ver.item qui confessum ff.ad legem Iuliam Maiest. Mastrill.de indulto cap.39. nu.1.cum duob. seq.*

2 Et in casu exemptionis carcerati, parentela eximenti non alleuiat pœnam. *Regens Rouit. prag.4.n.4.de recept. malef.* sed quod parentela eximenti alleuiat pœnam, tenent *Guazzin. d.def.5. d.cap.5.post n.5.& 20. & seq.& n.29. Farinac. pract.crim.tit.de carcerib. & carceratis, quæst.30.nu.118. & Foller. pract.crim.rub. pœnis debitis feriantur n.108.* & hæc vltima opinio mihi videtur magis æqua in iudicando, quam etiam sequitur *Catalanus de indulto cap.40.n.63.* qui loquitur in vxore eximente maritum.

3 Sic etiam Cardinalis potest impunè eximere carceratos conuictos, confessos, vel condemnatos, & potest cōdemnatum à morte liberare, dum ad mortem ducitur. *Iul.Clar.pract.crim.§. fin quæst.98.ver.vlterius quæro, & Catalan. d.cap.40 nu.73.& seq.* vbi *num.75.* dicit, quod Officialis donans Cardinali illum, qui ducebatur ad mortem, non tenetur in sindicatu, & dicam infra cap.26.n. . .

4 Sed si quis sit carceratus pro debito ciuili, & tunc eximens eum à manibus familiæ Curiæ tenetur parti ad interesse. *l.quoties C de exact.trib. lib.10.* & docent *Catalanus de indulto d.cap.40. n.122. Farinac. pract.crim tit.de carcerib. & carceratis quæst.30.n.107.& Hipp.de Marsi. sing.137.* vbi dicit idem esse in eo, qui dedit notitiam tātum debitori, quod creditor volebat eum carcerare facere, & propter hoc aufugijt, nā adhuc ipse tenetur ad debitum creditori; idem tenet *Guazzin. d.def.5. cap.5.nu.2.* Et receptās, vel occultans debitorem ne capiatur, adhuc ipse tenetur creditori ad interesse. *Catalanus de indulto d. cap.40.n.129.vsq; ad finem,* Et qui eximit debitorem captum de manibus Curiæ tenetur creditori ad interesse, expensas, & debitum, ac si pro ipso debitore fideiussisset. *Bar.in rub.ff.ne quis eum. & ibi Alban.in Add. & Bal. in l.aditos, C.de Episcop.audient. Regens Sanfelic. d.dec.44. post n.2.& Caball.d.casu 8.nu.22.* vbi *nu.24.* dicit, quod si plures sint eximentes, omnes tenentur insolidum, sequitur *Farinac.d.quæst.30.num.108. & Dominus Regens Sanfelic.d.dec.44.* & eximens carceratum pro debito ciuili, tenetur creditori ad interesse, dato, quod extractus rediret ad carceres. *Catalan.de indulto d.cap.40.nu.125.& Farinac. d.quæst.30.n.111.*

5 Et eximēs carceratum de manibus familiæ Curię, qui erat carceratus pro causa ciuili, ipse eximens vltra solutionem debiti condemnatur ad Regias triremes per biennium. *de Franchis dec.442.* sed apud *Guid. Papam dec. 579.* eximens carceratum pro debito ciuili, fuit condemnatus pœna pecuniaria, & ad interesse parti, & apud *Viuium dec.92.* talis eximens carceratū pro causa ciuili fuit condemnatus in exilium per biennium, & apud *Caranitam ritu 160.num.2.in fine*, eximentes carceratum pro causa ciuili, fuerunt de ordine Proregis suspēsi, & eorum cadauera diuisa in quatuor partes, & hoc etiam referunt *Dominus Regens Hector Capic.latro dec.76. Regens Sanfelic. dec.44.n.2. Iul.Clar.pract.crim.§.fin.quæst. 68.ver.eximens, & Amend.ad Præs.de Franchis dec.442.n.4.* sed hoc fuit motu proprio ipsius Proregis, et non quod sic esset de iure, vt docet *Guazzinus d. def. 5. d.cap.5. n.13.*

6 Sed eximens carceratum pro debito ciuili à manibus Curiæ, euadit pœnam, si illum deinde ad carceres reducit. *Gomez §.penales Inst.de actionib. nu.49.* sed contrarium tenent *Magon. dec.90.n.4. Farinac.pract.crim.tit.de carcere quæst.33.n.14. Catalanus d.cap.40.num. 125. & Nouarius dec.Regiæ Audiētiæ Apulea 96.* et hæc vltima opinio confirmatur per *tex. in l.commissum C.ad legē Iul.de adulter.*

7 Sed si quis eximat carceratum à manibus familiæ Curiæ, quæ familia Curiæ, non habebat mandatum Iudicis de capiendo dictum carceratum, in hoc casu eximens non punitur. *Riccius dec.300. part.3.* vbi *dec.seq.* dicit, quod in dubio præsumitur, familiam capere carceratum absque mandato Iudicis, si non constat de tali mādato.

Sic

Digitized by Google

Sic etiam, quis potest impunè resistere, quando non adest mandatum Iudicis, de capiendo. *Iul. Clar. §. fin. q. 29. in princ. & Guazzin. d. def. 5. cap. 4. post nu. 25.* Idem est, quando familia Curiæ vult aliquem iniustè carcerare, nam carcerandus potest impunè resistere. *Gramat. dec. 41. nu. 2.* licet aliqui teneãt, quod, si iniustè carcerandus resistat possit puniri, vt tenet *Foller. pract. crim. tub. notatos capiat de persona, num. 17.* tamen prima opinio est vera. *Guazzin. d. def. 5. cap. 4. num. 7.* vbi *num. 8.* connumerat plures casus, in quibus dicitur, captura notoriè iniusta, quos videre poteris.

8 Et licet *Hipp. de Marsi in pract. crimin. §. opportunè, num. 20 & Catalan. d. cap. 40, num. 123.* dicant, quod eximens carceratum à manibus familiæ Curiæ, qui carceratus fuit captus pro debito nõ vero, eximens pœnam non euadat, tamen ipse *Hippol. de Marsi.* loquitur quando debitum pro parte non est verum, secus si in totum non sit verum, quia tunc eximens non punitur idem *Hipp. de Marsi. in l. 1. num. 79. ff. ad legem Cornel. de Sicariis*, nam eximens notoriè nulliter carceratum à manibus familiæ Curiæ, non punitur. *Nouarius decis. Regia Audientia Apuleæ 78. & Catalan. d. cap. 40. num. 124.* latè *Guazzin. d. def. 5. d. cap. 5. num. 22. cum tribus numer. seq.* Prout, neque punitur eximens indebitè carceratum à manibus familiæ Curiæ. *Iul. Clar. d. § fin. quæst. 29. vers. sed quid. & Catalan. d. cap. 40. num. 107. cum duob. num. seq.* Et etiam Clerici possunt eripere iniustè condemnatum à manibus familiæ Curiæ. *Foller pract. crimin. tub. pœnis debitis feriantur num. 11. & Hippol. de Marsi. in l. 1. num. 80. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis, vbi num. seq.* dicit, quod quis potest, illegitimè condemnatum, & indebitè ductum ad mortẽ, eripere, à manibus familiæ Curiæ impunè.

9 Sed quia foriudicatus à quocunque capi potest, etiam absque mãdato Iudicis, vt dixi sup. cap. præcedenti nu. 22. 24. & 25. Ideo, eximens dictum foriudicatum à manibus familiæ Curiæ, punitur pœna mortis, dato, quod capiens non habeat mãdatum de capiendo à Iudice, & in delictis atrocioribus, quis potest carcerari absque mandato Iudicis. *Faber dec. 2. C. de exhib. reis, Riccius coll. 830. & Guazzin. d. def. 5. cap. 1. post num. 17.* Prout est in crimine falsæ monetæ, nam falsificans monetam, potest capi, absque mãdato Iudicis. *Catalanus de indulto, cap. 28. num. 59.* vbi *nu. 69.* dicit, quod eximens carceratum pro falsa moneta, capite punitur.

10 Et licet quis non possit aliquem carcerare absque mandato Iudicis, vt diximus supra cap. præcedenti nu. 24. & quis non possit aliquem carcerare propria auctoritate, etiam si sit eius vassallus, tamẽ si Officialis sit absens, & quis committat crimen publicum, tũc potest capi à priuato, & per duos dies detineri, & deinde capiens tenetur carceratum mittere ad Officialẽ. *cap. Reg. amplius*, sed de iure communi potest detineri, per viginti horas, vt docet *Io. Anton. de Nigris in d. cap. Regni amplius, n. 4.*

11 Sic etiam, si quis reperiatur delinquere in flagranti crimine, tunc potest capi à familia Curiæ absque mandato Iudicis. *l. si fugitiui, C. de seruis fugitiuis. l. qui fiscales, C. de nauicularijs, lib. 11. l. si quis, C. de cursu publico lib. 12.* & docent *Carauit. ritu 39. num. 7. Riccius coll. 830. & Guazzin. d. def. 5. cap. 8. num. 1. & cap. 9. num. 4.* Immo delinquens, repertus in flagranti crimine delinquere, non solum potest capi à familia Curiæ absque mãdato Iudicis, sed etiam potest capi à quocũque priuato. *Boss. pract. crim. tit. de captura. num 11.* & hoc siue agatur de delicto publico, siue priuato. *Guazzin. d. def 5 cap. 9. num. 4. & d. defens. 5. cap. 1. num. 14* vbi dicit, quod etiam pars, potest capere delinquentem, in flagranti crimine, repertum delinquere; sed idem *Guazzin. d. def. 5. cap. 3. num. 28* dicit, quod tunc quis potest capi, in flagranti crimine, repertus delinquere, absque mandato Iudicis à familia Curiæ, vel à priuata persona, quãdo delictum sit tale, pro quo posset pœna corporalis irrogari; vbi ipse *Guazzin. in fin.* dicit, quod Iudex, non potest, propriis manibus, delinquentem capere, quod secus est in Regno nostro, per *prag. 1. de pœn. quæ quend. malef. & per prag. 1. §. 5. de exulib.* Et captus, in flagrãti crimine, repertus delinquere absque mandato Iudicis, debet portari ad Iudicem. *l. raptores, C. de Episcop. & Clericis, Guazzin. d. def. 5. cap. 8. num. 1. & cap. 9. num. 4.* Et quod sit licitum personis priuatis capere delinquentem repertum in flagranti crimine

Digitized by Google

mine delinquere absque mandato Iudicis, est *tex. in l. 3. ff. de furtis, & in l. defensores*, C. *de defensorib. Ciuitat.* Immo Clericus repertus delinquere in flagrāti crimine potest capi à quocunq; etiam priuato, absque mandato Iudicis Ecclesiastici. *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 28. ver. si vero*, Guazzin. *d. def. 5. cap. 1. num. 15. & cap. 9. num. 5. Marcell. de Vulpe in praxi iudic. fori eccles. cap. 43. nu. 18. &* Graßus *de effect. cler. eff. 1. num. 539.* vbi *num. seq.* dicit hoc procedere, dato, quod non adsit fugę suspicio, reiecta opinione. *Menoch. de arbitr. iud. casu 180. num. 22.* contrarium tenentis; & à fortiori Clericus potest capi à laico, quando timetur de fuga. ita Boß. *pract. crim. tit. de captura, n. 38.* & dixi in Tract. de Foro compet. cap. 36.

12 Et licet debitor non possit capi à suo creditore, absque mandato Iudicis, aliàs creditor carcerans dictum suum debitorem, absque mādato Iudicis puniatur, vt in *cap. Reg. quod nulli*, & in alio *cap. Reg. contra effrenatas*, tamen si ipse debitor sit fugitiuus, tunc potest capi, etiam die feriato à suo creditore absque mandato Iudicis, *l. ait prætor, §. debitorem, ff. quæ in fraudem creditorum*, immo Clericus fugitiuus potest capi à suo creditore, absque mandato Iudicis Ecclesiastici, & non incurrit in pœnam excommunicationis, dummodò dictum Clericum statim præsentet coram dicto Iudice Ecclesiastico. *Graffus d. eff. 1. nu. 550.* Quod si debitor fugitiuus telo se defendat, & resistat potest impunè interfici à suo creditore; ita *Hippolit. de Marsil in l. 1 num. 106. ff. ad legem Cornel. de Sicariis.*

13 Gubernator non potest expedire mandatum de aliquē capiendo absq; voto assessoris. *cap. Reg. 280.* & docet *Carrab. de sindic. part. 2. post nu. 160.* Quod si Gubernator ipse vellet procedere ad carcerationem contra aliquem iniūstè, assessor tenetur resistere, & denunciare Superioribus, aliàs punitur pœna medietatis salarij, & alia pœna arbitraria. *cap. Reg. 43. & cap. Reg. 280.* Sic etiam neque Iudex delegatus potest facere mandatum de aliquem capiendo. *Marant. in sua pract. par. 4. dist. 5. num. 58. & Hippol. de Marsil. pract. crim. §. attingam, num. 77.* Et Iudex non potest expedire mandatum de capiēdo aliquem, nisi prius viso processu. *pragm. 5. §. 6. de off. Magist. Iustit.* & hæc breuiter sufficiant ad cognoscendū, quando quis fuit indebitè carceratus ad finē, vt eū eximēs excusetur.

14 Quando quis à multitudine gentium est extractus à manibus familiæ Curię, non omnes, sed tantum principales extrahentes, & non alij puniuntur. *Bursatus cons. 65. nu. 9. vol. 1. &* Guazzin. *d. def. 5. cap. 5. num. 26.* sed Foller. *pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, num. 35.* dicit, quod si, deliberato consilio, à multitudine hominum sit commissum homicidium, omnes tenētur de occiso; sed veritas est, quod quando multitudo hominum delinquit, licet de rigore iuris omnes puniri possint, tamen de æquitate, vt pax non turbetur principales, & auctores rixę, puniri solent, parcendo multitudini. *cap. fin. vbi DD. de transact. Regens de Ponte de potestate Proreg. tit. 1. in princ. nu. 9. & Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 60. vers. allegatur etiam*; & multitudo delinquentium est causa abolitionis, & indulgentiæ concedendæ. *Catalanus de indulto, q. 5. num. 2. & seq.* & quod multitudo delinquentium excusat à pœna ordinaria, docet *glos. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis, & in cap. dilectus de simonia, Affl. in* Const. *Reg. vt delicti fines in 1. not. &* Carrer. *pract. crim. tit. de homicidio, ver. quartodecimo excusat. fol. mihi 214.*

15 Sic etiam eximens equum de manibus seruientis Curiæ non punitur, & maximè si faciat depositum debiti. Guazzin. *d. def. 5. cap. 5. n. 27.* citat *Iaf. cons. 20. num. 1. vol. 3.* & exequutori in die festiuo potest impunè resisti, vt dixi supra cap. præcedenti n. 23.

16 Et qui certiorauit bannitis, quod satellites veniebant ad eos capiendū, & propter hoc banniti aufugiant, in hoc casu qui hoc certiorauit, punitur pœna extraordinaria. *Baiard. ad Iul. Clarum, § fin. quæst. 68. num. 43.* sequitur Guazzin. *d. def. 5. d. cap. 5. num. 18.* Et dicitur, quem receptasse foriudicatū, si ipse, accepta pecunia, faciat aufugere dictum forudicatum. Carrer. *pract. crim. tit. de homicidio, ver. post vero maleficium, nu. 39. fol. mihi 130.*

17 Sed si quis aufugiens se liberat à satellitibus antequam capiatur, nulla pœna punitur, si tamen aufugiat absque resistentia cum armis; ita Guazzin. *d. def. 5. cap. 4. num. 2.* Si verò postquam quis est in manibus familiæ Curiæ violenter se eximat à manibus satellitum,

Digitized by Google

litum, punitur pœna extraordinaria. *Guazzin. d. def. 5. cap. 4. num. 3. cum duobus num. seq. Iul. Clar. §. fin. quæst. 29. ver. quæro etiam, Boss. pract. crim. tit. de captura, nu. 19. Catalanus de indulto cap. 40. num. 106. &*

18 *Riccius dec. 103. par. 3.* Sed Clericus captus à Curia sæculari, potest impunè se eximere à manibus dictę Curiæ sæcularis. *Guazzin. ad defensam reorum, def. 1. cap. 2. num. 2.* Et Clericus si ducatur captus per Officiales laicos, potest de facto ab eorum manibus auferri. *Guid. Papa decis. 73. num. 2. & Grassus de effect.*

19 *cler. effect. 1. num. 367.* Et merito quidam Clericus, qui repercussit satellitem laicum, qui satelle antea percusserat dictum Clericum volēs eum carcerare vti laicum, fuit Clericus ipse liberatus per Iudicem Ecclesiasticū, vt testatur *Ricc. dec. 299. p. 3.*

20 Et Reus fugiens à familia Curiæ si vulneretur, vulnerans non punitur. *Petrus Garzia à Toleto in dicto 30. & Riccius coll. 2100. in princ.* licet contrarium teneat *Cabal. resolut. crimin. casu 132. post num. 4. & 5.* Et quando carceratus non permittit se capi, & se defendat, familia Curiæ potest impunè eum occidere. *l. si servus, vbi Bart. & alij, C. de his, qui ad eccles. confug. & in l. quemadmodum, §. fin. ff. ad legem Aquil.* & docent *Bald. in l. 1. C. vnde vi, Cabal. de omni genere homicidii, nu. 91. Iul. Clar. §. fin. quæst. 29. in princ. Gramat. dec. 41. Hipp. de Marsi. in l. 1. nu. 78. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Cabal. resol. crimin. casu 132. num. 1. cum duob. num. seq.* latè *Guazzin. d. defens. 5. cap. 6. num. 12. cum plurib. numer. seq.* Intellige si carcerandus sit inquisitus de delicto capitali. *Monticell. pract. crim. reg. 12. num. 28.* Intellige etiam, si familia Curiæ iustè procedat, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs punitur pro excessu. *Guazzin. d. def. 5. cap. 6. num. 15. & seq. & num. 18. cum pluribus numeris seq. Iul. Clarus d. quæst. 29. in princ. & Hippolit. de Marsi. d. l. 1. post num. 78. ff. ad leg. Cornel. de Sicariis, & in pract crim. §. diligenter, n 55.* Sed quod non puniatur de excessu, dicit *Boss. d. tit. de captura, nu. 12.* sed prima opinio est vera, & sic quod puniatur de excessu. *Cabal. d. casu 132. num. 4. & Reg. Sanfel. dec. 257.*

21 Sed licet familia Curię vulnerans Reum fugientem non puniatur, vt diximus, tamen si ipsa familia vulnerat Reum fugientem, qui ceciderat in terrā, & postquam cecidit in terram eum vulnerauit, in hoc casu vulnerans punitur. *Gramat. d dec. 41. & Guazzin. d. def. 5. cap. 6 n. 12. & 16.*

22 Sed si familia Curię velit carcerare aliquem, absque mandato Iudicis, & capiendus resistens sit vulneratus à dicta familia, in hoc casu ipsa familia punitur, secus si habeat mandatum Iudicis de capiendo, licet mandatum esset iniustum, quia tunc, si capiendus resistat, & vulneretur à dicta familia, ipsa familia excusatur. *Cabal. d. casu 132. nu. 6. cum plurib. num. seq.* vbi dicit ipse

23 *Cabal.* ibi *num. 9.* quod Officiali procedenti iniustè, & de facto impunè resisti potest, sed *num. 11.* dicit ipse *Cabal.* ibi, quod Officiali procedenti tanquā Iudici, neque licet impunè resistere, nisi vellet inferre grauamen irreparabile, & *num. 13.* dicit ipse *Cabal.* ibi, quod resistētia contra Officialem, ob iniustam exequutionem permissa est in subsidium tātum; & quod licitum sit resistere Officiali volenti procedere de facto, & inferre aliquod prę̄iudicium irreparabile, dicit *Iul. Clar. §. fin. q. 29. ver. sed, hic incidenter.*

24 Et quod diximus, familiam Curię puniri de excessu; intellige quando ipsa familia vult capere simplicem inquisitum, & contumacem, secus si vult capere foriudicatum; quia tunc non punitur de excessu, nam foriudicatus potest occidi à capientibus etiā si non resistat. *Cabal. d. casu 132. num. 5. in fine, & Guazzin d. def. 5. cap. 6. num. 17.* & de *Angelis ad pract. Foller. rub. notatos capiat de persona, num. 37.* dicit, quod si quis possit capi viuus, vel mortuus, & satellites eum occidant, non puniuntur, citat *Cabal. d. casu 132. num. 5. in fine,* sed ipse *de Angelis* dicit ibi, quod satellites debent prius curare, vt eum capiant viuum, citat *Caualcan. de brachio Regio par. 2. num. 60.* nam si ex impetu eum occidant tenētur de homicidio. *Facchin. lib. 9. iuris controuer. art. 73. & de Angelis, vbi sup.* quod non puto verum in foriudicato, ex supra dictis cap. 17. num. 11. cum plur. nu. seq.

25 Quod si familia Curię capiat inquisitum, & postea eum relaxat, pecunia mediante, ipsa familia priuatur officio, & pœna extraordinaria punitur, & quidam fuit priuatus officio, & cōdemnatus in exilium per septemniū, *Capiblan. de Baronib. tom. 2. cap. 27. num. 5. & seq. & Viuius dec. 202. num. 2. cum duob.*

Digitized by Google

numer. seq. sed *Guazzin. ad defensam Reorum d. def. 5. cap. 6. num. 23.* dicit, quod si birruarij permittant captum ab eorũ manibus euadere, si sit captus pro causa capitali, birruarij ipsi debent puniri eadem pœna capitali, si vero sit captus pro causa ciuili, & tunc alia pœna puniuntur, citat *Menoch. de arbit. iud. casu 583. nu. 7. lib. 2.* sed ipse *Guazzin. d. def. 5. cap. 1. nu. 29. in fine*, dicit, quod si birruarij permittãt, Reum aufugere, debent puniri tanquam fures; sed si familia Curiæ dimittat iniustè carceratũ nõ punitur. *Guazz. d. def. 5. c. 4. n. 18.*

26 Sed Officialis dimittẽs carceratum, absq; causa, si ipse carceratus erat cõfessus de crimine; Officialis ipse tenetur crimine læsæ Maiestatis: *Angel. in l. ne quis ff. de custod. Reorum*, sequitur *Follet. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur n. 104.* sed Iudex, qui iudicat contra legem non committit crimen læsæ Maiestatis. *l. 1. C. ad legem Iuliam Maiestatis.* Et Iudex, qui delinquẽtem dimittit, dicitur punire innoxios pro noxijs. *Regens Rouit. prag. 1. n. 22. de pœnis*, vbi dicit, quod Iudex absoluens condemnandos, & condemnans absoluendos, punitur eadem pœna, qua delinquẽs puniri debebat; & impunitas alicuius delinquẽtis multos alios morti tradit. *Regens Rouit. vbi supra d. prag. 1. n. 7. de pœnis*, & Iudex negligens punire malefactores punitur eadem pœna, qua delinquens puniri debebat. *l fin. vbi Salic. C. ne sanctiss. Battis. reiteret* & est *cap. Reg. pridem*. Et quando Iudex dissimulat pœnam imponere delinquenti, punitur amissione omnium suorum bonorum. *l. 1. vbi glos. & Bart. C. de desert. lib. 10.* & debet acriter puniri. *Bart. in l. 1. & 2. C. de publ. lati lib. 12.* Et Rex Carolus Secundus fecit suspendere quẽdam Officialem, qui pro homicidio imposuit pœnam manus, cum debebat imponere pœnam mortis. *Iser. in tit. quæ sint regalia ver. bona committẽtium col. 3.* Et Rex Cãbises fecit decorticare quemdam Iudicem, qui non faciebat iustitiam, & pellem extendi super Cathedram, vbi filius qui ei succedit in officio, debebat sedere, vt patris pellem videns exemplum acciperet, ne malos liberandi, nec bonos condemnandi voluntatem haberet, & fecit apponere hos versos.

Sede sedens iusta, Iudex inflexibilis sta.
Sit tibi lucerna lux, lux, pelliq; paterna.
Manibus resecans munus ab aure preces.

Ita narrat *Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Historiarum*, sequitur *de Nigris in cap. Reg. pridem. nu. 7.* Et Iudex in pœnis imponendis non debet esse clementior lege. *§. oportet autem, vers. neque videri, Auth. de Iudicib.* sed debet esse contentus pœnis legibus comprehensis. *Rouit. d. prag. 1. n. 26. de pœnis.*

27 Aduertas, quod si foriudicatus aufugiat à carceribus culpa carcerarij, ipse carcerarius de iure communi punitur pœna arbitraria, & priuatur officio. *l. carceri, & l. fin. ff. de custod. Reorum*, sed de iure Regni punitur pœna carceris per vnum annum, & eius bona publicantur, vt in *Const. Regni Custodes*, sed si fraude, & dolo carcerarij aufugiat carceratus, & tunc carcerarius punitur pœna capitali. *d. l. fin. ff. de custod. Reorum*, & docet *Gramat. voto 29. nu. 2.* & sic punitur eadem pœna, qua puniretur carceratus. *l. ad conuentarien. C. de custodia Reorum*, & docet *Foller. in fragmentis nu. 163.* de quo latè *Anna cons. 31.* sed si carceratus pro debito ciuili aufugiat culpa carcerarij, ipse carcerarius tenetur ad debitum. *l. quoties C. de exact. tribut. lib. 10.* & docet *Mansonius de causis exequutiuis ampliat. 25.* Et tenetur Carcerarius de lata culpa. *Gramat. d. voto 29.* sed non tenetur de casu fortuito. *d. l. fin. ver. ergo, ff. de custod. Reorum*; sed semper est præsumptio contra custodem. *d. l. fin. ver. ergo*, & docent *Guazzin. ad defens. Reorum def. 6. cap. 1. nu. 83. & Mansonius d. ampliat. 25. nu. 12.* Et Carcerarius tenetur de facto substituti. *d. l. ad conuentarien., & d. l. fin.* Et ipse Carcerarius non excusatur præsentando ipsum substitutum. *Gramat. d. voto 29. n. 9. cum plurib. nu. seq. & Regens Rouit. dec. 79. n. 23.* Sed quando Carcerarius substituit personam idoneã, & tunc non tenetur de facto substituti. *Mastrill. dec. 276.* & ita decisum testatur *Dominus Regens Sanfelic. dec. 46.* Et carcerarius potest aliũ eius loco substituere absq; consensu Iudicis. *glos. in elem. 1. §. sanè in fine per illum tex. ver. subdelegare de hæreticis*, & docet *Regens Rouit. in rub. de Carcerarijs. n. 2.*

28 Sed Carcerarius non tenetur de fuga carcerati quãdo captura est nulla. *Hipp. de Mars. de bannitis, ver. carcerati. nu. 18.* vbi *nu. 33.* dicit, quod Carcerarius non potest eum, qui indebitè fuit carceratus relaxare absq; licentia Iudicis,

vbi

Digitized by Google

vbi *num.* 17. dicit ipse *Hipp. de Marsi. ibi*, quod si sint duo Carcerarij, & vnus aufugiat cum carceratis, alius Carcerarius ad nihil tenetur.

29 Et carcerati nō possūt excarcerari, absq; licentia Iudicis. *Vinius dec.* 102. quod procedit etiā, si sint carcerati, pro debito pecuniario. *Balbus dec.* 33. & hoc etiam accedente consensu creditoris. *Riccius coll.* 830 *Vinius dec.* 262. & *Nouarius in collect. super prag.* 31 *n.* 2. *de off. Magistri Iustit.* Et Custos carceris ad quid teneatur ex fuga carcerati, & quomodo puniatur, latè examinat *Farinac. tit. de carcerib. & carceratis. quæst.* 31. *per totum.*

30 Et à fortiori, eximēs foriudicatum à carceribus, punitur pœna mortis, nā eximens carceratum à carceribus, ipse eximens punitur pœna mortis, & hoc siuè extractus sit confessus, vel conuictus, vel condemnatus, siue nō. *Caualcanus de brachio Regio part.* 2. *n.* 106. & *seq. Farinac. pract crim. tit. de carcerib. & carceratis quæst.* 30. *nu.* 92. & 101. & *Guazzin. ad defens. Reorum def.* 5. *c.* 5. *nu.* 6. & 11.

31 Et auxiliatores, fautores, & consulentes ad eximendum captum à familia Curiæ ab eorum manibus, vel à carceribus puniuntur eadem pœna, qua puniuntur principales eximentes. *Farinac. d. q.* 30. *n.* 97. *Bertazzol. conf* 35. *nu.* 16. & *seq.* qui loquitur in subministrāte instrumēta carcerato, apta ad rumpendum carceres; idem tenet *Caball. resol. crim. casu* 8. *n.* 18. & *Guazzinus d. def.* 5. *cap.* 5. *n.* 18. vbi *n.* 19. dicit ipse *Guazzin.*

32 ibi, quod dictum est, de eximente carceratum à carceribus, procedit etiam in eximente retentum in palatio, domi, camera, vel alio loco, in carcerem, à Iudice assignato, ipsi carcerato.

33 Sed si quis eximat à carceribus eū, qui fuit iniustè carceratus, ipse eximens non punitur. *l.* 1. §. *Offilius cum duob. ll. seq. ff. ne quis eum, qui.* & docent *Boss. pract. crim. tit. de captura num.* 5. & 7. *Catalan. de indulto d. cap.* 40. *nu.* 81. & *seq.* & *Farinac. d. quæst.* 30. *n.* 113.

34 Carceratus eximēs se ipsum à carceribus, cū fractura carceris, punitur pœna mortis. *l.* 1. *circa principium, ff. de effract. & expilat.* & docet *Boss. pract. crim. tit. de carcere n.* 5. & *tit. de effractorib. carcerum, n.* 1. latè *Menoch. de arbit. ind. lib.* 2. *casu* 301. & *Farinac. tit. de carcerib. & carceratis, quæst.* 30. *n.* 1. *vsq; ad num.* 25. secus si carceratus inueniat ostium apertum, & aufugiat, quia tūc mitius punitur. *d. l.* 1. §. 1. *ff. de effract. & expilat.* & docent *Hipp. de Marsi. pract crim.* §. *attingam n.* 36. & *seq.* & *Farinac. d. quæst.* 30. *n.* 102. Et aufugiens à domo Iudicis, punitur pœna fracti carceris, & idem est in eo, qui aufugit à camera, quam ipsi fuit assignata loco carceris. *Riccius dec.* 100. *n.* 4. *part.* 2. sed quod mitiùs puniatur, tenet *Guazzinus ad defensam reorum d. def.* 6. *cap.* 1. *n.* 80. *in fine.* Et aufugiēs à carceribus absq; fractura, si transcendat muros fune, vel alio modo, punitur vera pœna fracti carceris. *Farinac. d. quæst.* 30. *n.* 83.

35 Sed qui tentat tantum aufugere à carceribus, & non aufugit, licet conspirauerit, tamen non punitur pœna ordinaria fracti carceris, sed punitur pœna extraordinaria, vt desumitur ex *d. l.* 1 *ff. de effract. & expilat.* & docet *Farinac. d. quæst.* 30. *n.* 25. *vsq; ad n.* 33. *Riccius dec.* 100 *part.* 2. & iste talis, qui tentauit aufugere à carceribus, & non aufugit punitur pœna extraordinaria, licet innocens ex eo crimine, de quo erat carceratus, reperiatur. *l. in eos* 8. *vbi glos. ff. de custod. Reorum*, & in Curia Archiepiscopali Neapolitana quidam, qui fregit ferrum cancellæ causa fugiendi à carceribus fuit condemnatus ad triremes per decennium, vt refert *Marc. Anton. Genuens. pract. Archiep. Neap. cap.* 49. sed quidam, qui fregerant cancellas carcerum Magnæ Curiæ Vicariæ causa aufugiendi à dictis carceribus, licet non aufugissent, tamen fuerunt puniti pœna mortis, vt testatur *Dominus Regens Sanfelic dec.* 47 *nu* 3. vbi dicit *n.* 7. quod alius, qui cœperat frangere parietem carcerum Magnæ Curiæ Vicariæ, & modica apertura reperta, fuit condemnatus ad triremes, & qui tentat aufugere à carceribus arctiùs est custodiendus. *d. l. in eos vbi glos. ff. de custod. Reorum*, & *Farin. d. quæst.* 30. *n.* 84.

36 Quod si quis aufugiat à carceribus, & vadat ad superiores non punitur pœna fracti carceris. *l. si quis* §. *apud Iulianum*, & §. *apud Iabeonem ff. de ædilit. edict. Riccius d. dec.* 100. *n.* 6. *Anna sing.* 561. & *Guazzin. ad defens. Reorum def.* 6. *cap.* 1. *nu.* 71. licet aliqui teneant, quod aufugiens à carceribus, & pergens ad superiores, non debeat esse impunis, vt tenent *Caball. resol. crim. casu* 42. & *Capibl.*

Digitized by Google

de Baronib.prag.3.post num.163. & vide *Farinac.d.quæst.30.num.172.& seq.vbi nu.* 185. dicit, quod si quis aufugiat propter timorem ignis, non punitur.

37 Sic etiam si aufugiens à carceribus cito sponte reuersus sit, non punitur pœna fracti carceris. *Riec.d.dec.100.n.7. Guazzin.d.def.6. cap.1. post num.80. Hippolitus de Marsilijs in tract.de bannitis, ver. carcerati,nu.63.& Farinac.d.quæst.30.à nu.* 148. *vsq; ad n.*159.

38 Carceratus pro debito ciuili si frãgat carceres, & aufugiat, debet condemnari in exilium per quinquennium, vt ita decisum testatur D.Reges Capic. Lat.dec.76.

39 Sed si detentus in priuato carcere, aufugiat, fractis carceribus, non punitur. *Guazzin.ad defens. reorum, d.defens.5. cap.7. n.21.*

40 Et aufugiens à carcere cum fractura, tenetur ad restitutionem damni, quod in effractione carceris, & vinculorum dedit. *Couar.variar.resol.lib.1. cap.2. post num.14.* Sed non tenetur ad damnum, quod ex sua fuga passus est carcerarius, nam si carceratus erat iniustè captus, & aufugit carcerarius ad nihil tenetur. *Hipp. de Marsi.pract.crim. §.diligenter,num.52. Boss. pract.crim.tit.de carcere,nu.13.cum plurib.num.seq.& Guazzin.d.def.5.cap.4.num.8.* nam iniustè detentus potest aufugere à carceribus, sine incursu peccati mortalis, etiam si custos carceris ob dictam fracturã, seu fugã, dãnum patiatur. *Guazzin. d.def.5, cap.4. post num.15.* Aut carceratus erat iustè carceratus, & aufugiit culpa, vel dolo carcerarij, & ipsi debet imputari, aut absq; culpa, & dolo carcerarij carceratus aufugit, & tunc ipse carcerarius non potest molestari, vt supra diximus, quod si molestetur, & tunc repetit à Iudice in sindicatu, quod expendit.

41 Et carceratus iniustè potest aufugere, & etiam vulnerare custodem, & eum occidere, si aliter aufugere non possit. *Bar.in l.vis eius, C.de probat. Alex. in l.sed eximendi, §.item si quis, ff ne quis eũ, qui in ius, Farinac. d.quæst.30. à num.121. vsque ad num.147. Gramat.cons.crimin.51. num.7. Viuius dec.201. Guazzin.d.defens.5, cap.4.num.11.cum plurib.numer.seq. & defens.6 cap.1.num.30.& 68. Hipp.de Marsi. de bannitis, versi.carcerati,num.21.& in l.1. num.108. ff.ad legem Cornel.de Sicarijs, & Carrab. de sindic. par.2. post num.52.* sed contrarium videtur disponere *tex. in d.l.in eos 8. ff.de custod.reorum,* vbi habetur, quod si quis tentet aufugere à carceribus punitur pro ipsa attentata fuga, dato, quod deindè reperiatur innocens pro causa principali, pro qua manebat carceratus, sed dicas, quod in illo *tex.* Reus à principio erat iustè carceratus, puta si contra eum extabant indicia pro maleficio, pro quo manebat carceratus, nam si tentet aufugere, punitur pro tentata fuga, dato, quod deindè factis defensionibus reperiatur innocens pro causa principali, pro qua manebat carceratus, secus si à principio erat iniustè carceratus, quia tunc aufugiẽs à carceribus non punitur pœna fracti carceris, prout ita declarat *Boss. d. tit.de effractorib.carcer. n.2.*

42 Prout etiam licet aufugiens à carceribus habeatur pro confesso. *d.l.ad conuentarienſem, C.de custodia reorum, Farinac.pract.crim.tit.de carcerib.& carceratis quæst.30.num.7. vsque ad num.20.* tamen hoc intelligitur quando quis fuit legitimè captus, secus si à principio fuit iniustè, ac indebitè captus, & aufugiat à carceribus, quia tunc non habetur pro confesso. *Bart in l.vis eius, C.de probat. Guazzin.d.def.5.cap.4.num.19. Foller. pract.crim.in 4.par.3.partis principalis,rub. & si confitebuntur,num.50.& 52.* vbi *n.49.* dicit, quod si quis tentet tantum aufugere non habetur pro confesso, etiam si conspirauerit, licet contrarium teneat *glos.in d.l.in eos, & Boss.d.tit. de effractoribus carcerum, num.1.* tamen prima opinio est vera. *Guazzinus ad defensam reor.def.6.cap.1. n.80.*

43 Sed quod iniustè carceratus aufugiens, puniatur pœna extraordinaria, tenet *Petrus Caballus resolut.criminal. casu* 42.

44 Sed in tantum aufugiens à carceribus cũ fractura carceris habetur pro confesso, in quantum aufugiens sciebat causam suæ inquisitionis, aliàs secus. *Farinac. d.quæst.30. num.205. & Foller. d.rub.& si confitebuntur, num.56.* vbi *nu.63.* dicit, quod Iudex debet interloqui, aufugientem haberi pro confes-
45 so, alias nõ habetur pro cõfesso. Et licet contra absentem non possit proferri sententia, vt dixi supra cap.1. nu. 5. tamen contra effractorem carceris absentem, potest proferri sententia, & ipse potest tanquam confessus de cri-

Digitized by Google

crimine, de quo imputabatur, condẽnari. *Paul. Ghirlan in tract. de relaxatione carcerati, tit. de fuga incarcerati, num. 12. in fine, Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis, quæst. 30. num. 40. & Riccius dec. 65. par. 3.* Et debet præcedere monitio ad dicendum causam quare non debeat pro confesso haberi, & reputari. *Foller. d. rub. & si confitebuntur, num. 64. & Farinac. d. quæst. 30. num. 44. & 45.* Et aufugiens à loco sibi assignato, loco carceris cum fideiussione, habetur pro confesso. *Guazzin. d. cap. 6. cap. 1. post num. 80.*

46 Sed aufugiens à Palatio Prætoris, non habetur pro confesso. *Bal. in l. succurritur, ff. ex quibus causis maiores*, vbi etiam dicit ipse Bal. quod si careceratus inueniat ostium carceris apertũ, & aufugiat non habetur pro confesso, idem tenet *Angel. in l. verum la 2. per illum tex. ff. de furtis, & in l. 21. ff. de effract.* Hipp. *de Marsi. in pract. crim. §. diligenter, num. 46. & Thes. dec. 77. num. 4.* vbi ipse *Thes.* dicit, quod si quis aufugiat à carceribus, & deindè reuertatur non habetur pro confesso. Sed si quis, ruptis cõpedibus, exiuerit per ostium apertum, habetur pro confesso, & punitur vti effractor carceris. *Farinac. d. quæst. 30. num. 32. Boer. dec. 24. num. 13. & Foller. d. rub. & si confitebuntur, num. 47.* vbi *n. 48.* dicit, quod si quis sit positus carceratus in aliqua domo, clausis ianuis, & ipse, fracta dicta ianua, aufugiat, adhuc habetur pro cõfesso, & idẽ tenet *Farinac. d. quæst. 30. num. 46. vsque ad n. 50. & 51.* dicit ipse *Foller.* ibi, quod si quis sit carceratus ab aliquo non habente iurisdictionem, & aufugiat, non habetur pro confesso, & ideo si quis sit captus, & carceratus à Iudice incompetenti, & aufugiat, non habetur pro confesso, vt per ipsam fictam confessionem possit condemnari pro delicto, pro quo fuit carceratus; sed tantum cõtra eum facit inditium ad torturam. *Foller. d. rub. & si confitebuntur, num. 53.* vbi ipse *Foller.* ibi *num. 58.* dicit, quod aufugiens à carcere priuato nõ habetur pro confesso.

47 Et aduertas, quod quando careceratus non se ipsum eximit à manibus familiæ Curiæ, sed ab alio eximatur, si ipse extractus à manibus dictæ familiæ Curiæ aufugiat intus Ecclesiam non gaudet immunitate ecclesiastica. *Canonicus Novarius summa bullarum, tom. 1. tit. de immunitate ecclesiastica, nu. 14.* citat *de Franch. dec. 709. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei foriudicatorum tenentur restituere pecuniam extortam alicui ab ipsis foriudicatis.*

2 *Officiales, & Sindici non pulsantes campanam ad arma, tenentur reficere damnum illatum, à foriudicatis.*

3 *Vniuersitas conuicinior. tenetur reficere furtum factum in campestribus à foriudicatis intelligi, vt ibidem, et idem est pro dãno clandestino, n. 4. vsque ad num. 7. secus hodie, n. 7.*

9 *Bona furata per foriudicatos, si reperiantur, an sint domino restituenda? et quid in bonis captis in bello ab hostibus? n. 10.*

11 *Emens rem captam ab hostibus, reperto domino, non tenetur illam rem ipsi domino restituere, nisi recepto pretio, secus si res sit furtiuæ ibid. et n. 12.*

13 *Animalia quis vendere non potest extra suã patriam, nisi habeat fidem à deputatis dictæ suæ patriæ.*

14 *Tenentes bona foriudicatorum debent illa reuelare Regiæ Curiæ.*

15 *Officiales tenentur capere informationem de delictis factis à foriudicatis, et illa capta, tenentur eam transmittere ad Regios Superiores. Et quid si delicta sint facta in confinibus duorum territoriorum quis Officialiũ teneatur capere dictam informationem? n. 16.*

17 *Regiæ Audientiæ an possint facere ordinationes Officialibus Baronalibus, vt faciant relationem pro delictis grauibus.*

CAP. XXI.

De furtis, & damnis factis per foriudicatos.

1 QVando foriudicati capiunt aliquem, & ab eo extorquent pecuniam, consanguinei foriudicatorũ vsque ad quartum gradum, eorum fautores, & adhærentes, tenentur dictam pecuniam extortam reficere, damnum passo. *pragm. 10. §. 3. de exulib.* Sic etiam si foriudicati mittant ad petendum aliquam pecuniarum quantitatem alicui, & ille noluit mittere dictam pecuniam, si dicti foriudicati ex hoc occidant animalia, vel immittant

Digitized by Google

tãt ignem in bonis illius, cui fuit petita quantitas, cõsanguinei dictorum foriudicatorum vsque ad quartum gradum, & eorum fautores, & adhærentes tenentur reficere omnia damna illi, qui passus fuit dicta damna. *prag. 12. de exulib.* Et nouissimè per *prag.* Excellentiss. Magni Admirati Castigliæ editam die 1. Decembris 1644. §.4. statuitur, quod si Alexander de Bono, Marcus, & Honopharius Fasanus, Horatius de Caro, Ioseph Castella, Io. Antonius de Lisa, Carolus Tattonus, & Angelus Fasulus famosi bãniti, & eorum socij committant recapta cuiuscunque summæ, incendia domorum, rurum, & victualium, incisiones vinearum, vel occidant animalia cuiuscunque speciei cõsanguinei dictorũ foriudicatorũ vsque ad quartum gradum inclusiuè tenẽtur statim de eorum proprijs pecunijs, & bonis reficere omnia damna, damnum passo, quod si repugnant facere dictam restitutionem, eorum bona vendantur, candela accensa; & etiam de iure communi bona subtracta à bannitis, & foriudicatis debent refici per consanguineos foriudicatorum. *cap. 2. de delictis puerorum*, & docent *Bald in l. 1. C. ne filius pro patre, Bart. in l. iure prouisum, C. de fabricens, lib. 12. Regens Rouitus d. prag. 12. num. 1. de exulibus, & Capiblancus de autoritate Baronũ, tom. 1. super prag. 19. n. 55.*

2 Sic etiam quando habetur notitia de foriudicatis, Officiales locorum, & Sindici tenentur pulsare campanam ad arma, & colligere homines pro persequutione dictorum foriudicatorum, quod si hoc non faciant, puniũtur pœna ducatorum mille, & alia pœna arbitraria, & tenentur reficere de proprijs bonis omnia damna, quæ fecerunt dicti foriudicati. *pragm. 1. de persequend. malef. & prag. 1. §. 5. de exulib.* Sed damnum illatum ab hostibus debet refici, & emendari de publico. *l. ne quid, ff. de varijs, & extraord. cognit.* & docet *Mastril. dec. 164.*

3 Et furtum factum in campestribus à bannitis, & foriudicatis, Vniuersitas conuicinior tenetur reficere. *d. prag. 1. §. 1. de persequend. malef. Constit. Reg. super incisionib. & altera quæ incipit, si damna clandestina*, & est *cap. Reg.* quod incipit *Frequens*. Quod intellige, quãdo non constat à quibus fuit factum. *cap. Reg. clandestinis*, secus si constat, quia tunc Vniuersitas ad nihil tenetur. *cap. Reg. item statuimus, quod Vniuersitas locorum*; sed de iure communi, villa non tenetur reficere damnum factum in eius territorio à personis incognitis, vel à personis cognitis, quæ soluendo non sunt, dato, quod ipsa villa potuit prohibere, & non prohibuit, nisi extat statutum, vel consuetudo in contrarium. *Cabal. resol. crim. casu 287. num. 54.* Sed si bannitus, & foriudicatus veniãt in villã cum magna multitudine bannitorum, quibus ipsa villa non possit resistere, in hoc casu ipsa villa non tenetur, ita *Nellus de bannitis in 2. part. 2. temporis post num. 65. Bossus pract. crim. tit. de captura, nu. 42. & Cabal. d. casu 287. n. 55.*

4 Sic etiam Vniuersitas vicinior tenetur emendare damnum clandestinum, quando non apparet malefactor, secus si appareat. *cap. Reg. 123. & cap. Reg. 242.* Sed Ciuitas Neapolitana non tenetur pro damno clandestino, vt in *ritu 311.* Et per *cap. Reg. incumbit.* de damnis clandestinis pro medietate tenetur Vniuersitas, & pro alia medietate tenetur Baro, vbi etiam habetur, quod vnus testis cum fama publica est sufficiens probatio in criminibus clandestinis, vbi etiam habetur, quod à clandestinis potest appellari, sed appellatio debet determinari infra quindecim dies.

5 Sed tunc Vniuersitas tenetur de homicidio clandestino, quando homo occisus mortuus reperitur, secus si viuus reperiatur, & aliquo tempore superuiuat. *cap. Reg. 117.*

6 Et Vniuersitas pro homicidio clandestino tenetur ad pœnam vnciarum centum, si Vniuersitas habeat focularia mille, vel plus, si vero habeat quincenta focularia, vel plus infra mille, & tunc tenetur ad pœnam vnciarum aurei quinquaginta, si vero habeat minus focularium quingẽtorum, & tunc punitur in vncijs vigintiquinque. *cap. Reg. 26.* sed per aliud *cap. Reg. 59.* Vniuersitas pro homicidio clãdestino si occisus sit Christianus tenetur ad pœnam centum augustaliũ, si vero occisus sit Iudæus, vel Saracenus, & tunc tenetur ad pœnam quinquaginta augustalium. Postremò superuenit. *cap. Reg. 158.* per quod disponitur, vt pro homicidio

clan-

Digitized by Google

clandestino si occisus sit Christianus, & Vniuersitas habeat plus mille focolariorum, ipsa Vniuersitas tenetur ad pœnam centum augustalium, si vero occisus sit Iudæus, vel Saracenus tenetur ad pœnam quinquaginta augustalium, si vero Vniuersitas habeat focularia quingenta, vel plus infra mille, & tunc tenetur ipsa Vniuersitas ad pœnam quinquaginta augustalium si occisus sit Christianus, aliàs si Iudæus ad pœnam vigintiquinque augustaliũ tenetur, si verò Vniuersitas sit focolariorum minus quingentorum vsque ad centum, & tunc ipsa Vniuersitas tenetur ad pœnam vigintiquinque augustalium si occisus sit Christianus, aliàs si Iudæus, & tunc tenetur ad augustales duodecim cum dimidio, si verò Vniuersitas sit minus focolariorum centum, & tunc soluit duodecim augustales, si occisus sit Christianus, aliàs si Iudæus, & tunc tenetur ad augustales sex, vt hæc omnia probantur in *d. cap. Reg.* 158.

7 Et Vniuersitas tenetur pro damnis clandestinis, tàm commissis intus Ciuitatem, quàm in eius territorio. *cap. Regni* 242. vbi *de Nigris, nu.* 6.

8 Sed hodie omnia supradicta iura in Regno sunt correcta per *prag.* 1. *de damnis clandestinis*, vndè hodie Vniuersitates de dictis damnis clandestinis non tenentur, dum ipsæ Vniuersitates contribuant Capitaneo Prouinciali campaneæ; *Regens Rauit. d. prag.* 1. *de damnis clandest. Caranit. ritu* 311. *nu.* 56. *Capibl. de Baronib. prag.* 19. *num.* 50. *& seq. & Regens de Ponte de potest. Proreg. tit.* 4. *in prine. num.* 60. Sic etiam licet per *cap. Regni* 29. si erat immissus ignis, & non apparebat de delinquẽte, Vniuersitas conuicinior tenebatur ad emẽdationem damni, immo etiam si apparebat de delinquente, & immittens ignem non erat soluendo, adhuc Vniuersitas tenebatur reficere damnum. *cap. Reg* 30. & ibi *de Nigris*, tamen hodie, neque Vniuersitas tenetur ad hoc, vt docet *de Nigris in cap. Reg.* 29. *num.* 20. *in fine*.

9 Et bona furata per bannitos, & foriudicatos si reperiantur super dictis foriudicatis tempore, quo capiuntur; dicta bona debent restitui dominis dictorum bonorum, quando apparẽt veri domini. *l. latrones*, § *hostes, & l. post liminii*, § *à piratis, ff. de capt, et post limin. reuer. l. qui à latronib. ff. de testam.* nam bona furto subtracta sunt restituenda domino. *Borrel. cons.* 80. *et Carrab. de sindic. par.* 2. *num.* 68. & licet *Capibl. de Baronib. prag.* 8. *num.* 133. *in penultima impressione*, dicat, quod dicta bona de consuetudine Fisco applicentur, tamen deindè ipse *Capibl.* hoc non posuit in vltima impressione, vt videre poteris in *dicta prag.* 8. *par.* 1. *num.* 255. *et seq.* vbi ipse *Capibl.* simpliciter deindè dixit, quod bona capta à latronibus dominis sint restituenda, quando constat de vero domino dictorum bonorum, aliàs sũt capientium. Et per quamdam *prag.* relatam in apostilla ad *pragmat.* 38. *de offic. Magistri Iustit. et in prag.* 9. *de exulib.* in vltima impressione facta de anno 1633. est dispositum, quod quando bona inueniuntur super foriudicatos, si appareat verus dominus, & tũc ipsi domino restituuntur, aliàs si non appareat verus dominus, & tunc si dicta bona sint magna applicantur Fisco, si vero parua applicantur capiẽtibus, & docet *Danza de pugna. D. D. to.* 1. *tit. de offic. Capitanei campaneæ, cap.* 1. *n.* 12. & quando dicta bona sunt minima, & milites sint discordes in diuidendo dicta bona, & tunc ipsi milites debẽt adire Iudicem, qui deindè æqualiter diuidit dicta bona inter dictos milites, qui cœperunt foriudicatum cum dictis bonis. Io: *Grandis de bello exulum in praticamento pati, quæst.* 3. *specialis* 20. *nu.* 3. Sed quando bona non inueniuntur super foriudicatos, sed inueniuntur in domibus dictorum foriudicatorum, & tunc semper dicta bona applicãtur Fisco, si non appareat verus dominus, vt in *dictis pragmaticis relatis in apostillis ad d prag.* 38. *de offic. Magistri Iust. et ad d prag.* 9. *de exulib.* Et satellites, si inquisitum non inueniunt, non possunt accipere arma non prohibita in eius domu, aliàs tenentur pœna furti, & officio priuantur. *prag.* 33. §. 3. *et* 7. *et prag.* 38. §. 1. *de offic. Magistri Iustit.* quod non puto procedere si ipse inquisitus sit foriudicatus; nam eius bona publicantur, & applicantur Fisco, vt dixi supra cap. 16. num. 1. & 4. & quis impunè potest disrubare foriudicatum, eo viuente, vt dixi supra cap. 17. n. 52.

10 Sed quando bona sunt capta in bello ab hostibus, & tunc semper efficiũtur capientium. *l.* 1. *ff. de acquir. possess.*

prag 1.

Digitized by Google

prag. 1. vbi *Regens Rouit.nu.*8. *ſub tit.quid Regnicolæ*, *de Franch.dec.* 268. *Regens* Lanarius *conſ.*84. *Regens de* Ponte *dec.*21.*n.*1. *& de poteſtate* Proregis *tit.de triremib. n.*3. *Capibl.de* Baronib. *prag.*8.*part.*1.*n.*255. *& ſeq. & Caball.reſolutionum criminalium caſu* 140.

11 Et quando quis emit rem captam ab hoſtibus, ſi inueniatur verus Dominus, ipſe Dominus non poteſt rem recuperare, niſi ſoluto pretio dictę rei ipſi emptori. *l. mulier ff.de capt. & poſt lim.reuer. Caball.reſol crim.caſu* 292.*n.*4. *&* 20. *& Regens Rouit. prag.*1.*n.*5.*de emptione, & vendit.* ſed quãdo quis emit rem furtiuam à furibus, reperto Domino rei, illam rem tenetur reſtituere ipſi Domino, & pretium non recuperat. *l.in ciuilem C.de furtis*, & docet *Iul.Clar.* §.*furtum*, *verſ. ſed hic incidenter*, & hoc etiam ſi ipſe emptor emat rem prædictam nomine Domini, nam adhuc non recuperat pretium. *prag.*1.*de empt. & vendit.* quod procedit etiam de iure communi. *Menoch.de præſumpt.lib.*1.*præſumpt.*75.*nu.*2. *& lib.*5. *præſumpt.*29.*n.*13. *& ſeq. Regens Rouit. d. prag.*1.*n.*2.*de empt. & vendit. Iul.Clar.d.*§.*furtum d.verſ.ſed hic incidenter*, *& Caball. d.caſu* 292.*in princ.* licet contrarium teneat *Cepoll. cautela* 10. Sed hoc fallit in Iudęo, qui ſi accipiat rem furto ſubtractam in pignus, ſub vſuris bona fide credens nõ eſſe furto ſubtractam, in hoc caſu nõ tenetur illam Domino reſtituere, niſi ipſi ſoluta pecunia vna cum vſuris. *Hipp.de Marſ.ſing.*13. Et emens rem furtiuam, reperto vero Domino, tenetur illam reſtituere, ſi ipſa res extat, aliàs ſi bona fide conſumpta ſit, & tũc tenetur ſolum, quatenus factus eſt locupletior. *Iul.Clar d.verſ.ſed hic incidenter*, *& Regens Sanfelic.dec.*166.*n.*15.

12 Sed ſi quis bona fide emat rem, & deindè reperiatur, quod ſit furtiua; in hoc caſu emptor bonæ fidei non tenetur reſtituere rem prædictam, quãdo non apparet verus Dominus. *Rebuffus in l.diuus n.*128. *ff ad Senat.Conſult. Syllanianum*, *& Regens Rouit.d.prag.*1.*n.*7. *de empt. & vendit.*

13 Et quia ſemper iſti banniti, & foriudicati ſolent furari animalia, & ea mittunt ad vẽdendum in longinquas partes, ideo fuit ſtatutum in Regno, vt quis non poſſit vendere animalia extra ſuam patriam, niſi habeat fidem à deputatis ipſius patriæ, quod talia animalia ſint ipſius venditoris, aliàs contrafaciẽs amittit pretium dictorũ animalium, & punitur ad vncias vigintiquinque. *prag.* 3.*de empt.& vendit.* Et exercentes mercaturam emendi, & vendendi non poſſunt emere bona mobilia intus Ciuitatem Neapolitanam, niſi prius ſciant nomen, cognomen, & Patriam venditoris, & vbi habitat, quod ſi deinde reperiatur, quod res empta ſit furtiua, & non reperiatur venditor, emens reputatur tanquam ſi emiſſet rem furtiuam ſcienter, & emens dicta bona non poteſt illa reuendere, vel réficere infra dies decem à die emptionis, ſed illa debet detinere in publico ſub pęna decem annorũ triremiũ ſi ſit maſculus, & ſi ſit fęmina decem annorum exilij, & fuſtigationis; & neque infra idem tempus poteſt bona prædicta extrahere extra Ciuitatem Neapolitanam ſub pęna trium annorum triremium. *prag.*11. *iuncto* §.5.*de emptione, & vendit.* & dixi ſupra *cap.*4. *n.*62.

14 Et tenentes nummos, aut alia bona foriudicatorum debent illa reuelare Regiæ Curiæ, aliàs contrafacientes perdunt dicta bona, & cõdemnatur ad triremes arbitrio Proregis. *prag.*2.§.3. *& prag.*3.§.2.*de recept.malef.* & nouiſſimè per *pragm.* Excellentiſſimi Magni Admirati Caſtigliæ editam die 1. Decembris 1644.§.10. diſponitur, vt omnes detentores omnium bonorum furto ſubtractorum à bannitis, & foriudicatis reuelent in ſcriptis dicta bona Præſidi, vel Regiæ Audientiæ, & dicta bona non reſtituant dictis foriudicatis, ſed illa detineant, & exhibeant ad omnem requiſitionem dictorum Regiorum Officialium cauſa illa reſtituẽdi Dominis dictorum bonorum ſub pęna nobilibus annorum quinq; relegationis, & triremium ignobilibus, verum dicta reſtitutio non fiat Dominis dictorum bonorum abſque licentia in ſcriptis obtenta à Regio Collaterali Conſilio, præcedente relatione Præſidis, vel Regiæ Audientiæ, vt in *d.prag.* Excellentiſſimi Magni Admirati Caſtigliæ. §.10.

15 Et quando banniti, & foriudicati faciunt furta, vel alia delicta committunt in Terris Baronalibus, vel demanialibus, Officiales, Baronales, & Regij tenentur capere informationẽ de dictis delictis, & contra receptatores dicto-

Digitized by Google

dictorum bannitorum, & capta dicta informatione, tenentur infra sex dies eam transmittere Regiæ Audientiæ, & relationem facere Regēti Regiam Cancellariam supraintēdenti rerum campaneæ, aliàs in casu contrauentionis, dicti Officiales puniuntur pœna annorum trium relegationis, & ducatorum quincentorum, & priuātur officio, quod tunc exercent, & in futurum, alia officia exercere nō possunt, vt in *prag.* Excellentissimi Ducis Medinæ edita die 25. Iulij 1643. §. 3. & in pragm. Excellentissimi Magni Admirati Castigliæ edita die 19. Maij
16 1644. §. 3. in fine. Sed si ipsi banniti delinquant in confinibus duorum territoriorum, vterq; Iudex tenetur denunciare, sed sufficit si vnus ipsorū denunciet, quod si neuter denunciet, & tunc vterque punitur. *Baiard. ad Iul. Clarum §. fin. quæst. 7. nu. 12. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de homicidio cap. 7. n. 32.*

17 Et licet Regiæ Audientiæ non possint facere ordinationes Capitaneis locorum, vt relationem faciant ipsis Regijs Audientijs pro delictis grauibus, tamen ipsæ Regiæ Audientiæ possūt facere dictas ordinationes Capitaneis locorum, vt relationem faciant pro furtis factis in via publica, vel si aliqui fecissent comitiuam inarmando per campaneam. *pragm. 10. §. 38. de off. Iudic.* sed omnes Officiales Regij habentes merum, & mixtum imperium tenentur referre omnes causas criminales Proregi, singulis duobus mensibus. *cap. Reg. subiungendo; sed per prag. 3. de off. Iudic.* Officiales ipsi singulis sex mensibus, tenentur relationem facere Proregi, de dictis causis criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei foriudicatorum tenentur exfractare, si aliquod statutum, vel bannum hoc disponat, & tale statutum valet ibidē; & per plures pragmaticas fuerunt dati exfractus. num. 5. & 6. Et Prorex tantum potest iubere, vt consanguinei exfractent. n. 2. & potest etiam ordinare, vt amici, & factiosi foriudicati exfractent. n. 3. & 4.*

7 *Consanguinei illius, qui facit recaptum, vel qui occidit animalia, vel imponit ignem in bonis illius, cui fuit petita aliqua quantitas, & non fuit missa, tenentur exfractare, & n. 8.*

9 *Gradus computatio in materia exfractus sit de iure ciuili, & in exfractu non comprehenduntur minores, & sexagenarij ibidem, & n. 10.*

11 *Prorex tantum potest hospitijs consanguineos foriudicatorum grauare.*

12 *Exfractus, & hospitatio cessant, quando banniti cessant à delinquendo, & in pluribus alijs casibus exfractus, & hospitatio cessant. vsq; ad n. 18.*

19 *Filij fœminæ bannitæ tenentur exfractare, banno dicente, vt filij bannitorum expellantur, sed non tenentur exfractare filiæ fœminæ, & spurij ibidem.*

20 *Consanguinei bastardi foriudicati ex parte patris non comprehenduntur in exfractu, sed consanguinei ex parte matris comprehenduntur ibidem, prout etiam comprehenditur frater spurius. n. 21.*

22 *Vxor mariti mortui non tenetur exfractare pro exfractu dato consanguineis fratris mariti mortui, & idem est in nouerca. nu. 23. & in socero. n. 24.*

25 *Personæ Ecclesiasticæ non comprehenduntur in exfractu.*

26 *Vxor non est expellenda, si bannum dicat, quod familia banniti debeat expelli; secus si dicat, quod consanguinei, & affines banniti exfractent. ibidem.*

28 *Filius spurius legitimatus per rescriptum Principis non comprehenditur in exfractu dato consanguineis patris legitimantis, secus si sit legitimatus per subsequens matrimonium. ibidem.*

29 *Mulier prægnans non comprehenditur in exfractu.*

30 *Carceratus non comprehenditur in exfractu durante sua carceratione.*

31 *Infirmus non comprehenditur in exfractu durante sua infirmitate. Et quid in fatuo, muto, surdo, & cæco. ibidem.*

32 *Exfractandus an teneatur ire ad locum non tutum?*

33 *Maritus, & vxor debent ire in eūdem locū, & non separatim, quando debent exfractare.*

34 *Pœna exigi non potest ab aliquo, nisi sit elapsum totum tempus sibi assignatum ad exfractandum, & ad se conferendum in aliquē certū locū, licet certum sit, illum nō posse accedere infra reliquum tempus ad locum destinatum.*

35 *Absens non comprehenditur in exfractu.*

Digitized by Google

CAP. XXII.

De consanguineis foriudicatorum exfractandis.

1 LIcet pœnæ delictorum, suos debeant sequi Authores. *cap. 2. de constit. cap. quæsiuit de his quæ fiunt à maiori parte capit. cap. Romana in fine de sent. excom. l. sancimus C. de pœnis l. 2. §. in filij ff. de decurionib.* & pro delicto alterius, licet nemo debeat puniri, *cap. non debet, & cap. damnum extra de regulis iuris*, latè *Guazzin. ad defens. Reorum def. 33. cap. 2. n. 1.* tamen quia præsumitur, quod foriudicatorum cõsanguinei, dictos foriudicatos receptant, alant, faueant, & protegant; & ipsi foriudicati efficiuntur audaciores, habentes eorum consanguineos in eorum Patrijs, ideo solent emanari banna ab Excellentissimo Domino Prorege huius Regni, & eius Collaterali Consilio, quod cõsanguinei foriudicatorum vsque ad certum gradum exfractent ab eorum Patrijs, & vadant in aliquẽ locũ distãtẽ, prout ipsi Proregi videbitur. *Guazzin. d. def 33. d. cap. 2. post n. 8. ver. tamen, in fine, & Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 5. n. 1. vsq; ad finem.* Et ex hoc ipsi consanguinei foriudicatorum non puniuntur propter delicta commissa ab ipsis foriudicatis consanguineis, sed ipsi puniuntur pœna exfractus ob dictas præsumptiones, vt dicit *Caraut. in prag. 1. nu. 79. cum plurib. n. seq. de exulib.* & talia banna valere ratione publicæ vtilitatis, & plura fuisse emanata banna exfractus contra consanguineos bannitorum, & foriudicatorum, testatur *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati. quæst. 2. nu. 1.* vbi *n. 3.* decem connumerat præsumptiones contra consanguineos foriudicatorum in dando auxilium dictis foriudicatis consanguineis, propter quas non solum consanguinei prædicti possunt puniri pœna exfractus, sed etiam possunt carcerari. *Hipp. de Marsi. in rub. C. de probat. nu. 230. cum nu. seq. & in l. repeti ff. de quæst. Io. Grandis d. quæst. 2. nu. 4. & Reg. de Ponte vbi supra*, sed de dictis decem rationibus adductis per ipsum *Io. Grand. vbi supra*, propter quas consanguinei foriudicatorum puniuntur pœna exfractus, duæ tantum placent *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 6. nu. 9.* Et ideo non est mirum si coniuncti foriudicatorum ob bonum publicum grauantur, nam ipsis scientibus, consentientibus, & sæpè etiam subministrantibus, solent banniti delinquere, vel saltim præsumptio est, quod banniti non delinquerent, si eorum coniuncti obuiarent. *Caball. resolut. crim. casu 149. num. 8. & seq.* vbi *n. 18. cum plurib. n. seq.* dicit ipse *Caball.* ibi, quod valet statutum disponens, quod vnus pro delicto alterius puniatur, & ipse *Caball. d. casu 149. per totum*, sustinet, quod quando banniti perturbant priuatam, & publicam quietem huc, & illuc disrubando, homicidia, violentias, latrocinia, & alia varia crimina perpetrando, consanguinei dictorum bannitorum possunt compelli pro eis præstare cautionem de non offendendo personas, & bona territorij infestari, & *num. 27.* dicit ipse *Caball* ibi, quod valet statutum, quod coniuncti bannitorum debeant fideiubere pro coniunctis bannitis, quod non ingrediantur Ciuitatem, vel territorium, & quod valeat statutum disponens, quod propter homicidium vnius omnes consortes expellantur, dicit *Chart. de exequut. sent. in præfat. num. 72.* vbi *num. 73.* dicit, quod statutum disponens, quod domestici pro delicto consortis teneantur, tale statutum valet, & *num. 76.* dicit ipse *Chart.* ibi, quod valet statutum disponens, quod coniuncti bannitorum puniantur, si dicti banniti delinquant in Ciuitate, vel Statu.

2 Et Excellentissimus Dominus Prorex huius Regni concedit facultatem eijciendi ab eorum Patria consanguineos foriudicatorum, & eos in carcere detinendi. *Regens de Ponte de potest. Proreg. d. tit. 1. §. 5. n. 1.* vbi *n. 7.* dicit, Sixtum Quintum per Bullam editam in anno 1585. declarasse hanc practicam validam esse; sequitur *Danza d. cap. 6. n. 11.* vbi *n. 9.* dicit, quod coniuncti, pro delictis coniunctorum tenentur exfractare, citat *Farinac. quæst. 24. num. 153.* nam ad extirpandos foriudicatos, & vt ipsis tollatur auxilium solent emanari banna, & statuta, vt consanguinei dictorum foriudicatorum exfractent. *Mastrill. de Magistratib. lib. 3. cap. 4. n. 112. & Danza d. cap. 6. nu. 10.* nam licet quis innocẽs sit, tamen potest pro alterius

delicto

delicto puniri, existente rationabili causa. *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 8. nu. 7. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. conclus. 2. nu. 18. tit. de iure quæsito non tollendo, & Danza d. cap. 6. nu. 7.* vbi *nu. 8.* dicit, quod potest statuto caueri, vt pro delicto vnius omnes consortes, vel omnes de familia teneãtur, etiam si dolus absit, dummodò hoc fiat ratione publicæ vtilitatis, citat *Chartarium de executione sent. in præfatione n. 71. & seq. Iulium Clarum § fin. quæst. 86. ver. & hæc quidem, & Oxascum dec. 88. n. 18.*

3 Et non solum per Proregem solent emanari banna, vt consanguinei foriudicatorum exfractent, sed etiam solent fieri banna, per ipsum Excellentissimum Proregem, vt amici foriudicatorum exfractent, & tunc amici tenentur exfractare vigore talis banni, quando ipsi amici contraxerunt amicitiam cum foriudicatis post foriudicationem, vel antè, & continuauerunt amicitiam etiam post foriudicationem, aliàs si amicitia sit contracta antè foriudicationem, & post foriudicationem non sit continuata, tũc isti amici non tenentur exfractare, ita *Io. Grandis d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 30.* sed statutum, vel bannum loquẽs de consanguineis, & affinibus non comprehendit amicos. *Blanc. de compromisso quæst. 3. n. 48.* de quo vide latè *Borrellum de compromisso §. 1. glos. 3. d n. 79. vsq; ad n. 130.*

4 Sic etiam factiosi forascitorum possunt disterrari, per Præsidem Prouinciæ ad extirpandos ipsos forascitos. *Io. Grandis d. prædicamento pati. quæst. 2. & 3. speciali 95. n. 1.*

5 Et per *prag. 1.* post *nu. 6.* & per *prag. 15. §. item ordinamo,* & per *pragm. 16. §. fin. de exulibus,* plura fuerunt emanata banna contra consanguineos quorundam foriudicatorum, vt exfractent sub certa pœna, & dictæ pragmaticæ sunt locales, tẽporales, & personales, & ideo dictæ pragmaticæ in nihil allegari, nec induci possunt ad alios casus, vt docet *Danza d. cap. 6. nu. 15. cum quatuor. n. seq. & n. 26.*

6 Et postremò fuit emanatum bannum ab Excellẽtissimo Domino Magno Admirato Castigliæ Prorege huius Regni, & à suo Collaterali Consilio sub die 1. Decembris 1644. §. 3. quod consanguinei, & affines vsq; ad quartum gradum inclusiuè Alexandri de Bono, Marci, & Honofrij Fasani, Horatij de Caro, Angeli Fasuli, Caroli Tattoni, Iosephi Castellæ, & Io. Antonij de Lisa, procurent dicti consanguinei, & affines, tàm masculi, quàm fœminæ infra decem dies præsentare prænominatos bannitos viuos, vel mortuos in posse Regiæ Curiæ, aliàs dicto termino elapso exfractent à locis vbi habitant, & à tota Prouincia Principatus Citra, & se cõferant in loca destinanda per Præsidem dictæ Prouinciæ, vel alium Regium Ministrum destinandum per ipsum Excellentissimum Proregem, & à dictis locis non discedant, nec reddant in eorum patriam absq; licentia in scriptis obtinenda à dicto Prorege, sub pœna hominibus, & mulieribus Nobilibus annorum quinque relegationis, vel carceris ad arbitrium Proregis, & ignobilibus annorum quinq; triremium, & mulieribus fustigationis, sed à dicto exfractu excepruantur fœminæ, et masculi, qui sunt minus annorum quatuordecim, et senes sexagenarij.

7 Sed si quis capiat homines, causa eos componendi, etiam non sequuto effecto consanguinei ipsius delinquẽtis tàm masculi, quàm fœminæ, vsque ad quartum gradum inclusiuè tenentur consignare viuum, vel mortuum Regiæ Curiæ, dictum inquisitum de recapto infra octo dies numerandos à die, quo ipse delinquens fuit reputatus contumax, pro dicto crimine, aliàs tenentur exfractare à tota Prouincia vbi manent, præcedente tamẽ ordine Officialis ad quem spectat, et tenentur ire ad habitandum in loca declaranda per Excellentissimum Proregem, et ab illis non discedere, absq; licentia in scriptis obtenta à dicto Prorege sub pœna masculis fustigationis, et annorum quinque triremium, et fœminis fustigationis tantum, sed à dicto exfractu exceptuantur fœminæ, et masculi, qui sunt minus ætatis annorum quatuordecim, et fœminæ sexagenariæ. *pragm. 8. & 10. §. 2. & 3. de exulib.* Et idem est quando quis misit ad petendum pecuniam, vel aliam rem alicui, cum minis offẽdendi personam, vel bona sua etiam non sequuto effectu, nam adhuc consanguinei istius delinquentis tenentur exfractare eo modo vt supra, vt

Digitized by Google

probaturin *d. prag. 106. §. 2. et 3. de exulib.* vbi §. 5. disponitur, quod portantes literas, vel nunciationem, sciẽter pro recaptu, vel portantes pecuniam foriudicatis pro recaptu, puniuntur pœna mortis naturalis, vel relegationis in perpetuũ nobilibus, & triremium ignobilibus arbitrio Proregis, & idẽ fuit confirmatum per dictũ bannum Excellentiss. Magni Admirati Castigliæ editum die 1. Decembris 1644. §. 6.

8 Sic etiam quando aliquis imponit ignem in villis, vel occidit animalia causa extorquendi pecuniam ab aliquo domino dictæ villæ, vel dictorum animalium, iste delinquens dicitur foriudicatus ipsofacto, & eius consanguinei vsque ad secũdum gradum de iure ciuili tenẽtur infra quindecim dies, à die commissi dicti delicti, dictum delinquentem consignare viuum, vel mortuum Regiæ Curiæ, aliàs elapsis dictis quindecim diebus tenentur exfractare in perpetuum à toto isto Regno, sub pœna fustigationis, & carceris perpetui mulieribus, & hominibus triremium in perpetuum *prag. 13. §. 3. et prag. 14. §. 5. de exulib.* & valet statutum; quod coniuncti teneantur dare in manibus Curiæ delinquentes coniunctos. *Cabal. resol. crimin. casu 149. n. 26. et 30. et Chartar. de exequut. sent. in præfat. n. 76.*

9 Et etiam de iure communi, in materia exfractus computatio gradus fit de iure ciuili, vt constat ex dictis per *Borrellum de compromisso, §. 1. glosa 5. in princ.* & ita in specie in materia exfractus, tenet *Danza d. cap. 6. num. 29. cum plurib. num seq.* vbi dicit, quod minores quatuordecim annis, & fœminæ sexagenariæ, etiam de iure communi non comprehenduntur in exfractu.

10 Sed an senes sexagenarij comprehẽdantur in exfractu, & tàm *d. pragmatica*, quàm ius commune, vt diximus loquuntur in fœminis sexagenarijs, ergo secus est in hominibus sexagenarijs, nam fœmininum non concipit masculinum. *l. si ita scriptum, ff. de leg. 2. & l. seruis legatis, ff. de legat. 3.* & docent *glos. in l. 1. ff. de ventre in possess. mitt. & Decius in l. 2. ff. de regul. iuris*, sed ego dico, quod etiam senes decrepiti, non comprehenduntur in exfractu, secus si ipsi senes sint robusti, quia tunc cõprehenduntur in exfractu, prout etiã senes torqueri non possunt. *l. 3. §. ignoscitur, ff. ad Senat. Cons. Sillan. Carrer. pract. crim. tit. de indicijs, & tortura, ver. circa tertium, num. 36. fol. mihi 85. a tergo, de Nigris in cap. Reg. frequens, num. 38. & in cap. Reg. fuiste, nu. 60. Riccius coll. 129. & dec. 233. num. 3. & par. 8.* vbi dicit, quod senes non possunt cõdemnari ad triremes, nisi sint robusti, prout etiam senes robusti possunt torqueri. *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 64. ver. non etiam*, citat *Gramat. dec. 34.* & docet *Tartag. pract. crimin. cap 12. num. 1. ver. præterea*, sic etiam senes decrepiti non possunt carcerari. *Amend. ad Pras. de Franch. dec. 100. n. 7. & Pascal. de viris patriæ potest. part. 2. cap. 9. nu. 83.* Et quod sic ipsi senes non possint carcerari pro debito ciuili, dicit *Riccius d. dec. 233. num. 5. & de Angelis ad pract. crim. Follerij, rub. notatos capiat. de persona, num. 119. & seq.* Et in hoc vltimo exfractu dato consanguineis Alexandri de Bono, Marci, & Honophrij Fasani, & Horatij de Bono, & aliorum bannitorum fuerunt exceptuati senes sexagenarij, dum loquitur per verbum masculinum.

11 Et aliquando consanguinei foriudicatorum, de ordine Proregis grauãtur hospitijs propriis sumptibus. *Danza d. cap. 6. num. 39. & seq.* vbi dicit, quod hoc tantum spectat ad ipsum Proregem, idem tenent *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 6. num. 6. & Capibl. de auctoritate Baronum, tom. 2. cap. 100. num. 21.*

12 Sed exfractus, & hospitatio cessat, quando bãniti, & foriudicati desistũt à delinquendo. *Danza d. cap. 6. n. 41.*

13 Prout etiam exfractus non habet locum, quando consanguinei foriudicatorum non alunt, nec receptant dictos suos consanguineos foriudicatos, sed ipsi sunt bonæ conditionis, & famæ. *Caruit. prag. 1. num. 82. de exulibi Io. Grandis d. prædicamento pati, quæst. 2. num. 9. & Danza d. cap. 6. num. 45. cum plurib. num. seq. & num. 48.* vbi dicit, hoc bis fuisse ordinatum per Suam Excellentiam, & suum Collaterale Consilium.

14 Sic etiam propter largã familiam foriudicati, puta si ipsa familia absorbeat totam Patriã, solet Prorex mandare, quod supersedeatur in exfractu, ne ipsa patria depopuletur. *Danza dicto cap. 6. num. 36. cum duob. numer. seq.* vbi inserit prouisiones Regij Collateralis Consilij in hoc expeditas. Vndè me-

rito

rito in hoc vltimo exfractu fuerunt nominati cõsanguinei octo capitum bannitorum tantum, & non sociorũ, nam si fuissent etiam nominati consanguinei sociorum illorum octo capitum bannitorum, cerè exfractaret tota ista Prouincia.

15 Et exfractatio in tantum durat, in quantum durat vita foriudicati, nam foriudicato mortuo, possunt eius cõsanguinei, & affines reddire ad eorum libitum. *Io: Grandis d. praedicamento pati, quæst. 2. num. 9 Regens Rouit. rub. de exulib. num. 10. & Nouarius dec. A. A. A. 98. & in coll. super prag. 15. nu. 7. de exulib.*

16 Sic etiam si foriudicatus sit indultatus, vel guidatus, & tunc eius consanguinei non tenentur exfractare. *Nouarius d. prag. 15. num. 7.* nam si foriudicatus desistat à delinquendo, exfractus cessat, vt diximus supra num. 12. Ergo exfractus à fortiori cessare debet, quando ipse foriudicatus est gui-
17 datus, vel indultatus. Et idem puto si ipse foriudicatus se absentet extra Regnum, quia tunc exfractus cessat, dum ipse desinat à delinquendo. No-
18 *uarius in coll. ad d. prag. 15. nu. 7.* Et idem puto esse si ipse foriudicatus sit captus, quia tunc cessat exfractus, sed cum quidam foriudicatus, esset aggressus à familia Curiæ, & vulneratus aufugit ad Ecclesiam, & ibi fuit ligatus, in hoc casu dixi, exfractum non cessare, nisi vulnus sit læthale, quia tunc saltim debet supersederi in exfractu, vt videatur exitus vulneris.

19 Quod si bannum dicat, quod filij bannitorum expellantur, vigore talis banni, etiam filij fœminæ bannitæ tenentur exfractare. *Nellus de bannitis in 2. par. 2. temporis, num. 44.* Sed tale statutum, non comprehendit filias fœminas ipsius foriudicati, quę non tenentur exfractare vigore dicti banni dictantis, quod filij foriudicatorum expellantur. *Nellus, vbi supra, num. 42.* vbi num. 43. dicit, quod neque comprehẽdit filios naturales tantum, vel filios spurios, licet in contrarium faciant dicta per *Couarruuiam variat. resol. lib. 2. cap. 8. n. 3.*

20 Immo si bastardus, vel naturalis tãtum sit foriudicatus, & per bannum, seu statutum sit dispositum, quod cõsanguinei, & affines dicti foriudicati teneantur exfractare, in hoc casu cõsanguinei, & affines ex parte patris, non tenentur exfractare, quia isti bastardi, & naturales non dicuntur de domo paterna in statutis pęnalibus. *Bald. in l. sugestioni, num. 4 C. de verb. signif.* Quod secus est in consanguineis ex parte matris, nam isti tenentur exfractare, & ratio differentiæ est, nam mater est certa. *l. quia semper, ff. de in ius vocando*, pater verò est incertus. *l. vulgo, ff. de statu hominum*, & legitimè natus quoad conditionem, & originem patrem sequitur, sed illegitimè natus sequitur matrem. *l. cum legitimè, ff. de statu hominum*, & naturalis tantum, & spurius cum consanguineis ex parte matris, compelluntur compromittere vigore statuti compellentis consanguineos, & affines facere compromissum inter eos, sed hoc non procedit cum consanguineis ex parte patris. *Marant. in suo speculo par. 6. rub. aliquando petitur compromißum, nu. 5. & 20. & Borrell. de compromißo §. 1. glos. 3. nu. 163. cum plurib. num. seq. & num. 172. vbi num. 166.* dicit ipse *Borrell.* ibi, quod si statutum disponat, quod pater teneatur emendare damnum factum per filium, tale statutum non comprehendit dãnum factum per filium spurium, nam appellatione consanguineorum non veniunt spurij, & bastardi. *glos in clem. 1. in ver. liberi de bapt. Borrel d. §. 1. glos. 3. num. 163 et glos. 4. num. 13.* Quod si sit facta promissio ad inuicem inter aliquos de non offendendo, neque per se, neque per consanguineos, & affines vsque ad tertium gradum, talis promissio, non comprehẽdit spurios, vel naturales, vndè si isti spurij, vel naturales offendant alios comprehẽsos in promissione, vel ipsi ab illis offendantur, pœna non committitur. *Herculanus in tract. de cautione de non offendendo, cap. 32. per totum*, de quo latè per *Cabal. resol. crim. casu 210.* Sic etiam si statutum disponat, vt pater teneatur soluere condemnationem filij nõ intelligitur de filio bastardo, vel spurio. *Bal. in l. generaliter, §. cum autem, n. 5. C. de instit. et substitut. et Cabal. resolut. crimin. casu 250. cum pluribus numeris sequentib.*

21 Sed frater spurius alterius fratris spurij foriudicati, tenetur exfractare vigore banni, vel statuti dictantis, vt consanguinei, & affines foriudicati exfractent, prout etiam si ipsi litigant inter eos, tenentur compromittere vigore

vigore statuti disponentis, vt consanguinei, & affines compellantur inter eos cõpromittere, & hoc dato, quod ipsi fratres spurij sint nati ex eadem matre, vel ex duabus sororibus, vel si sint nati ex eodem patre. *Marant. d. rub. aliquando petitur compromißum, n. 21.* sed *Regens Rouit. d. prag. 1. num. 14. de arbitris*, tenet, quod fratres naturales tãtum litigantes inter eos, non compelluntur ad compromittẽdum causam inter eos vertentem, sequitur *Nouarius in praxi elect. fori, tom. 1. sect. 3. quæst. 9. num. 32. et in decis. Regiæ Audientiæ Apulea* 174. Sed primam opinionẽ sequor, intelligendo tamen illud, quod dicit *Maranta* ibi in spurijs natis ex eodem patre, si ipsi spurij sint nati ex eadem matre, & patre, aliàs si ex eodem patre, & ex diuersis matribus, opinionẽ *Marantæ* non sequor, ex illa regula supra tradita, quod pater sit incertus, mater vero certa.

22 Sic etiam si mortuo marito fiat bãnum, quod cõsanguinei, & affines fratris foriudicati ipsius mariti mortui exfractent, in hoc casu vxor dicti mariti mortui, non tenetur exfractare, nam per mortem mariti est sublata affinitas; argumento eorum, quæ traduntur per *Bart. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de postul. et per Marant. vbi supra num. 15. et per Borrell. d. §. 1. glos. 4. nu. 25. et per Graßum de except. except. 24. nu. 41.* Et hoc etiam si ipsa vxor sit vidua;

23 argumento eorum, quæ traduntur per *Regentem Rouit. in prag. 1. num. 27. de arbitris.* Et idem puto in nouerca, quę non tenetur exfractare pro priuigno foriudicato, mortuo patre ipsius priuigni, & marito dictæ nouercæ; argumento eorum, quæ traduntur per *Marant. vbi sup. num. 16.* & per *Borrellum d. §. 1. glosa 3. num. 133. et glosa 4. num. 26.* & per *Viu. comman. opin. lib. 1. opin 311.*

24 Et idem puto in socero, qui non tenetur exfractare pro genero foriudicato, mortua vxore dicti foriudicati; argumento eorum, quæ traduntur per eundem *Viuium d. lib. 1. opin. 310.* & per *Borrell. d. glos. 3. nu. 132.*

25 Et idem est quoad personas Ecclesiasticas consanguineas foriudicati, quæ non tenentur exfractare vigore banni, vel statuti dictantis, vt consanguinei, & affines foriudicati teneantur exfractare, nam statutum laicale non ligat personas Ecclesiasticas. *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* de quo latè per *Graßum de effectib. clericat. eff. 2. per totum*, & per *Borrel. de compromißo, §. 1. glosa 3. nu. 257.*

26 Sic etiam si bannum dicat, quod familia banniti debeat expelli à Ciuitate, vigore talis banni, non est expellenda vxor bannitis; ita *Nellus de bannitis d. 2. par. 2. temporis, nu. 41.* nam mulier est caput, & finis suæ familiæ. *l. pronunciatio sermonis 195. §. mulier, ff. de verb. signif.* & licet ipsa mulier postquam sit nupta amittat familiam patris, & trãseat in familiam mariti. *l. quicunque, C. de re militari, lib. 10.* Et vxor efficiatur de casata viri, & non gaudeat priuilegijs casatæ patris. *Amend. ad Præs. de Franch dec. 363. nu. 1.* tamen hoc procedit in fauorabilibus, & non in odiosis; sed si statutum dicat, quod consanguinei, & affines foriudicati teneantur exfractare, tunc vxor foriudicati tenetur exfractare, nam licet coniuges non sint affines, tamen sunt causa affinitatis. *Bal. in l. affinitatis, C. communia de succeß.* Vndè si statutũ dictat, quod causæ vertentes inter cõsanguineos, & affines compromittantur, vigore talis statuti, tenentur maritus, & vxor cõpromittere causam inter eos vertentem. *Marant. vbi supra, num. 2. Borrell. d. glos. 3. num. 71. cum plurib. numer. seq. & Regens Rouit d. prag. 1. num. 25. de arbitris.* Immo hoc procedit inter sponsum, & sponsam, qui si habeant litem inter eos tenẽtur dictam causam compromittere vigore dicti statuti. *Iason. in l. quod seruius, ff. de cõdit ob causam, Marant. vbi supra, num. 3. & Borrell. d. glosa 3. num. 134.* sed contrarium tenet ipsemet *Borrell. in eadem glosa 3 num. 196. cum pluribus numer. seq.* quæ opinio vltima *Borrelli*, si sit vera à fortiori ego affirmo, sponsam de futuro, non posse compelli ad exfractandum si sponsus sit foriudicatus, & statutum, vel bãnum disponat, vt consanguinei, & affines dicti sponsi foriudicati teneantur exfractare; nam si ipsa sponsa non comprehendatur in statuto disponente; vt causæ inter consanguineos, & affines compromittãtur, quod statutum de compromisso est fauorabile, vt docent omnes in *prag. 1. de arbitris*, ergo à fortiori non debet comprehendi in exfractu, dato consanguineis, & affinibus sponsi foriudicati, dum simus in pœnalibus, & odiosis. *argument.*

cap.

Digitized by Google

cap. odia 15. de regul. iuris in 6.

27 Et appellatione familiæ, non continentur cognati, qui sunt per fœminas coniuncti, nec etiam cognati, qui sunt per affines coniuncti. *l ius familiæ, ff. de relig. & sumpt. funerum.*

28 Et neque filius spurius legitimatus per rescriptum Principis comprehenditur in exfractu, dato, consanguineis, & affinibus patris, legitimantis, nam in statutis, appellatione coniunctorum non veniunt legitimati. *glos. in cap. 1. extra de pactis*, & statuto disponente, vt stantibus filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant, ipsæ filiæ fœminæ nō excluduntur per filios legitimatos. *Bal in cap. per tuas de maiorit. & obedient. & in cons. 214. vol. 2.* sic etiam licet per superuenientiam filiorum reuocetur donatio, vt in *l si vnquam, C. de reuoc. donat.* tamen ipsa donatio non reuocatur per legitimationē, rescripto Principis, factam, post dictā donationem. *Bal in l. 1. C. quæ in fraudem patroni, Vivius commun. opin. lib. 1. opin. 210. Cacther. decis. 121. & Riccius coll. 104.* secus puto si sit legitimatus per subsequēs matrimonium, quia tunc tenetur exfractare, nam legitimatus per subsequens matrimonium in omnibus, & per omnia æquiparatur filijs legitimis, & naturalibus. *c. tanta patr. qui filii sint legitimi*, & per istam legitimationē factam per subsequens matrimonium reuocatur donatio vigore. *d. l. si vnquam, Caocher. d. dec. 121. & Pereg. de fideicom. art. 24. nu. 7.* & legitimati per subsequens matrimonium succedunt æqualiter cum alijs filijs legitimis, & naturalibus, & hoc siue filij legitimi, & naturales erāt nati, siue deinde nascantur, post dictā legitimationem. *l. cum quis, & l. seq. & Authent. ibi posita, C. de naturalib. liberis*, & probatur in *d. cap. tanta*. Et quando sequitur legitimatio per subsequens matrimonium, rumpitur testamentum à patre factum. *Thesaur. dec. 84.* Et statutum disponens, vt consanguinei, & affines teneantur compromittere, licet tale statutum non comprehendat filios spurios legitimatos per rescriptum Principis, tamen comprehendit filios legitimatos per subsequens matrimonium. *Borrell. d. §. 1. d. glos. 3. d num. 174. vsque ad num. 195.* sed *prag. 1. ad Senat Consul. Mused.* disponēs, vt filiusfamilias non possit contrahere, absque consensu sui patris procedit etiam in filio spurio legitimato per rescriptum Principis. *Regens Rouit. ibi, n. 5.*

29 Sed quæritur, & primo, quid si aliqua consanguinea alicuius foriudicati sit prægnans, an ipsa teneatur exfractare, vigore banni dictantis, quod consanguinei, & affines tàm masculi, quàm fœminæ ipsius foriudicati exfractent, & puto, quod non ex doctrina *Follerij in pract. crim. rub. audiantur excusatores, num. 30.* vbi dicit, quod mulier prægnans citata, excusatur, & non tenetur comparere, nisi ipsa sit persona rustica, quæ posset accedere ad Curiam, quia tunc tenetur comparere, nisi esset valdè partu proxima, quia tunc excusatur, idem tenet *Cabal. resolut. crim. casu 79.* & est *ritus 367.* sic etiam si mulier prægnans sit condemnata in exilium, sententia contra eam lata non exequitur, si ipsa mulier propter ventrem prægnantem nō possit discedere, sine periculo partus, propter laborem itineris, puta si longum sit iter ab eius domo ad locum, vbi debet accedere ad faciendum exilium, & tempus pariendi propè sit. *Cabal. d. casu 79. num. 5 & 6.* sed in materia exfractus puto indistinctè, mulierem prægnantem nō teneri exfractare, nam dum in exfractu exceptuantur minores quatuordecim annis, vt supra diximus, ergo, respectu parti, mulier non tenetur exfractare, ne comprehendantur minores, & sic ipse partus; argumento *l. prægnantis, ff. de pœnis, & l. Imperator, ff. de statu hominū*, licet contrarium seruetur à rigorosis Officialibus Regijs, prout etiam est, nam mulier prægnans non tenetur ieiunare. *Bonacina tom. 2. de præceptis Ecclesiæ disput. vltima, q. 1. punct. vlt. nu. 3. fol. mihi 413.*

30 Secundo quæritur, quid si aliquis consanguineus dicti foriudicati reperiatur carceratus, an ipse teneatur exfractare, vigore dicti banni, & dicas, quod quousque manet in carceribus, non tenetur exfractare, prout etiam si sit citatus excusatur in comparendo quousque sit carceratus, vt diximus sup. cap. 8. n. 77.

31 Tertio quæritur, quid si dictus consanguineus foriudicati sit infirmus, an teneatur exfractare, & dicas, quod quousque durat infirmitas, neque tenetur exfractare, prout neque tenetur

Digitized by Google

tur comparere si sit citatus pro aliqua causa, vt diximus *d.cap.8.n.60.cum plurib. seq.* & neque ipse infirmus potest torqueri durante infirmitate, vt docet *Guazzin. ad defensam Reorum def. 30. cap.16.* Et idem puto in Fatuo,& Mētecapto consanguineo dicti foriudicati,qui neq; tenetur exfractare,nam si iste nō possit puniri pro delicto proprio,vt dixi supra *cap.3.n.78.* ergo neque puniri debet pro delicto alterius, et sic vt exfractet pro consanguineo foriudicato, et ipse fatuus, et mentecaptus non potest auxilium præstare dicto foriudicato consanguineo, sed mutus, et surdus consanguineus foriudicati tenetur exfractare, nam ipse saltim per signa potest foriudicato consanguineo auxilium præstare, et eum guidare, et alimenta præstare; sed consanguineus cęcus vtroque lumine, credo quod non teneatur exfractare.sed cogita.

32 Quarto quæritur quid si per bannū sit dispositum,vt consanguinei alicuius foriudicati exfractent, & vadant ad habitandum in aliquē certū locū, si vnus ex dictis cōsanguineis habeat ibi capitales inimicitias,vel aliter locus ille non sit tutus an teneatur illuc accedere,& dicas quod non,argumēto eorum, quæ dixi supra *cap.8.nu.48. cum plurib.n.seq.*

33 Quinto quæritur quid si maritus, & vxor sint cōsanguinei foriudicati, & sit datus exfractus ipsis consanguineis an Iudex possit statuere, vt maritus vadat in vnū locū, & vxor in aliū locū,& puto quod non,sed debet statuere, vt ambo vadant in eūdem locū, alias statueret contra libertatem matrimonij, quod facere non potest Iudex laicus. *Riccius dec.178. part.3.* & esset etiam separare coniuges, quod Iudex laicus facere non potest,vt dixi in *tract. de foro competenti cap.43.* et hoc ne detur occasio peccandi.

34 Sexto quæritur quid si sit ordinatum,quod sub certa pęna consanguinei alicuius foriudicati intra certum tempus exfractent, et se conferant in aliquē locū, an in vltima die dicti termini possit exigi pęna,si dicti consanguinei non discesserunt,& certum sit, ipsos non posse se conferre in locū assignatū in illa vltima die propter distantiam loci, & puto quod non, sed est necesse,vt sit elapsum totum tempus, vt pœna prædicta exigi possit,argumento *l.insulam ff. de verb.oblig.*

35 Septimo quæritur quid si in partibus huius Regni sit datus exfractus consanguineis alicuius foriudicati, & aliquis ex dictis consanguineis reperiatur habitare Neapoli an iste teneatur exfractare,& puto quod non, nam dum iste reperiatur absens præsumitur,non alere,nec receptare foriudicatum consanguineum, & ideo non tenetur exfractare, ex dictis per *Caravit. prag.1.n.72.de exulibus.*

SVMMARIVM.

1 *Guidare foriudicatos quis possit? vsq; ad n.6.*
7 *Guidari quis potest per cētum annos à Principe, & non ab alijs Officialibus.*
8 *Guidari quis potest pendente discussione indulti, quando fecit aliquod seruitium,propter quod gaudere debet indulto.*
9 *Baro ante sententiam foriudicationis potest suos subditos delinquentes guidare, secus lecta ipsa sententia.n.10.*
11 *Officiales Baronales non possunt delinquentes guidare, quod si hoc fecerint,& assecuratus sit captus,pendente securitate,ipse est relaxandus.& n.12.fallit in statu Ecclesiastico.n.13.*
14 *Guidatus à persona habente potestatem guidandi, si sit captus,pendente guidatico,est ponendus ad pristinam libertatem,& contra eum nihil est innouandum.n.15.*
16 *Guidatus, si pendente guidatico, delinquat, amittit guidaticum,& captus punitur tā pro delictis præteritis, quam denuo commissis,& n.17.intellige,vt n.18.19.& 20. amplid,vt n.25.& limita,vt n.21.& 22.*
23 *Guidatus delinquens à quo Iudice puniatur? & quid si ipse guidatus sit offensus? ibidē.*
24 *Copia repertorum concedi debet guidato, quando ipse vult se defendere super exceptionem guidatici.*
26 *Securitas concessa omnibus venientibus ad nundinas non comprehendit foriudicatos.*
27 *Securitas concessa alicui simpliciter, vt venire possit in aliquē locū, intelligitur pro vna vice.*
28 *Guidari qui non possint? vsq; ad n.30.*
31 *Guidaticum quantum tempus duret, & nu. 32.& à quo tempore incipiat currere tempus guidatici,& eius prorogationis. n.33. 34.& 36.*
35 *Prorogatio guidatici an fieri possit,non facta mentione de primo.*
37 *Clausulæ quæ apponi soleant in guidatico? Et si non fuerint appositæ,an intelligantur appositæ?*

Digitized by Google

appositæ? n.42. Et aliquando ex causa non solent apponi n.45.

38 *Pars offensa dicitur, cui competit successio offensi.*

39 *Accessus prohibitus ad patriam, non censetur prohibitus ad locum domicilij; sed tantum ad locum, vbi quis natus est.*

40 *Prohibitus accedere ad aliquam patriam, an possit accedere ad territorium ipsius Patriæ? vel ad eius pagum? n.41.*

43 *Prohibitus accedere ad aliquem locum, an ibi per transitum ire possit? & an possit manere intus Ecclesiam existentem in loco prohibito? n.44.*

46 *Guidaticum concessum pro se, & socijs, intelligitur de socijs veris, & non de casu associatis.*

47 *Socij gaudent guidatico concesso principali pro se, & socijs, dato quod separatim vadãt ab ipso principali.*

CAP. XXIII.

De foriudicatis guidatis.

1 LEcta sententia foriudicationis, foriudicatus solet guidari, seù assecurari ex aliqua iusta causa, puta quia promisit facere aliquod seruitiũ in beneficium Regiæ Curiæ. Et Prorex, & suum Collaterale Consilium, potest concedere guidatica foriudicatis. *prag 12.§.9. de Officialibus*, & docet *Regens de Ponte de potestate Proregis tit.1. §.4.nu.52.* nam facultas concedendi securitates, & saluos conductus bannitis, soli Principi reseruata est. *Farinac. pract. crimin. tit. de carcerib. & carceratis*

2 *quæst.29.n.80.* vndè Regens, & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ non possunt foriudicatum guidare. *prag.2. de guidaticis*, & per quẽdam ordinem relatum in *Apostilla ad prag.3. de guidaticis*, disponitur, vt in exilium missi, & relegati, non possint à Regente Magnæ Curiæ, vel à Regijs Audientijs fidem publicam obtinere. Sic etiam neq; Aduocatus Fiscalis, & Iudices, qui recognoscunt Superiores, possunt foriudicatũ guidare. *Anna sing.9. Affl.dec.4. de Leonardis practica Officialium cap.3.num.32. & Caball.resol.crim.casu 50 & Farinac. pract. crim.tit.de carcerib. & carceratis d.quæst.29. nu.79. & 99.*

3 Sed hodie Regiæ Audientiæ, & Cõmissarius campaneæ possunt concedere guidatica foriudicatis. *pragm.3. de guidaticis*, sed Regia Audientia, non potest guidare aliquem delinquẽtem extra eius iurisdictionem. *prag.10.§.71. de off. Iudic.* & Commissarius generalis campaneæ, non potest aliquem guidare in Ciuitate Neapolitana, & eius Suburbijs, & pagis, aliàs guidaticum est nullum. *d. pragm. 10. §. 71. de off. Iudic.* & de vtroq; casu docet *Danza de pugna DD. tom.2. tit. de guidatico cap.8.* & est *prag.vnica §.11. de off. Iudicis generalis*, in qua *prag.vnica §.7. & d.§.11.* disponitur, vt ipse Commissarius generalis campaneæ, non possit guidare eos, qui deliquerunt intus Ciuitatem Neapolitanam, & neq; potest guidare ducem bãnitorum, nec eos qui vadũt in eius comitiuam, sed tantum ipse Commissarius campaneæ, ipsis potest facere albaranum cum promissione guidatici, vel indultum tractãdi cum Prorege, facto seruitio. *d. prag. vnica §. 6. de off. Iudicis generalis.*

4 Et Præsides Regiarum Audientiarum, & Commissarius generalis campaneæ, non possunt guidare eos, qui deliquerunt extrà Regnum Neapolitanum absq; licentia Proregis in eorum iurisdictionibus, aliàs guidaticũ est nullum, excepto Præside Prouinciæ Aprutij, qui in eius Prouincia potest guidare cum interuentu Auditorum, personas non Regnicolas, quæ deliquerunt extra Regnum, sed ipse Præses debet postea facere relationẽ Proregi. *d. pragm. 10. §. 72. de off. Iudic.* & docet *Danza d. tit. de guidatico cap.9.*

5 Et Iudex illum guidare potest, quẽ ipse Iudex banniuit, vel aliter sit Iudex competens ipsius guidandi. *Menoch. de arbit. iud. lib.2. casu 337. nu.2. Gramat. voto 25. nu.11. & Io. Grandis de bello exulum in prædicamento de quãtitate quæst. 2. nu.5.* Et præcipuè in Regno nostro, non possunt guidari per Officiales Regnicolos delinquentes de Statu Ecclesiastico. *prag.3. de persequen. malef. & pragm.7. de exulib.* & neq; banniti, & delinquentes huius Regni, possunt guidari in Ciuitate Beneuentana, quando ipsi sunt inquisiti, pro delictis grauibus. *d. pragm.3. de perseq. malef. & d. prag.7. de exulib.* & docent *Io. Grandis de bello exulum prædicamento pati, quæst.3. speciali 66. & Carolus Rota in florilegio pract. concluf. concluf.9. n.68.*

6 Sic etiam Præsides Prouinciales, & Commissarius generalis campaneæ

Digitized by Google

non possunt guidare inquisitos, ante sex mēses à die commissi delicti absq; licentia Proregis. *d.prag.10.§.69. de off. Iudic. & d.prag.vnica §.11. de off.Iudic.generalis*, sed *Elisæus Danza d.tit.de guidatico. cap.6.* dicit, hoc non obseruari, sed delinquentem posse statim guidari, commisso delicto.

7 Et quis potest guidari, per centum annos. *Cepoll.cautela 91.* & saluus conductus perpetuus debet seruari. *Farinac.d.quæst.29.n.2.* sed Princeps tantum potest concedere guidaticum, seù saluum conductum perpetuum. *de Leonardis pract.offic.d.cap.3.nu.32. Farinac.d. quæst.29.n.90. & seq.* Nellus *de bannitis in 2.parte 2.temporis,nu.15. & Io.Grandis de bello exulum d. prædicamento de quantitate quæst.2.n.4.* vbi *n.10.* dicit, quod Præses Prouinciæ, potest ad tempus aliquem guidare, & non in perpetuum, idem tenet ipsemet Io.*Grandis in prædicamento pati, quæst.3. speciali* 11. Et Commissarius generalis campaneæ, non potest concedere guidaticum delinquenti, qui non fecit aliquod seruitium vltra dies viginti, & per duas vices tantum. *d.prag. vnica d.§.6. in princ.*

8 Et quando quis facit aliquod seruitium, propter quod debet gaudere indulto, facto dicto seruitio, ipse solet guidari cum discussione indulti, & dictum guidaticum cum discussione indulti, potest expediri ab eo tantum, à quo potest expediri indultum. *Capibl. de Baronib.tom.2.cap.31.n.18.* vbi *n.38.* dicit, quod hoc guidaticum cum discussione indulti, dicitur species præambulæ libertatis, & conceditur vti indultatum, vt possit Reus accedere Neapolim, propriam patriam, & ad patriam partis offensæ, quæ promissio, non solet fieri in guidaticis ordinarijs, vt etiam nos infra dicemus, n.37.

9 Sed magna est controuersia, an Barones possint guidare delinquentes eorum iurisdictionis, & prima est opinio negatiua, ita *Regens Rouit.in prag.1. n.4.de guidaticis*, sequitur *Amend.ad Præsid.de Franch.dec.258.num.7.* idem tenet *Marian.Socin.cons.76.nu.5. & 6.vol.3.* qui tenent, quod Barones, non possent cōcedere guidatica in eorum feudis, & pro ista opinione facit. *prag.1.de recept. delinq.* per quam prohibetur Baronibus guidare malefactores in eorum iurisdictionibus; sed quod Barones possint suos vassallos inquisitos in eorum Curijs guidare ex aliqua legitima causa tenent. *Farinacius d.quæst. 29.nu.111. Mastrill.de indulto cap.2.nu.14. de Franch.dec.370.nu.4. Capibl.de Baronib. tom.2. cap.31. in princ. Regens de Ponte de potest.Proreg.tit.1.§.4.n.53. cum plurib.nu. seq. Freccia de subfeud.lib.2.auctoritate 45. n.1. Dominus Consiliarius Merlinus controuers. forens cap.33.nu.15. & Danza d.tit de guidatico cap.11. in fine*, & hæc vltima opinio mihi videtur vera, nam si Baro, potest facere gratiam inquisitis suę iurisdictionis, ergo à fortiori potest eorum inquisitiones suspendere ad certum tempus *Auth.quod.q; magēs. C.de sacrosanct. Eccles.* Et hoc puto, etiam procedere, parte non concordata, vt docet *Danza d.tit.de guidatico cap.1,n.14. & seq* licet *Regens de Ponte d.§.4.n.56. & Iacob.Cancer. variarum resol.lib.2. cap.11. nu.113* dicant, quod requiratur partis remissio, vt Baro possit suos vassallos delinquentes guidare, tamen puto veriorem opinionem *Danzæ*, cum hoc sit modici præiudicij partis aduersæ, dum inquisitio ad tempus suspēdatur. *de Franch.dec.433.n.1.* & quod differtur, non aufertur. *glos.in l quamuis ff.de recept.arbit.* Et non obstat *d.prag.1. de recept. delinq.* per quam prohibetur Baronibus guidare malefactores in eorum iurisdictionibus, nam *d.prag.1.* loquitur de malefactoribus, non subditis ipsis Baronibus, vel de subditis, & inquisitis in Regijs Tribunalibus, quos ipse Baro non potest guidare in eius iurisdictione, vt aduertunt *Capibl. d.cap.31.n.3. Regens de Ponte d.§.4.nu.53. cum plurib.n.seq. & Regens Rouit.d.prag.1. nu.13.de recept.delinq* vbi dicit, quod licet per *d.prag.1.* auferatur potestas Baronibus guidandi, tamen intelligitur in terminis illius pragmaticæ tātum, secus in alijs.

10 Sed hanc conclusionem sane intellige, vt Baro possit guidare suos vassallos inquisitos in eorum Curijs; qui non dum sint effecti foriudicati, secus si sint foriudicati, quia tunc ipse Baro eos guidare non potest. *Boß.pract.crim. tit.de citationib.n.39. Blanc.pract.crim.ver. ignorantia n.190. & seq. Freccia d.auctoritate 45.n.2. Mastrill.d.cap.2.n.14. & Capibl. d.tom.2.d.cap.31.nu.1. & tom.1.super prag. 6.nu.152.cum plurib.nu.seq.* & præcipuè *n.157.* vbi *n.170.* dicit ipse *Capibl.* quod exiliati, vel confinati, non possunt à

Baro-

Digitized by Google

Baronibus guidari, nam, lecta sententia, ipsi Barones priuati sunt potestate procedendi in causa. *l. relegati in fine, & l. ad bestias, §. ex prouincia, ff. de pœnis*, & pendente causa, Barones possunt securitatem promittere, & non sententia exequuta. *Salicet. in l. cum indulgentia, C. de sententiam passis, Capibl. d. prag. 6. nu. 170.* Immo exiliati, & relegati non possunt guidari à Præside Regiæ Audientiæ, vt supra diximus num. 2. Sed si condemnatus per Curiam Baronalem appellat ad Iudicem secundarum causarum Baronis, appellatione pendente, potest Baro dictum inquisitum guidare; argumento eorum, quæ traduntur per *Præs. de Franch. dec. 370.* & hoc potest procedere, si ipse inquisitus, pendente appellatione, fuisset habilitatus, & aufugit, vel si fregerit carceres, & adhuc pendeat appellatio.

11 Sed Officiales Baronales non possunt inquisitos eorum iurisdictionis guidare, quod si eos guidarunt, & sint capti, pendente dicto guidatico, reponendi sunt ad pristinam libertatem. *Capibl. d. prag. 6. num. 153. Guazzin. ad defensam reorum, def. 12. cap. 1. num. 58. ver. bene verum est, de Franch. dec. 258. post num. 1. Farinac. d. quæst. 29. num. 95. & seq. & Cabal. resol. crim. d. casu 50. in fine*, nam guidaticum datum in casu, quo dari non potest, est seruandum. *Iacob Cancer. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 314. Peguer. in quæst. crim. cap. 39. & Cabal. resolut. crim. casu 118. n. 12.*

12 Et captus, pendente guidatico, debet reponi ad pristinam libertatem, etiam si concedens guidaticum non habeat potestatem guidandi. *Regens Tap. dec. Sacri Reg. Consil. 21. num. 4. Dan. Zad. tit. de guidatico, cap. 4. num. 24. Pascal. de virtb. patria potest. par. 4. cap. 3. num. 37. de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. notatos capiat de persona, nu. 42. Cabal. d. casu 118. nu. 13. D. Merlin. controuers. forens. cap. 53. & Novar. in voll. super rub. prag. de abolit. num. 17.*

13 Sed in Statu Ecclesiastico per *Constit. Pij Quarti, & Pij Quinti* disponitur, vt bannitus captus non possit se iuuare saluoconducto obtento, ab alio, quàm à Summo Pontifice, nam quãdo saluus conductus est obtentus ab alio, quàm à Summo Pontifice est nullus, & non prodest, & eo, non obstante, sentẽtia debet exequutioni demandari, vt docent *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. post n. 315. ver. nec etiam, & Farinac. d. q. 29. n. 84. & 97.*

14 Et à fortiori si foriudicatus sit guidatus à persona, habente potestatem guidandi, & pendente guidatico, sit captus, debet relaxari, itaut maneat tutus, & debet reponi ad pristinam libertatem. *de Franch dec. 258. num. 1. & dec. 717.* nam saluus conductus vnicuique concessus, siue hosti, siue bannito, vel priuato, seruandus est. *Cynus in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug. Cagnolus in l. ea est natura, num. 19. ff. de reg. iur. Io. Grandis de bello exulum in prædicamento de quantitate. quæst. 2. num. 7. Farinac. d. quæst. 29. num. 1. 4. 5. & 6. &* Catala-
15 *nus de indult. cap. 55. num. 154.* Immo si quis committat homicidium, & testes cõtra homicidiarium deponant, eum non cognoscere de nomine, & cognomine, sed si ipsum viderent, cognoscerent, si ipse homicidiarius sit captus sub guidatico, est reponendus ad pristinam libertatem, & instante parte, non debent repeti testes ad faciendam recognitionem ipsius capti, si fuit ipse, qui fecit homicidium, sed non facta dicta recognitione, est reponendus ipse guidatus, ad pristinam libertatem. *de Franch. dec. 590.* nam pendente guidatico nihil est innouandũ, & guidatus nullam vim pati debet, nec cũ armis, nec sine armis, nec cum auctoritate iudiciali, nec extraiudiciali. *de Franch. dec. 673. num. 1. & 2.* Et saluus cõductus, seù guidaticum, securum facit delinquentem, vt non possit capi. *Boss. pract. crim. tit. de captura, num. 33.* & ipse delinquens guidatus si sit captus, debet reponi ad pristinam libertatem, vt diximus, & docet *Hipp. de Marsi. pract. crim. §. vltima quæstio, n. 33.* & positus ad pristinam libertatem nõ potest statim capi, nam debet esse libertas talis, quod tũc difficilis sit persequutio, & captura. *Ioannes Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 18. in fine, Farinac. d. quæst. 29. n. 11. & de Franch. dec. 258. n. 1.*

16 Sed si guidatus, pẽdente guidatico, delinquat, amittit guidaticum. *prag. 1. de guidaticis, Reg. Sanfelic. dec. 49. num. 6. & Farinac. d. quæst. 29. num. 59.* Et hoc sine delinquat intuitu guidatici, siue non. *Regens Rouit. d. prag. 1. num. 1. de guidaticis*; secus de iure communi, quo iure, vt guidatus amittat guidaticum

Digitized by Google

propter delictum cõmissum, pendente guidatico, est necesse, vt delictum sit commissum intuitu guidatici, secus si extra guidaticum, quia tunc guidatus non amittit guidaticum. *Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 337. Regens Rouit. d. prag. 1. num. 1. de guidaticis, & Pascal. de virib. patria potest. part. 4. cap. 3. post num. 18.*

17 Et licet *Io. Grandis de bello exam. in d. prædicamento de quantitate, quæst. 2. nu. 9. & Iacob. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. num. 314. ver. & insuper*, dicant, quod si guidatus delinquat, pendente guidatico, & sit captus puniatur pro ipso nouo delicto, sed non de delictis præteritis, pro quibus fuit guidatus, nam pro illis saluus cõductus illum tutum facit; tamen veritas est, quod guidatus delinquens, pendẽte guidatico, si sit captus, non debet relaxari, sed punitur tàm pro delicto commisso, pendente guidatico, quàm pro delictis veteribus, pro quibus fuit guidatus. *de Franch. d. dec. 258. & Cabal. d. casu 118.*

18 Intellige tamen, si pendente guidatico, ipse guidatus grauiter delinquat, secus si leuiter. *de Franch. d. dec. 258. Reg. Rouit. d. prag. 1. num. 2. de guidaticis, Pascal. de virib. patria potest. part. 4. cap. 3. num. 18. Danza d. cap. de guidatico, cap. 10. in princip.*

19 *& Cabal. d. casu 118. num. 5.* Quod si ipse guidatus grauiter delinquat, pendente guidatico, est necesse, vt pro ipso nouo delicto adsint saltim indicia ad torturam, vt ipse guidatus possit puniri, tàm pro ipso nouo delicto, quàm pro præteritis, pro quibus fuit guidatus; aliàs si pro ipso nouo delicto non adsint indicia ad torturam, ipse guidatus debet reponi ad pristinam li-

20 bertatem. *de Franch dec. 717.* Et quando adsunt indicia ad torturam pro ipso nouo delicto, & tunc ipsi inquisito dantur defensiones, & non purgatis dictis indicijs, torquetur, & tortus si non cõfiteatur dictum nouum delictum, reponitur ad pristinam libertatem, vt ita decisum testatur *D. Reg. Sanfelic. dec. 48.* vbi dicit, quod si foriudicatus obtineat, vt deseruiret militię per tres annos, quibus elapsis, non molestetur pro sententia foriudicationis, si iste talis sit descriptus militię, & durante dicto termino, sit inuẽtus committere crimen sodomiæ, & sit indiciatus, indicijs sufficientibus, ipsi inquisito dantur defensiones, & non enacuatis indicijs prædictis, dicitur, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt pro executione sententię foriudicationis, & ita decisum refert ipse *Sanfelic.* ibi.

21 Sed si guidatus delinquat pendente guidatico, ad sui defensionem non rumpitur guidaticum, & licet possit puniri pro ipso delicto, pena extraordinaria, tamen pro delictis præteritis, pro quibus fuit guidatus, ponitur ad pristinam libertatem. *Nellus de hannitis in 2. par. 2. temporis. num. 16. Cabal. d. casu 118. num. 8. & seq. Farinac. d. quæst. 29. n. 61. & Pascal. de virib. patria potestat. d. cap. 3. nn. 18.* & ita potest procedere opinio. *Io. Grand. & Iacob. Cancer. vbi sup.*

22 Quod si guidatus non delinquat, & pendente guidatico, fit captus, & frãget carceres, propter fracturam carceris, non amittit guidaticum, vndè si pendente adhuc dicto guidatico, sit de nouo captus, debet reponi ad pristinam libertatem, nam propter illam fracturam carceris, non dicitur deliquisse, pendente guidatico, & ideo gaudet dicto guidatico, non obstante dicta fractura carceris. *Danza d. tit. de guidatico, cap. 11.* & est ratio, nam iniustè carceratus, potest impunè frangere carceres, & aufugere à carceribus, vt dixi supra in hac eadem pract. foriudic. cap. 20. n. 41.

23 Et quando guidatus, pendente guidatico, delinquit, & sit captus in loco delicti, pro illo nouo delicto, punitur à Iudice loci delicti. *Antonius Faber dec. 5. de iurisd. omn. iud.* qui dicit, quod per concessionem immunitatis, à Superiore, non tollitur iurisdictio Indicis inferioris; sed quod puniatur à Iudice guidante, tenet *Danza d. tit. de guidatico, cap. 8. in fine*, prout etiam si quis offendat guidatum, punitur à guidante, & causa non remittitur ad alium Iudicem. *Feller. pract. crim. rub. audiantur exensatores, n. 115.*

24 Et quando guidatus vult se defendere super exceptionem guidatici, ipsi est danda copia repertorum, & totius processus. *D. Consiliar. Merlin. controu. forens. cap. 40. n. 16. & seq. & Danza d. tit. de guidatico cap. 10. versic. quando autem.*

25 Sed quid si hodie sit concessum guidaticum Neapoli alicui foriudicato existenti in longinquis partibus huius Regni, & ipse foriudicatus cras com-

Digitized by Google

commictat aliquod delictum, ita vt propter lõgitudinem loci, ipse foriudicatus, tempore, noui delicti, nõ posset habere notitiam de guidatico, an iste talis foriudicatus gaudeat dicto guidatico, & puto, quod non, nam saltim iste foriudicatus poterat scire tractatum de guidatico, & ideo dum, isto medio tẽpore, deliquit indignus est dicto guidatico.

26 Et aduertas, quod si fit concessa securitas omnibus venientibus ad nũdinas duraturas per octo dies, per talem securitatem, foriudicati non possunt venire ad nũdinas, nam licet per *text. in l. 1. C. de nundinis* sit dispositum, vt qui vadit ad nundinas, non possit inquietari, tamen hoc nõ habet locum in hostibus Ciuitatis, *l. mercatores, C. de de commer. & mercat.* Sed foriudicati, qui possunt impunè offendi, dicuntur hostes. *l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capitis diminut.* & probatur in *Const. Regni pœnam eorum*; ergo in tali generali securitate, non comprehenduntur foriudicati, nisi aliter appareat. *Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest.* sequitur *Nellus de bannitis in 3. par. 2. temporis, num. 15.* vbi *num. 17. & seq.* dicit, quod assecuratus in accedendo ad aliquem locum, dicitur etiam assecuratus in recedẽdo, citat *glosam. & Bartolum in l. fin. ff. de sepulcro violato*, & idem tenet *Farinac. d. q. 29. n. 53.*

27 Quod si foriudicato simpliciter fit concessa facultas, vt tutè possit venire in Ciuitatem, intelligitur, vt semel tantum veniat. *Farinac. d. quæst. 29. n. 67. cum quatuor num. seq. & Rouit. prag. 1. n. 7. de guidatis*, nam in contractibus, actus intelligitur pro vna vice tantum. *l. bonis, §. hoc sermone, ff. de ver. signif. & l. cum, qui Kalendis, ff. de verb. oblig.*

28 Inquisitus, de crimine sodomiæ, nõ potest guidari, vel assecurari à Proregẽ, etiam ad modicum tempus, & in omnibus guidaticis generaliter concessis per ipsum Proregẽ, semper intelligitur exclusus inquisitus de dicto crimine nefando. *pragm. 1. & 3. de sodomia*, Quod procedit etiam in Curia Ecclesiastica. *Riccius dec. 208. par. 3.* sed tantum fauore boni publici, vel pro directione iustitiæ sodomita, potest guidari. *Peguera dec. 39. num. 11. & 14. Regens Rouit. d. prag. 1. num. 5. & Nouarius ibi, nu. 10. de sodomia, & Mastril. de indulto cap. 31. n. 8. & seq.*

29 Sic etiam exules ponentes ignem in frugibus, causa extorquendi nummos à dominis ipsorum frugum, non possunt guidari, et propter magnum seruitium factum, vel faciẽdum in beneficium Curiæ. *prag. 13. §. 1. de exulib.* Idem est contra occidẽtes animalia, causa extorquẽdi pecuniam, à dominis dictorum animalium, nam isti tales, neque possunt guidari. *prag. 14. §. 2. de exulib.*

30 Sic etiam, neque blasphemantes Deum, vel eius Matrem Sãctissimam possunt guidari. *pragm. 3. de sodomia*, & qui non potest indulgeri vigore statuti, propter atrocitatem alicuius criminis, neque potest guidari ad longum tempus. *Nellus de bannitis in 3. par. 2. temporis, n. 19.*

31 Et guidaticum simpliciter concessum per Officialem durat, donec eius officium durat. *Iacob Concer. variar. resol. lib. 2. cap. 2. nu. 160.* nam guidaticum expirat eo ipso, quod commissio illius, qui concessit dictum guidaticum expirat. *Regens Rouit. dec. 11. nu. 9. & Dominus Regens Sanselic. dec. 50. nu. 18.* prout etiam est in bannis factis per Officialem, quæ in tantum durant, in quantum durat eius officium, nam deindè expirant. *Affl. dec. 279. num. 1. & 2.* Immo bannum factum per Protegem, etiam si in eo dicatur omni tempore valiturum, si non sit factum cum voto Regentium Regiam Cacellariam expirat, expirata iurisdictione Proregis. *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 88.* Et idem est in banno Episcopi, quod expirat per mortem ipsius Episcopi, sed statuta Episcoporum facta in eorum Synodis, non expirant per mortem Episcopi. *Rice. dec. 149. p. 1.*

32 Et salvus conductus concessus ad beneplacitum expirat morte concedentis, vel eius iurisdictione finita. *Farinac. d. q. 29. n. 73.* vbi *num. 74.* hoc limitat si in saluo conducto sit dictum, quod duret, donec fuerit reuocatus, quia tunc requiritur expressa reuocatio, nec expirat morte, aut iurisdictione finita.

33 Et tempus guidatici incipit currere à die datæ dicti guidatici, & non à die, quo guidatus habuit notitiam dicti guidatici. *Cabal. resol. crim. casu 249.* sed in dicto casu *Caballi* fuit concessus saluus conductus, per quindecim dies proximè futuros, & ideo tempus guidatici

Digitized by Google

datici incipit currere à die datæ guidatici, prout à simili videmus, quod licet tempus compromissi non incipiat currere, nisi à die acceptati compromissi. *de Franch.dec.354.nn.2. & Marant.in suo speculo par.4.dist.14.num.7.* tamen, quando in compromisso sit dictum, hinc ad dies quindecim proximè sequuturos, tempus compromissi incipit currere ab illo puncto. *Affl. dec.73.num.8. Soccinus cons.87. nn.1. & 2. lib.4. & Cabal.d.casu 249.num.5. & seq.* sed si in guidatico sit dictum, quod tempus guidatici currat ab hodie, & tunc currit à die datæ, vt à simili si in compromisso sit dictum, quod tempus compromissi currat ab hodie, & tunc tempus compromissi currit à die facti compromissi. *de Franch.dec.626. Regens Rouit.prag.1.n.52. de arbitris, & Capibl.de Baronib.prag.5.n.21. & seq.*

34 Aduerte, quod si sit cõcessum guidaticum ad certum tempus, & ante finitum tempus guidatici sit prorogatum guidaticum infra aliquod certum tempus, istud tempus appositum in secundo guidatico incipit currere in fine primi temporis dati, in primo guidatico, & non à die datæ secundi guidatici. *Nouarius dec.Regiæ Audientiæ Apulea 222. & in quæst.forensi 55. num.6. tom.2. & Danza d.tit.de guidatico, cap.7.in fine.* prout etiam est, nam si sit data dilatio ad recolligẽdum sarcinulas per vnum mensem, & antequam finiatur mensis, concedatur alia dilatio per alium mensem, iste secundus mensis incipit currere à fine primi mensis, vt ita practicari testatur *Anna sing.227. & alleg.37. num.4.* & docet *Riccius in praxi fori eccles.p.2. resol.154.*

35 Sed secundum guidaticũ non conceditur, nisi facta mentione de primo guidatico. *prag.10.§.70. de off.iudic.* sed hoc non obseruari dicit *Danza d. tit.de guidatico, cap.7.*

36 Sed quæritur, quid si guidatus, pendente guidatico, sit captus, & stetit carceratus per aliquos dies, & deindè sit repositus ad pristinam libertatem, an tempus carceris computetur in termino guidatici, & ex dictis per *D. Regentem Sanfelicium in dec.52.* videtur dicendum, quod sic, vbi ipse *Dominus Regens Sanfel.* dicit, quod tempus carceris computatur in termino dato ad obtinendam remissionem partis, & proindè quando excarceratur, si sit elapsum dictum tempus, debet dari competens dilatio ad se tutum ponendum.

37 Et inter alias clausulas apponi solitas in guidatico, apponitur clausula, dũmodò guidatus nõ accedat ad propriã patriã, & ad patriã partis offensæ, & dũmodo delictum non sit commissum in Ciuitate Neapolitana, & eius suburbijs, & dummodo guidati non ingrediantur Ciuitatem Neapolis, vt ita fuisse ordinatum per prouisiones Regij Collateralis Consilij omnibus Regijs Gubernatoribus Prouincialibus Regiarum Audientiarum, testatur *Danza d. tit.de guidatico, cap.2.* & est *prag.vnica, §.11.de off. Iudic.general.*

38 Et in quantum apponitur clausula in guidatico, ne guidatus accedat ad propriam patriam, & ad patriam partis offensæ aduertas, quod pars offensa dicitur, cui competit successio ab intestato. *Danza d.tit.de guidatico, cap.5. ver.quoad tertium.*

39 Et quando prohibetur accessus ad patriam, non censetur prohibitus accessus ad locum domicilij, sed tantum ad patriam, in qua quis natus est. *de Marinis quotid.quæst. cap.161. & Danza d. tit.de guidat.cap.10. ver. verum.*

40 Et vigore talis clausulæ, guidatus, non solum, non potest accedere ad dictas patrias, sed neque in territoriũ dictarum patriarum. *Regens Rouit.d.decis.11. Thor.compend. decis.tom.1. ver.guidaticus, col.2.fol.248. & Regens Sanfel. dec. 50.* licet contrarium teneant *Pascali de virib.patriæ potest. lib.4. cap.3. num.23. & Danza d.tit.de guidatico, cap.4.in princ.* vbi *num.21.* dicit, quod prohibitus ad Ciuitatem accedere, non dicitur prohibitus morari extra mœnia Ciuitatis, citat *Nouarium de grauaminib. vassallor. tom.2.grauam.75. num.2. Mele ad Gizzar. dec.23.num.5. & de Marinis quotid. quæst. cap.161. num.5.* & licet aliqui teneant, quod concesso guidatico, cum clausula, ne guidatus accedat ad Ciuitatẽ Neapolitanam, ipse guidatus possit accedere ad suburbia, vt *Thor. compen., decis.tom.1. vers.suburbia, & de Angelis ad Gizzarel.d.dec.23.num.1.* vbi *num.3.* allegat *Nouarium quæst. forensi 130.par.1.* tenẽtem, quod concesso guidatico, alicui cum prohibitione, quod non accedat ad Ciuitatem, suffragatur si captus sit extra mœnia Ciuitatis, tamen prima opinio est vera, & sic, quod gui-

Digitized by Google

guidatus non poſsit accedere ad territoria propriæ patriæ, & patriæ partis offenſæ, quando in guidatico ſit apposita clauſula; dummodo non accedat ad propriam patriam, & ad patriã partis offenſæ. *Danza* ſibi contrarius in *d. tit. de guidatico cap.* 10. *in fine*, citat *Melem ad Gizzarell. d. dec.* 23. *nu.* 1. Prout etiam videmus, nam exiliatus à propria patria ſimpliciter, dicitur etiam exiliatus ab eius territorio, & diſtrictu. *de Franch. dec.* 129. *n.* 2. *Gizzarell. d. dec.* 23. *& Thorus Comp. deciſ. tom.* 2. *verſ. exulatus*, licet *Capibl. de Baronib. prag.* 7. *n.* 47. *& ſeq.* dicat, quod ſi exilium ſit datum à terra, & non ſit interdictum territorium, ſi exiliatus accedat ad ſuburbia, vel ad portas, non dicitur contrauenire, tamen prima opinio eſt vera. *Nouar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ* 38. vbi dicit, quod exiliatus à propria patria, cenſetur exiliatus à mari adiacenti ipſi patriæ; ſed *de Angel. ad Gizzarell. d. dec.* 23. *n.* 4. dicit, quod bannitus à territorio, & diſtrictu alicuius Ciuitatis non cenſetur bannitus à mari adiacẽti ipſi Ciuitati.

41 Et appoſita clauſula, vt guidatus non accedat ad propriam patriam, ſi ipſe guidatus ſit de aliquo pago alicuius Terræ, an poſſit accedere ad ipſam terram, vel in alios pagos eiuſdem terræ? & puto quod ſi ipſa terra, & pagus habeant territorium commune inter eos, & territoriũ ſit promiſcuum, & tunc ipſe guidatus non poteſt accedere in dicta loca, aliàs ſecus, ex ſupra dictis, & ex dictis per *D. Regentem Sanfelic. d. dec.* 50.

42 Quod ſi guidaticum ſit ſimpliciter conceſſum, abſq; dicta clauſula dummodo guidatus non accedat ad ſuam patriam, & ad patriam partis offenſæ, in hoc caſu, talis clauſula non intelligitur appoſita, vnde ſi ipſe guidatus ſit captus in ſua patria, vel in patria partis offenſæ, debet ad priſtinam libertatem reponi. *Nouarius quæſt. forenſi* 55. *nu.* 6. *tom.* 2. *& Capibl. tom.* 2. *d. cap.* 31. *d n.* 4. *vſq; ad n.* 9. licet eos in contrariam opinionem allegat *Danza d. tit. de guidatico cap.* 2. *circa finem*, tamen eos rectè deinde allegat ipſemet *Danza d. tit. de guidatico cap.* 11. *ver. ſed ſupra dixi.*

43 Sed ſi in guidatico adſit clauſula, dummodò guidatus, non accedat ad ſuam patriam, vel ad patriam partis offenſæ, ſi guidatus per tranſitum reperiatur in dictis locis, & ſit captus, in hoc caſu eſt ponendus ad priſtinam libertatem. *Hipp. de Marſ. pract. crim. §. aggredior. n.* 42. *& in l. qui falſum. nu.* 45. *ff. ad leg. Cornel. de falſis, & in l. is qui cum telo. n.* 58. C. *ad leg. Cornel. de Sicarijs*, facit doctrina *Nelli de bannitis in* 1. *parte* 2. *tẽporis. n.* 58. vbi dicit, quod ſi ex forma ſtatuti cautum ſit, quod bannitus, nõ poſſit ſtare, nec habitare in certo loco, aliàs, quod ibi capi, & decapitari poſſit, hæc pęna non habet locum in bannito tranſeunte per illum locum prohibitum, quamuis in eo loco paululum commorauerit, comedendo in hoſpitio. *Nellum* ſequuntur *Hipp. de Marſ. conſ.* 122. *n.* 7. *Caball. caſu* 287. *nu.* 74. *& Paſcal. d. cap.* 3. *nu.* 21. vbi *nu.* 22. dicit, quod paciſcens in inſtrumento pacis, non ſtare, nec habitare in aliqua Ciuitate ſub certa pęna, non dicitur contrauenire, etiam ſi diuerſis vicibus permanſerit in loco prohibito, aliquando per quatuor dies, & aliquando per diem, & noctem, citat *Anthar. conſ.* 75. *n.* 4. & non dicitur veniſſe, qui venit, & non ſtetit. *cap.* 1. *de iudicijs*, & fingitur non fuiſſe in loco, qui ibi breui tempore permanſit. *l. ex facto ff. de hared. inſt. l. ſernis vrbanis ff. de legat.* 3. *Hip. de Marſ. d. conſ.* 122. *num.* 8. *Bertazzol. conſ. crim.* 144. *nu.* 4 *lib.* 1. & ſimplex tranſitus nunquam cenſetur prohibitus. *Cephalus conſ.* 539. *n.* 77. *lib.* 4. Et modicum ſtare in aliquo loco, vel nullo modo ſtare æquiparantur. *Gandin. de maleficijs tit. de bannitis pro maleficio. nu.* 18. *& Simon de Petris conſ.* 50. *num.* 5. quos omnes refert *Paſcal. de viribus patriæ poteſtatis part.* 4. *cap.* 3. *nu.* 22. Et prohibitus accedere ad aliquem locum, intelligitur de acceſſu, qui fit animo reſidendi, & non de momentaneo, qui fit per modũ tranſeundi. *Carauit. prag.* 1. §. 13. *n.* 9. *ad Senat. Conſ. Maced. Foller. in prag. de forindicatis n.* 45. *Viuius dec.* 505. *n.* 8. *Regens Rouit. rub. de abolit. n.* 8. *& Capibl. de Baronib. prag.* 6. *nu.* 161. Immo ſi prohibitus accedere ſteterit per modicum tempus in loco prohibito, contrauenire non dicitur. *Viuius d. dec.* 505. *n.* 8. *Nouar. quæſt. forenſi* 28. *nu.* 4. *& ſeq. tom.* 1. Et dictum modicũ tempus extenditur ad quatuor dies. *Paſcal. d. cap.* 3. *nu.* 22. Sed alij hoc modicum tempus reſtringunt ad vnum diem, & noctem. *Mele ad Gizzarell. dec.* 23. *n.* 37. ſed alij dicunt, hoc procedere in exilium miſſo, vt ipſe accedere poſsit

possit ad locum prohibitum per modicam moram, quæ intelligitur per diem, & noctem, sed in materia guidatici mora debet esse modica, & sic per transitum, ita vt guidatus non assistat in loco prohibito. *Danza d.tit.de guidatico cap.4.num.20.* sed quidam, qui habuit gratiam à Prorege cum clausula, dummodo ipse inquisitus procuret remissionem partis infra quatuor menses, & quod non accedat in Ciuitatē Neapolitanā, & per triginta milliaria circū circa, ipse fuit captus in molo magno Ciuitatis Neapolitanæ per transitum, & non animo permanendi; & fuit decisum, talem non gaudere gratia, & proindè procedatur ad vlteriora in dicta causa, vt ita decisum testatur *Regens Rouit.in prag. 1.d n.8.vsq; ad finem.de guidaticis*, & idem aliàs decisum testatur idem *Regens Rouit. dec.4. & Regens Sanfelic.dec.49.* & vide eundem *dec.51.* sed quod guidatus prohibitus accedere ad suam patriam, vel ad patriam partis offensæ si per transitum accedat ad dicta loca non dicatur contrauenire, tenent *Pascal.d.cap.3.n.21. Capibl.de Baronib.prag.7. n.43. & Nouarius d.quæst.forensi 28* prout etiā per transitum loci prohibiti, quis non dicitur frangere exilium. *Riccius dec.69.n.4.part.4. Nouarius d.quæst.forensi 28. part.1. & Vinius d.dec.505.* et exulatus ab aliquo loco, potest per illum locum iter facere. *de Angelis ad Gizzarell. d.dec.23.n.7.*

44 Sed si ipse guidatus stet in Ecclesia existente in loco prohibito, dicitur contrauenire. *Pascal.d.cap.3.nu.25. Thorus Comp.decis.tom.2.ver.guidatus fol.255. Danza d.tit. de guidatico cap 10.in fine, & Capibl.d.tom.2.cap.34.nu.6.* Prout etiam si exiliatus stet in Ecclesia existente in loco prohibito, dicitur contrauenire. *Capibl. d. cap. 34.* licet ibi gaudeat immunitate Ecclesiastica, vt diximus supra cap.19.n.43.

45 Sed aliquando pro seruitio Regio adimplendo, solet concedi licentia guidato ingrediēdi propriam patriā, et patriam partis offensæ. *Regēs Rouit. d.dec.11.nu.1.* sed dicta licentia, non potest concedi per Commissarium generalem campaneæ guidando, qui offert aliquod notabile seruitium, sed ipse Commissarius campaneæ debet de hoc dare notitiam Proregi, vel Regenti Regiam Cancellariam suprain-

tendenti rerum campaneæ. *prag.vnica §.11.de officio Iudicis generalis.*

46 Et quando est concessum guidaticum alicui pro se, et suis socijs debet intelligi de socijs, qui à principio socialiter venerunt, et non de illis, qui postea casu se associauerunt. *Boerius dec.179.nu.5. Farinac.d.quæst.29.nu.66. & Danza d.tit. de guidatico cap.11. ver. & si fuerit.*

47 Et quando est concessus saluus cōductus pro se, et socijs, ipsi socij gaudent dicto saluo conducto, etiam si separatim vadant à principali. *Farinac. d.quæst.29.nu.50.*

SVMMARIVM.

1 *Indultum propter quas causas concedatur?*
2 *Indultum simpliciter concessum, non comprehendit foriudicatos, nisi de eis sit facta expressa mentio.*
3 *Infamia an tollatur per indultum.*
4 *Confiscatio, & amissio bonorum, an dicatur remissa propter indultum. vsq; ad n.10.*
11 *Patria potestas, & vsusfructus, an recuperetur propter indultum?*
12 *Indultum an extendatur ad carceratos.*
13 *Officium amissum propter delictum, an dicatur restitutum propter indultum?*
14 *Crimen commissum per Baronem, an dicatur exceptuatum, si in indulto sit exceptuatum crimen commissum per Officiales.*
15 *Indulto quis non gaudet, nisi habeat partis remissionem.*
16 *Gratia à Principe fieri non potest, nisi parte concordata. amplia, vt n.22.cum trib.nu. seq.limita vt n.25.vsq; ad n.32. & 43.*
17 *Remissio partis an præcedere debeat, vt quis gaudeat gratia delicti?*
18 *Aggratiatus si sit captus in loco vetito infra tempus obtinendi remissionem, non gaudet gratia.limita, vt n.19.*
20 *Remissio partis debet obtineri infra tempus statutum in gratia, aliàs gratia non valet.*
33 *Remittendi actio ad quos spectat. vsque ad n.49.*
50 *Pupillus an possit facere remissionem?*
51 *Remissio debet fieri coram Iudice, fallit vt ibidem, & potest fieri per actum publicū, vel penes acta Curiæ.nu.52. Potest etiam fieri in testamento.n.53. & potest fieri Sacerdoti.nu.54. Et potest fieri tàm die iuridico, quàm feriato.n.55. Sed si fiat per vim non valet.n.56. Et an possit fieri per Procuratorem? n.57. & an possit fieri absenti? n.58. Et an possit probari per testes? n.59. Et an sufficiat si tacitè fiat? nu.60. Et si sit facta,*

Digitized by Google

facta, vt offendens non accedat ad patriam offensi an valeat? n.61. Et ipsa valet dato quod promissum, pro ipsa remissione obtinenda, non sit solutum in tempore. n.62.

63 *Reus gaudet indulto pro delictis, pro quibus habet partis remissionem, & de alijs tenetur stare iuri.*

64 *Indultum concessum à Rege, an comprehendat vassallos* Baronis. *& nu.65.*

66 *Gratia an possit fieri per* Proregem *vassallis Baronum, in praiudicium ipsorum Baronum?*

67 *Indultandus an debeat exprimere omnia delicta in supplicatione?*

68 *Officialis offensa, exceptuatione facta in indulto, de qua offensa intelligatur?*

69 *Delinquens post indultum publicatum, vel sub spe indulti, non gaudet dicto indulto.*

70 *Indultum comprehendit delicta praterita, & non futura.*

71 *Gratia facta pro delictis futuris non valet.*

72 *Indultum an extendatur ad inquisitiones nõ dum inchoatas?*

73 *Indulto quis non gaudet in pluribus casibus, vsq; ad nu.81. Et in pluribus casibus gaudet, vigore aliquorum statutorum. à n.83. vsq; ad n.91.*

82 *Homicidium in personam Sacerdotis, an includatur in generali indulto?*

92 *Banna disponentia, vt quis occidens foriudicatum, gaudeat indulto, valent, & talia banna possunt tantum fieri à* Principe. *n.93.*

94 *Præses* Prouinciæ, *& cæteri Officiales inferiores, non possunt promittere indultum, & n.95. & 96.*

97 *Nominatus ab occidente foriudicatum, non gaudet indulto, nisi hoc expresè statutum dicat, & n.99.*

98 *Dicentes, ab ipsis fuisse interfectum foriudicatum si hoc non sit verum, puniuntur.*

100 *Bannum si dicat, vt occidens foriudicatum possit nominare vnum delinquentem, qui gaudeat indulto, si nominet duos, primo nominatus gaudet indulto.*

101 *Nominatus, qui gaudere debet indulto vigore banni, si post nominationem delinquat, adhuc gaudet indulto, licet puniatur pro ipso nouo delicto. fallit vt n.102.*

103 *Occidens foriudicatum, an vt ipse gaudeat indulto vigore statuti, sit necesse, vt occisus, sit veris probationibus conuictus, & quid si occisus erat inquisitus de minori delicto? n.104. & 105.*

106 *Occidens de proximo indultandum, non gaudet præmio statuti, sed punitur.*

107 *Frater occidens fratrem foriudicatum, non gaudet indulto vigore alterius statuti.*

108 *Occidens foriudicatum extra territorium Iudicis foriudicantis, gaudet indulto vigore alicuius banni.*

109 *Occidens foriudicatum inimicum, vel publicè toleratum à superiore, vel reclusum in aliqua Ciuitate, an gaudeat indulto vigore banni, & nu.110. & 111. Et quid si ignoretur, occisum esse foriudicatum, an occidens gaudeat indulto. nu 112.*

113 *Iudex competens, quis sit in causa indulti?*

114 *Fiscus debet audiri in causa indulti.*

115 *Indultatus, & aggratiatus, an possint torqueri ad faciendam fidem cõtra consocios.*

116 *Indultum an solo verbo concedi possit?*

CAP. XXIV.

De foriudicatis indultatis.

1 ALiquando Rex concedit indultum generaliter omnibus delinquentibus, ob res prosperè gestas, puta quia ipsi fuit facta refutatio Regni à suo patre, vel ob matrimonium factum ab ipso Rege, vel propter natiuitatem filij primogeniti, vel propter victoriam habitam contra Turcas, & ob similes causas. *l. abolitio cum duabus ll. seq. ff. ad Senat. Consul. Turpil.* & docet *Tartagl. pract crim. part. 2 cap. 1. nu. 11. Guid. Papa decis. 36. 108. 154. & 624. & Nouarius in collect. ad rub. prag. de abolitionibus nu. 15.* Prout pluries ista indulta fuerunt concessa à Nostro Rege Hispaniarũ inuictissimo in hoc Regno Neapolitano, vt apparet ex *pragm. 1. & 2.* & ibi in *Apostillis de abolit.* in quibus *pragmaticis* fit expressa mentio de foriudicatis, vt ipsi quoque gaudeant indulto, quod si ipsæ *pragmaticæ* non fecissent expressam mentionem, de foriudicatis, ipsi non comprehenderentur, nam foriudicati semper exclusi intelliguntur ab indultis generalibus, si de eis specialis mentio non fiat. *cap Regni prouisa iuris sanctio,* & docet Io. *Grandis de bello exulum prædicamento pati quæst. 3. speciali 64.* & de iure, indultum non extẽditur ad condemnatos. *Mastrill. de indulto, cap 3. n. 23. & in cap 11. n. 4.* sed contrarium tenent *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 59. vers. sciat etiam, & Caball. resol. crim. casu 57. num. 3.* & dicam infra *n. 12.*

3 Et aduerte, quod licet, per indultum tollatur pœna delicti, tamen non tollitur infamia, propter dictum crimen

Digitized by Google

men contracta. *l. fin. C. de general. abolit. Regens Rouit. in rub de abolitionib. num. 4. & 5. de Nigris in cap. Reg. 12. num. 10. & Catalanus de indulto, quæst. 1. num. 18.* Intellige hoc procedere, quando Reus fuit condemnatus, aliàs si non fuit condemnatus, per indultum, tollitur infamia. *Catalan. d. quæst. 1. num. 20. cum trib. num. seq.* Et hoc etiam si Reus fuit bannitus, & foriudicatus in cõtumaciam, nam adhuc, concessa abolitione, tollitur infamia. *Regens Rouit. d. rub. de abolit. num. 6. Capibl de Baronib. prag. 6. num. 177. & Carauit. prag. 1. num. 178. & seq de exulib.* & ita puto procedere opinionem *Mastrill de indulto, cap. 20. n. 57.* tenentem, indultatum dici restitutũ, etiam ad famam amissam, ob delictũ, vbi ipse *Mastrill. d. cap. 20. num. 62.* dicit, quod indultatus põt recipi in testẽ, & non repellitur, vti infamis, citat *Carauitam in prag. 1. num 178. & seq. de exulibus*, & quando quis dicatur infamis ob delictum, vide *Capiblanc. de Barenib. prag. 5. circa fin.*

4 Et propter indultum simpliciter concessum, censetur restituta pœna tantum, & non cõfiscatio bonorum. *Farinac. quæst. 6. num. 28. cum plurib numer. seq. Mastrill. de indulto cap. 20. num. 1. cum plurib. seq. & Nouarius in prag. 2. num. 4. de abolit.* quod intellige si indultum sit concessum post sententiam, & non antea, quia, si ante sententiam sit cõcessum indultum, & tunc ipsum tollit pœnam delicti, & bonorum confiscationem, sed quando indultum est concessum post sententiam, & tũc ipsum tollit pœnam delicti tantum, & non bonorum confiscationem. *l. fin. C. de general. abolitionib.* & docent *Mastril. d cap. 20. num. 17. & Catalan. d. quæst. 1. post num. 22. & 23.* vbi *num. 24.* dicit, quod quando est concessum indultum, non solum per verbum indulgeo, sed etiam per verbum restituo in pristinum statum, & tunc propter tale indultum concessum, etiam post sentẽtiam, dicitur etiam restituta bonorum confiscatio, & infamia; idem tenent *Capibl. d. prag. 6. num. 175. & num. seq. & de Franch. dec. 213. num. 39. & seq* Idem est si Princeps dicat, facio tibi gratiam de delicto, nam adhuc gratiatus recuperat bona publicata. *Bar. in l. fin. nu. 12. C. sententiam passis, Boss. pract. crim. tit. de remedijs ex sola clementia Principis, num. 1. & 2. & Iul. Clar. pract. crimin. § fin quæst. 59. ver. quaro numquid.* Et Princeps, si vsus sit verbo restituimus, in gratia facta foriudicato, ipse foriudicatus recuperat bona, secus si vsus fuerit verbo indulgemus. *Reg. Tap. decis. Sacri Regij Consilij 50. num. 10. & seq. Regens de Ponte cons. 29. num. 30. & Mastrill. d. cap. 20. num. 3. & 14. & cap. 23. à nu. 4. cum plurib. numer. seq.* sed alij tenent, quod, aut quis specialiter est restitutus ad bona publicata, & tunc recuperat dicta bona, aliàs si non sit specialiter restitutus ad bona, & tunc nõ restituitur quoad bona, vt in *l. 2. vbi DD. C. sent. passis, Tartag. pract. crim. par. 2. cap. 1. n. 13. de Nigris d. cap. Reg. 12. nu. 9. & de Franch. d. dec. 213.*

5 Quod si in indulto delinquens sit restitutus etiam quoad bona, & tunc foriudicatus, non recuperat bona sua alienata per Fiscum. *de Nigris d. cap. Reg. 12. num. 10. Catalan. de indulto, cap. 26. nu. 22. Mastril. eodem tract. de indulto, cap. 22. à num. 29. vsque, num. 59. Nellus de bannitis in 1. part. 3. temporis, num. 5. Iul. Clarus d. quæst. 59. ver. item quæro. & Capiblan ad d. prag. 6. num. 178.* vbi dicit, quod si bona foriudicati peruenerint ad proximiores foriudicati ex iuris dispositione, foriudicato aggratiato, dicta bona ipsi restituuntur, & docent *Mastril. de indulto, cap. 22. num. 86. & 95. Foller.* in quibusdam scriptis relatis, & insertis per *Regent. Rouitum ad pragmat. 5. num 46. de abolit.* nisi dicta bona essent alienata per ipsos proximiores, quia tunc non restituuntur ipsi aggratiato. *Capibl. d. nu. 178. & de Franch. dec. 213. à n. 38. vsque ad finem, & Mastril. d. cap. 22. num. 132.*

6 Sed licet aggratiatus etiam quoad bona, non recuperet bona publicata, & alienata per Fiscum, tamẽ ipse foriudicatus indultatus, in hoc casu recuperat à Fisco pretium dictorũ bonorum alienatorum per ipsum Fiscũ. *Bartol. in l fin. num. 7. C. de sent. passis, Mastril. de indulto, cap. 22. num. 52. Nellus in d. 1. par. 3. temporis, num. 6.* licet ipse dicat, quod apud eos hoc non seruetur, & apud Mediolanẽses, hoc nequaquam seruari testatur. *Iul. Clar. d quæst. 59. d. ver. item quæro. in fine, & Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. q. 6. num. 43. ver. nu vero dicas.*

7 Sed quando foriudicatus indultatus recuperat bona confiscata per Fiscum, recuperat etiam fructus perceptos

Digitized by Google

ptos ex dictis bonis. *Nellus d. 1. par. tertij temporis, num. 7.* sed contrarium tenent *Mastril. de indulto, cap. 20. post n. 72. & cap. 22. à num. 60. vsque ad num. 76. Boss. pract. crim. tit. de restit. quæ fiunt à Principe, num. 17. & in tit. de remediis ex sola clementia Principis post num. 11. Nouarius in coll. ad rub. de abolit. num. 36. et Iul. Clar. d. q. 59. ver. quæro etiam, vbi versic sed quæro,* dicit ipse *Iul. Clar.* quod si tempore banni deuoluta sit hæreditas bannito, quæ, eo reperto incapace, delata sit alteri proximiori in gradu, si bannitus ipse fuerit restitutus non recuperat illam hæreditatem alteri delatam, & acquisitam, citat *Boss. d. tit. de remediis ex sola clementia Principis, n. 13.*

8 Sed foriudicatus, qui obtinuit gratiam à Prorege, admittitur ad successionem bonorum matris defũctæ, ante illius foriudicationem vna cum alijs eius fratribus, qui non occupauerunt portionem ipsius foriudicati. *Reg Tap. dec. Sacri Regii Conf. 50.* sequitur *Thor. comp. decis. tom. 3. ver. foriudicatus, fol. 471.* & quod restitutus ad bona confiscata recuperet hæreditatem matris, quam per condemnationem adire non potuit, est *tex. in l. 1. §. filio, qui matris ff. ad Senat. Conf. Tertullianum,* & hoc intelligitur, dummodo hæreditas ipsa ab alio non sit addita, aliàs secus. *Mastril. de indulto cap. 20. num. 78.* & idem *Mastril. eodem tract. de indulto in cap. 22. num. 102.* dicit, quod pater restitutus nõ recuperat hæreditatem aui, quę defũcto auo, durãte bãno ad nepotem peruenit, & illam sibi occupauit, citat *Reg. de Ponte conf. 69. num. 11.*

9 Sed si post sententiam transactam in rem iudicatam, cõdemnatus restituatur in integrum per Principem, ex quo fuit repertus innocens, cum clausula (quia cognouimus te innocentẽ) & tunc iste talis condemnatus, & restitutus, recuperat bona confiscata. *Catalan. de indulto, quæst. 3. num. 19.* vbi *num. 21.* dicit, hoc procedere etiam quoad bona confiscata, & in alium alienata per Fiscum, quæ bona adhuc restitutus recuperat, & *num. 22.* dicit ipse *Catalan.* ibi, quod talis restitutio trahitur, etiam ad famam, & honores, & idem *Catalan. d. tract. de indulto, cap. 9. num. 24.* vbi *numer. seq. & num. 29.* dicit, quod talis restitutus recuperat bona sua, ne dum publicata, sed etiam in alium alienata. Sed indultatus ob occisionem alterius banniti vigore alicuius banni, vel statuti, non recuperat bona publicata, & Fisco incorporata, nisi aliter ex verbis statuti colligatur, à quibus recedendum non est. *Cabal. resol. crim. casu 179. n. 12.*

10 Et quid si facta publicatione, sit factum bannum, quod qui aliquid prætendit super bona confiscata compareat, aliàs termino elapso excludatur, si elapso dicto termino inquisitus sit restitutus, etiam quoad bona, an creditores, qui non comparuerunt in dicto termino, possint eorum credita petere à dicto debitore restituto dixi supra cap. 16. n. 46.

11 Et restitutus quoad pœnam delicti, & quoad bona, iste indultatus recuperat patriam potestatem, *Mastril. de indulto, cap. 20. num. 50.* sed vsusfructuarius indultatus, non recuperat vsumfructum, vt dixi supra cap. 16. n. 20.

12 Et indultum extenditur, etiam ad carceratos, & condemnatos. *Iul. Clar. d. quæst. 59. ver. scias etiam, & Cabal. resolut. crim. casu 57. num. 2. & 3.* sed tunc indultũ extenditur quoad carceratos, quãdo indulto delicta sunt remissa in totum, aliàs si delicta non sint remissa in totum, puta vsque ad certum tempus, & tunc non comprehendit carceratos. *Nellus de bannitis in 3. par. 2. temporis, num. 9. de Nigris d. cap. Reg 12. nu 12. Io. Grandis de bello exulum prædicamento quantitatis, quæst. 3. num. 1. Mastril. de indulto, cap. 3. num. 22. & Catalanus de indulto, cap. 10. num. 10.* vbi *num. 11.* dicit, quod indultum Regis motu proprio, extẽditur etiam ad carceratos, & idem tenent *Anna singul. 240. Mastril. de indulto, cap. 23. num. 30. & Io. Grandis d. prædicamento quantitatis d. quæst. 3. num. 1. in fine,* vbi *num. 4.* dicit, quod condemnatus non potest indultari pro delicto, pro quo fuit condemnatus, citat *Foller. in prag. de foriudicatis in fine,* nisi indultum loquatur etiam de condemnatis. *Mastril. de indulto, cap. 42. num. 1. & 2.* prout loquuntur indulta concessa per *dictã prag. 1. & 2. de abolit.*

13 Et quando quis committit delictũ, propter quod venit priuandus officio propter generale indultum, dicitur restitutus ad officium, si delictum sit commissum extra officium, secus si sit commissum in officio. *Foller. in quadam materia indultus, cuius scripta inseruit Regens Ronit. prag. n. 5. num. 50. de abolit.*

Digitized by Google

& *Maſtril.de indulto,cap.22.num.120.cum duob. num.ſeq.* Immo gratia conceſſa pro delicto commiſſo, non comprehendit reſtitutionem ad idem officium, in quo aggratiatus delinquit, dato, quod in gratia ſit facta expreſſa mentio de reſtitutione ad idem officium. *Regens Rouit. dec.62.* contra *Nouarium in coll.ad rub.pragmat.de abolit. num.33.* nam delinquens in officio, ſi propter illud delictum,ſit officio priuatus, non poteſt ad illud officium redire, nec ad aliud promoueri. *l.2. C.de palat. lib.12.* & hoc etiam ſi adducat reſcriptum Principis. *l.ſi quid, C de ſuſcept.lib.10.* & docet *Regens de Ponte de poteſtate Proregis,tit.3.§.5.n.1.& 2.*

14 Quod ſi in generali indulto, ſit exceptuatum crimen commiſſum per Officialem intuitu eius officij;dicitur etiam exceptuatum crimen commiſſum per Baronem, qui non dicitur indultatus de illicitè extortis à ſuis vaſſallis. *Maſtril.de indulto,cap.40. num.4. Regens Rouit prag,5.nu.37. de abolit.* nam Baro dicitur Officialis. *Maſtrill. de indulto,cap.36. num.18.* Immo Baro dicitur Officialis Regius, & perpetuus magiſtratus ordinarius, ita quod offendens ipſum Baronem,dicitur offēdere Regium miniſtrum, & non poteſt gaudere indulto. *Maſtril. de magiſtratib.lib 4.cap.15. & Capibl de Baronib. in rub.num.56.& de Franch. dec.274. nu.3.* ſed *de Leonardis in practoffic.cap.4. nu.5. cum duob.ſeq.* dicit, quod,licet Baro dicatur Officialis Regius, tamen pragmatica loquens de Officialibus Regijs non comprehendit Baronem.

15 Et in omnibus indultis,quæ fiunt à Regibus apponitur clauſula, dūmodo indultandus habeat, vel obtinuerit remiſſionem partis infra certum tēpus, vt in *d.prag.1.& 2.de abolit.* nam indultum,non poteſt cōcedi,niſi parte concordata,aliàs non valet. *l.fin.C. de abolit. l.2.C.de precibus Imper. offer.* & docet *Maſtril. de indulto, cap.24. num.1. cum plurib. num.ſeq.*

16 Et Princeps non poteſt facere gratiam inquiſito, parte non concordata. *Guazzin. ad defenſ. reorum, defenſ.34. cap.3.num.1.& 4.Farinac.practcrim. tit.de inquiſitione,quæſt.6.num 18.cum duob. numer.ſeq.Regens de Ponte de poteſtate Proregis,tit.3.§.1.nu.17. Capiblanc. de Baronib. prag.6.poſt num.36.& 42.Maſtril.de indulto,cap.24.num.1. cum plurib.numer.ſeq.* & *Riccius coll.2016.* nam Princeps, non poteſt iuri tertij præiudicare. *l.3. §.ſi quis,ff.ne quid in loco publico.* Immo Princeps de poteſtate abſoluta, nō poteſt facere gratiam inquiſito, parte non concordata. *Gramat.voto 35. & conſ.crimin.34.Capibl.d.prag.6.num.43. & Cabal. reſol.crim.caſu 58.in principio.* Et gratia facta à Principe,abſque partis remiſſione eſt nulla. *l.fin.C.de abolit.l.2. C.de precib.Imper.offerend.* & docent *Maſtrill. d. cap.24. num.2. Nouarius dec.Regiæ Audientiæ Apuleæ 53.num.6.Paris de Puteo de ſindicatu,ver.compoſitio.cap.1.num.6.in fin. Regens de Ponte de poteſt.Proreg.tit 1.§.4. num.8.* Et Archiepiſcopus Neapolitanus non ſolet facere gratiam de delictis,niſi prius parte concordata, & ſatisfacta. *Riccius dec.339.par.4.*

17 Sed licet remiſſio partis debeat præcedere,& non ſubſequi. *Regens de Ponte conſ.69. et Capibl. d.prag.6. num.34.* tamen Princeps poteſt facere gratiam ſub conditione,dummodo inquiſitus procuret remiſſionem partis infra tot menſes. *Maſtril. d.cap.24.num.85.* Sed ſolet apponi clauſula, dummodo interim inquiſitus,non accedat ad locū partis offenſæ. *Capibl. d.prag.6. num.47.* vbi *num.ſeq.* dicit, hoc non poſſe fieri per Baronem. Immo ſi Prorex faciat gratiam alicui, tenendo partis remiſſionem, ſi inquiſitus procurat remiſſionem infra ſex menſes,à die gratiæ, in hoc caſu valet gratia, dato, quod inquiſitus nō habeat partis remiſſionem ante gratiam. *de Franch. dec.509. et Maſtrill.d.cap 24.n 92.*

18 Quod ſi Princeps faciat alicui gratiam cum clauſula, dummodo infra ſex menſes procuret partis remiſſionem, & interim non accedat ad patriam partis offenſæ, ſi interim ſit captus in dicto loco vetito, ipſe non gaudet gratia, & poteſt puniri pro delicto, pro quo fuit aggratiatus. *Regens Rouit.in prag.1. à num.8. vſque ad fin.de guidaticis,et in dec.4. et Reg.Sanfelic. dec 49.*

19 Sed facta gratia alicui per Principem, & conceſſa dilatione biennij,ad obtinēdam remiſſionem partis, cum clauſula,quod ſi non ſit obtenta dicta remiſſio infra dictum tempus, gratia ſit nulla,& interim infra dictum tempus biennij aggratiatus,nō poſſit manere in patrijs,partis offenſæ, nō adiecta clauſula annullatiua, prout fuit

adiecta

Digitized by Google

adiecta in obtinendo remissionē partis, si iste talis aggratiatus, sit captus in loco vetito infra dictum biēnium, debet reponi ad pristinā libertatem, vt decisum refert *Dom. Regens Sanfelic. dec.51.*

20 Quod si quis habuit gratiā à Principe, dūmodo obtineat partis remissionem infra sex menses, & infra istos sex menses remissio sit facta inquisito à duobus fratribus occisi, tàm nomine ipsorum, quàm alterius fratris, & iste frater, qui non interuenit ratūm habeat remissionem prædictam post dictos sex menses, in tali casu nō iuuat talis remissio ratificata post dictos sex menses per ipsum fratrem. *Boss præct.crim.tit.de pace,num.27. Nellus de bannitis in 3.par. 2.temporis, num.45. et D. Merlinus controuers.forens. cap* 68. qui in specie loquitur in materia indulti; nam quando remissio est obtenta post tempus sex mensium non prodest, vt obtenta post tempus ab indulto exactum. *Decius cons.24. ver.sed his nō obstantibus, et Catalan de indulto, cap.23. num.23. et* 30. vbi *num.27. et seq.* dicit, quod si remissio sit obtenta vltima die sex mensium, valet talis remissio, quia quod fieri debet intra decem dies, si fiat decima die, dicitur fieri infra decem dies. *cap.anteriorum, 2. quæst.* 6. & vltima dies includitur in termino. *l.eodem,§ si intra,ff.de contrab.empt. l.2. §.in initio.ff.de officio Præfecti vrbis, l fin.ff. de iure Fisci,et Catalan.* vbi supra *nu.31. & seq* vbi *n.33.et seq* dicit, quod isti sex menses incipiunt currere post diem publicationis indulti.

21 Remissio partis est necessaria, dato, quod, ipsa pars non querelauit. *Regens de Ponte de potest.Proregis,tit.1 §.4. nu.33. Carauit.ritu 272.num.20.cum plurib. num. seq.et Regens Rouit.prag.4. de compos.*

22 Et non sufficit, vt maior pars consanguineorum offesi remittat, sed est necesse, vt omnes remittant. *prag.6.& 8.de compos.* & docet *Regens de Ponte d. §.4.num.16.* Sed de iure communi sufficit, vt maior pars hæredum remittat. *Bossus pract.crim.tit.de pace,num.21.& seq.& Vinius commun opin lib.1.opin.189. & lib 2.opin.204.* Immo de iure communi sufficit, si vnus tantum remittat; *Foller in prag.de foriudicatis,nu.31.* de quo latè *Nellus de bannitis in 3.par. 2.tēporis, num.* 39. sed quod de iure communi requiratur remissio omnium, quibus competit actio remittendi, & non sufficiat remissio maioris partis, tenet *Mastrill de indulto,cap.24. num.81. & seq.*

23 Et etiam in homicidio casuali, concurrente lata culpa, requiritur partis remissio pro obtinenda gratia, secus si concurrat læuis, vel læuissima culpa, quia tunc non requiritur partis remissio. *de Marinis quotidianarum resolut. cap.2.num.8. & Nauarius in praxi elect.fori,tom.2.sect.3.quæst.22.num.10.* & quod si delictum sit factum casualiter, Reus possit admitti ad gratiam, parte non concordata, est *tex. in l.2. § item vanus, ff.de aqua pluuia arcenda,* & docet *Guazzin.ad defensam reorum, def.34. cap.3. post num.5.* vbi ipse *Guazzin.* dicit, idem esse, si pars offensa dedit causam offensæ.

24 Sola remissio morientis non sufficit ad obtinendam gratiam, sed requiritur remissio omnium, quorum interest. *prag.6.quæ hodie est.5. de compos.* & de iure communi, vide *Reg.Rouitum in prag.5. num.56. de abolit. Boss. d. tit.de pace,num.13. Nellum de bannitis in 3. par.2.temporis,num.40.& seq. Mastril.de indulto, cap.24. num.37. Carauit. ritu 275. n.9.& de Nigris in cap.Reg.frequens, n.78.* sed, quod si à moriente in articulo mortis sit remissa simpliciter iniuria offendēti, inquisitus per istam remissionem gaudeat gratia, tenent *Foller. in prag. de foriudicatis, num.32.* & *Nouar. quæst.forens.49.tom.2.& Cabal.resol.crim. casu* 141. dicit, quod remissio iniuriæ facta per vulneratum læthaliter in articulo mortis Sacerdoti recipiēti nomine vulnerantis valet, & in foro iudiciali admittitur ad offensoris commodum, & licet mandatum, re integra, morte mandatis extinguatur. *leg. mandatum, C. mandati,* quod procedit etiam in mandato facto à tutore, tutorio nomine, nam eo mortuo, vel priuato de tutela, mandatum re integra extinguitur. *de Franch. dec.466.* tamen mandatum pacis non extinguitur morte mandantis. *Mastril.d.cap.24. num.71. & Riccius coll. 2322.* sed opinio *Nouarij,* & aliorum potest procedere in Regno, quando offensus ex offensione sibi facta non moritur, sed postea moritur ex alia causa, quia tunc moriens potest in articulo mortis facere remissionē offendenti, & *d.prag.* 6. loquitur, quando offensus moritur

ex

Digitized by Google

ex offensione sibi facta, quia tunc dicta remissio non sufficit, sed requiritur remissio hæredum dicti morientis, nam moriens ex vulnere præsumitur feciſſe remissionem metu mortis. *Paris de Puteo de ſindic.verſ.compoſitio cap.8.n.1. cum duob.num. ſeq.*

25 Sed quando indultum conceditur propter publicam vtilitatem, tunc valet, etiam parte non concordata. *Maſtrill.d.cap.24.n.15. Regens de Ponte de poteſt.Proreg.tit.1.§.4.n.6.de Nigris in cap. Regni.12.nu.8* latè *Catalan.de indulto.cap. 22.per totum*, & præcipuè. *n.32.& ſeq.& n.78.& ſeq.* & idem eſt in tranſactione, vt dicam infra *cap.ſeq.n.*....

26 Vndè per ſtatutum indultari poſſunt delinquentes ob capturam foriudicati, etiam parte non concordata. *Carauit. prag.1.n.172.cum plurib.num. ſeq. de exulib.* Io. *Grandis de bello exulum in prædicamento pati.quæſt.3.ſpeciali 38.nu.1. & D.Reg.Sanfelic. dec.53. n.22.*

27 Et pro bono pacis poteſt Princeps facere gratiam inquiſito, parte non concordata. *Farinac.d.quæſt.6.num.22. Maſtrill.d.cap.24.n.15. Riccius d.coll.2016. & Iul.Clar. pract.crim.§.fin.quæſt.59.ver. adde quod.* vbi dicit hoc procedere, ſi hoc ſpecialiter, & expreſsè dictum ſit, aliàs in dubio non cenſetur, quod Princeps voluit iuri tertij præiudicare, idem tenent *Regens Sanfelic. d.deciſ. 53.nu.28.& 37. & Maſtrill.d.cap.24.n.16.* Et Princeps ex cauſa poteſt remittere pœnam corporalem, etiam parte non concordata. *de Franch.dec.213.num.38. Regens de Ponte de poteſt.Proreg.tit.3.§.1. n.15.& ſeq. & Regens Sanfelic.dec.49.n.8. dec.51.n.24.* & latè *dec.53.per totum.*

28 Sed ſi foriudicatus ob vtilitatem publicam ſit indultatus, parte non concordata, non dicitur liberatus à damnis, in quibus tenetur parti aduerſæ, propter delictum per eum cõmiſſum. *Nellus de bannitis in 1. parte, 3.temporis n.11.* vnde ſi fur ſit indultatus abſq; partis remiſſione, dicitur indultatus quoad pœnam, & non quoad reſtitutionem rei furatæ. *Regens Rouit.prag.5.n.45.de abolit.* & indultum nõ extenditur quoad damna, & intereſſe partis, etiam ſi Princeps hoc expreſsè remittat pro bono pacis. *Maſtrill.de indulto cap.21. n.11.cum tribus nu. ſeq.*

29 Et remiſſio partis nõ eſt neceſſaria, vt reus poſſit gaudere indulto, quando accuſatio non præceſsit, ſed tàtum ex officio, Curia ad inſtantiam Fiſci proceſsit. *Maſtrill.dicto cap.24.nu.10.& 23.* & ita deciſum teſtatur *Nouarius dec. Regiæ Audientiæ Apulea 63.* de quo ego dubito, nam quis non poteſt admitti ad compoſitionem, niſi habeat partis remiſsionem, & tamen hoc procedit, dato, quod pars non querelaſſet, nam adhuc requiritur remiſsio, vt ſupra dixi. n.21.

30 Et quis poteſt admitti ad gratiam abſq; partis remiſsione, in cauſa prouocationis, ſimplicis inſultus, diffidæ, & delationis armorum prohibitorũ. *pragm. 11. de abolit.* & docent *Iul. Clar. pract.crim. §. fin. quæſt.59. ver. adde quod in fine. Farinac.d.quæſt.6.n.21. Catalan.de indulto cap.26.num.5. & Maſtrill. de indulto cap.25.n.1.& 2.* Et licet *d.prag.* & præcitati DD. loquantur in materia indulti, tamen habet etiam locum in Curijs Baronalibus, vnde Barones in ipſis caſibus poſſunt tranſigere, etiam parte non concordata. *Capibl.d.prag 6. n.53.cum plurib.num.ſeq.* & vbi non adeſt offenſio realis, poteſt quis admitti ad compoſitionem, etiam non habita remiſsione partis. *Thor.Compend.deciſ. tom.2.ver.remiſſio fol.575.*

31 Hinc eſt, quod ſi quis ſit inquiſitus de ictu ſcopictæ, dummodo offenſus nõ ſit vulneratus, admittitur ad compoſitionem, etiam parte non concordata. *Regens Rouit.prag.11.n 9.cum plurib. num. ſeq. de abolit. & Thor.Compend.deciſ. tom.2. ver.remiſſio fol.575. & tom.3.ſect.3. ver.remiſſio fol.87.col.1.& 2.* nam in hoc caſu non dicitur offenſio facta in perſonam, vt ibi *Regens Rouit nu.11.& 16.* vbi *nu.19.* dicit, quod neq; dicitur offenſio in perſonam, ſi quis, emiſſo ictu ſcopictæ, interficiat equum illius, quẽ interficere volebat, vnde ſi quis ſub pœna promittat, Titium non offendere in perſonam, ſi deinde ipſe promittens iaciat ictum ſcopictæ contra dictum Titium, & non tangat eius perſonam, in hoc caſu non tenetur ad pœnam, dato quod per ſtatutum ſit impoſita pœna mortis cõtra emittentem ictum ſcopictæ, ita *Caball.reſol. crim. caſu 152.* ſed ſi quis committat falſitatem aptam ad nocendum Titio, licet ſi non ſequatur intereſſe Titij, tamen in hoc caſu non admittitur ad gratiam, parte non concordata. *Regens Rouit.prag.4.* circa finem *de falſis, & in dec.2.*

32 Et

Digitized by Google

32 Et quando ex delicto venit imponenda pœna arbitraria Reus potest aggratiari absq; partis remissione, cũ reseruatione iurium partis. *D. Regens Sanfelic. dec. 53. num. 40.* sic etiam si quis rumpat exilium, pro fractura exilij potest aggratiari absq; partis remissione. *Carauit. ritu 272. n. 2. ver. limita hũc ritum, & Regens Sanfelic. d. dec 53. n. 41. & dec. 320.* sic etiam Regens M.C.V. potest facere gratiam contumaciæ, absq; partis remissione. *Regens Sanfelic. d. dec. 53. n. 43.*

33 Et aduertas, quod illi cõpetit actio remittendi, cui competit successio occisi ab intestato. *pragm. 8 de compos.* & docet *D. Regens Sanfelic. decis. 25.* vbi dicit, quod antequam exequatur gratia per Reum debet probari, quod remittens sit proximior interfecti in gradu, aliàs exequuta gratia, contrarium debet probari per Fiscum.

34 Hinc est, quod si concurrant filij, & vxor occisi, filij præferuntur, exclusa vxore occisi. *Pascal. de virib. patria potest. part. 2. cap. 1. num. 12. & seq. de Franch. dec. 382. Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, n. 90. & seq. & Thor. Compen. decis. tom. 2. ver. remissio fol. ...* Et delinquens, obtenta remissione filiorum, & non vxoris occisi debet gaudere indulto. *Scipion Theodorus alleg 9. in fine*, & licet *D. Regens Sanfelic. dec. 16.* dicat, quod requiritur remissio vxoris ad obtinendam gratiam, vel compositionem de nece mariti, tamen primam opinionẽ puto esse veram.

35 Sic etiam si occisus faciat extraneũ hæredem, ius remittendi competit consanguineis occisi, qui de iure poterant succedere ab intestato, exclusa extraneo hærede instituto ex testamento. *de Franch dec. 611.* de quo vide *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. nu. 17. cum plurib. num. seq.*

36 Hinc etiam est, quod dum filius spurius non succedat patri, remissio spurij de nece patris non est necessaria inquisito. *Nouarius in praxi electi fori tom. 1 sect. 3. quæst. 9. n. 39* sed vide *Regentem Rouitum dec. 15.* qui dicit, quod ius vindictæ competit naturalibus, & illegitimis pro nece in personam alicuius de genere; vnde *Nouar. in praxi electi fori tom. 2 sect. 3. quæst. 13.* infert ex hoc, quod competit priuilegium eligendi Regia Tribunalia miserabilibus, & priuilegiatis personis, licet naturales, & illegitimi sint, si agant pro nece in personam alicuius de genere, citat *Thorum Compend. decis tom. 3 verf. electio fori fol. 361.* sic etiam amita vidua potest eligere Regia Tribunalia pro nece sui nepotis spurij, vt ita decisum testatur *Regens Rouit. d dec. 25.*

37 Sic etiam filio exhæredato, vel repudianti hæreditatem patris occisi competit actio quærelandi de nece patris. *Regens de Ponte d. tit. 1. §. 4. n. 21.*

38 Hinc etiam est, quod dum per *Const. Regni. in aliquibus*, filiæ fœminæ excludantur per masculos à successione parentum, ideo filij masculi præferũtur etiam in remittendo necem parentum, exclusis filiabus. *Iul. Clar. §. fin. quæst. 58. num. 35. de Amato conf. 18. Riccius collect. 776. & 2080.* & idem *Riccius dec. 107. part. 3. Pascal. de virib. patriæ potest. parte 2. cap. 1. n. 8. & seq. de Ponte d. §. 4. nu. 17. 29. & 31. Capibl de Baronib. tom 2. cap. 28. n. 15.* & latè *Regens Sanfelic. dec. 17.*

39 Hinc etiam est, quod si soror renũciet bonis fraternis, in hoc casu non admittitur ad accusandum de nece ipsius fratris, sed alij fratres, exclusa sorore, quæ renunciauit, admittũtur, ita decisum testatur *Regens Tapia decis. S.R.C. 29.* & docent *Molfes. conf. 10. Riccius d decis. 107. part. 3. & Regens de Ponte d. §. 4 n. 18.*

40 Hinc etiam est, quod si concurrat mater, & vxor occisi, mater præfertur in accusando, & remittendo de nece filij, exclusa vxore filij occisi, nam ipsa mater succedit filio occiso. *Auth. defuncto C. ad Senat. Consul. Tertull* ergo ipsa mater præfertur in remittendo. *Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 28. per totum.*

41 Hinc quoq; est, quod licet de iure communi si concurrat pater, & soror occisi in accusando de nece occisi, ipse pater præferatur, ratione patriæ potestatis, exclusa sorore, nisi ipse pater sit negligens in accusando de nece filij, quia tunc soror ipsa admittitur in accusando de nece fratris occisi, vt dicit *glos. & Salyc. in l. vxor C. qui accusare non possunt, & de Franch. dec. 100. num. 10 & seq.* tamen hodiè in Regno puto, quod tàm pater, quàm mater, fratres, & sorores occisi admittantur ad accusandum de nece occisi, cum omnes isti succedant in hæreditate ipsius occisi. *d. Auth. defuncto*, sed per *d. prag 8.* illi competit actio quærelandi, & remittendi, cui competit succes-

sio,

Digitized by Google

sio, ergo pater, mater, fratres, & sorores admittuntur ad quærelandum de morte occisi; ita *Capibl. de Baronib. to. 2. cap. 44. nu. 15.*

42 Hinc etiam est, quod creditores hæreditarij, non possunt molestare filium, pro pecunia habita de nece patris, si ipse filius non sit hæres patris, vel si sit hæres, & sit cum beneficio legis, & inuentarij, nam actio remittēdi de nece patris, competit filio, non vt hæres bonorum, sed vt hæres sanguinis. *d. prag. 8.* vndè creditores hæreditarij, non possunt molestare filium pro pecunia habita de nece patris, vt ita decisum testatur *Regens Rouit. dicta prag. 8. d num. 59. vsque ad finem*, licet cōtrarium teneat *Regens Sanfelic decis. 27. n. 34.* Et filius recipiens pecuniam, pro remissione necis patris interfecti, nō per hoc videtur adire hæreditatem. *Pascal. d. part. 2. d. cap. 1. nu. 6. & de Ponte d. §. 4 post n. 20.* & de iure communi vide *Nellum de bannitis in 3. parte 2. temporis n. 36.*

43 Quod si occisus, sit persona incerta, & inquisitus nesciat, à quo petere remissionem, in hoc casu potest gaudere gratia, & indulto, dummodo Iudex reseruet iura parti, quatenus ipsa deinde reperiatur. *Caranit. ritu 272. nu. 28. & seq. Regens de Ponte d. tit. 1. d. §. 4. nu. 32. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de remissionib. partium cap. 3. n 37. Guazzin. ad defens. Reorum def. 34. cap. 3. nu. 5. Regens Sanfelic. dec. 53. n. 18. & Mastrill. de indulto cap. 24. n. 18.*

44 Sed si sit interfectus Monachus, actio accusandi, & remittendi de nece ipsius Monaci, competit eius consanguineis proximioribus, & non Monasterio. *Boer. dec. 121. n 9. Regens Rouit, d. prag. 8. n. 19. Thor. Comp decis. tom. 3. sect. 3. ver. remissio fol. 82.* & vide *Pascal. d. part. 2. d. cap. 1. n. 11. cum plurib. num. seq. & Mastrillum d. cap. 24. d nu. 75. vsq; ad n 79.* sed si Monacus offensus, non sit mortuus ex vulneribus, & adhuc viuat, & tunc ipse cum consensu Abbatis, potest remittere. *Caranit. d. ritu 275. n. 27.* vbi *nu. seq.* dicit, quod requiritur etiam consensus Capituli, immo solus Abbas potest remittere. *D. Regens Sanfelic. dec. 55. n. 19.*

45 Et tu scis, quod percutiēs Clericū, non potest absolui, nisi parte concordata, & satisfacta. *cap. Parocchianos, cap. ex noscitur, & cap. quamuis de sent. excomm.* aduertas in hoc, quod si aliquis percutiat Monacum, non potest absolui, nisi prius obtenta remissione Abbatis, & Monasterij. *Riccius dec. 34. part. 3.*

46 Sed quod iniuria facta Monaco debeat remitti per Monasterium, & nō per proximiores Monaci, tenet *Bossus pract. crim. tit. de pace n. 18. & 25.* vbi *n. 27.* dicit, quod si sit rapta Monialis, raptor, debet habere remissionem à Papa.

47 Scias quod maritus, non potest remittere iniuriam factam vxori superstiti, secus si sit mortua, ita *Riccius dec. 18. part. 3.* quod intellige si non adsint consanguinei vxoris, aliàs ipsis competit actio remittendi, vt patet ex supra dictis, nam maritus succedit vxori, non superstitibus consanguineis vxoris, vsq; ad decimum gradum, vt in *l. 1. C. vnde vir, & vxor*, sed quod actio remittendi de iniuria facta vxori spectet ad maritum, tenet *Riccius* sibi cōtrarius *in praxi fori Ecclesiastici resolut. 580. num. 7. part. 3. & Nouar. prax elect fori tom. 1. sect. 3. quæst. 3. nu. 10.* Et sufficit sola remissio mariti, & non requiritur remissio mulieris adulteræ, si adulteriū fuit commissum voluntariè, aliàs si per vim, & tunc requiritur etiam remissio vxoris adulteræ. *Caball. resolut. crim. casu 245 d n. 7. vsq; ad finem*, nam ipsa quoq; vxor potest accusare. *D. Merlinus controuers. forens. tom 1. cap. 58.* sed in crimine raptus requiritur remissio mariti, & vxoris raptæ. *Caball. vbi supra.*

48 Scias etiam, quod si iniuria sit facta filiofamilias actio accusandi, & remittendi competit patri, etiam inuito filio. *l. sed si vnus §. filiofam.* vbi *Bar. ff. de iure iurando, glos. Bar. Bal. & alij in l in personam ff. de pactis. Boß. d. tit. de pace. num. 16.* latè *Pascal. de virib. patriæ potest. part. 1. cap. 10. & Mastrill. d cap. 24. n. 72. cum plurib. num. seq.* Quod procedit siue iniuria facta filiofamilias descendat ex lege Prætoria, siue ciuili ex lege Cornelia. *Boer. dec. 210. & Viuius commun. opin. lib. 2. opin. 216.* sed veritas est, vt procedat tantum in iniuria dependente, ex lege prætoria, secus in iniuria dependente ex lege ciuili, ex lege Cornelia, quia tunc pater, non potest remittere. *de Franch. dec. 715. Regens Rouit. pragm. 5. nu. 57. de abolit. & in dec. 49. nu. 6. & 11. & Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis. nu. 47.*

49 Sed

Digitized by Google

49 Sed si pater occidat suam vxorem, remissio communium filiorum non sufficit, vt ipse pater possit gaudere gratia pro ipso homicidio, sed requiritur consensus proximiorum ipsius vxoris interfectæ. *Boss. d. tit. de pace, n. 21.* latè *Cabal. resol. crim. casu 58. & Mastril. d. cap. 24. num. 79.* vbi *nu. 80.* dicit, quòd quando filij sunt maiores, vel si habitent seperatim à patre, vel si sint emancipati, vel mater propter adulterium interfecta sit, & tunc sufficit remissio filiorum tantùm, & *num. 81.* dicit ipse *Mastril.* ibi, quod si vxor occidat maritum, tũc sufficit sola remissio communium filiorum, citat *Iul. Clarum d. quæst. 58. num. 30. in fine*, & quibus personis competat ius querelandi, & remittendi latè explicat *Pascal. d. par. 2. cap. 1. per totum illud cap.*

50 Quòd si filius occisi sit pupillus, & tunc ipse pupillus cum auctoritate tutoris, & decreto Iudicis potest facere remissionẽ de nece sui patris, quod si pupillus sit infans, & tunc ipse tutor cum decreto Iudicis potest facere dictam remissionem *Foller. prag. de foriudicatis, num. 28. & seq. & Cabal. resol. crim. casu 58. num. 8.* Et quod tutor non possit, querelam pupillo competentem remittere, absque decreto Iudicis, & iusta subsequente causa, dicunt *DD. in l. pactum curatoris*, C. *de pactis, de Franch. dec. 535. Mastril. de indulto d. cap. 24 nu. 62. & Carauit. d. ritu 275. num. 19. cum plurib. num. seq.* vbi *num. 23. & seq.* dicit, quod si tutor non confecit inuentarium, & non satisfecit, si tamen remisit cum decreto Iudicis, & causa cognita valet remissio, & non per hoc ipsa annullatur; Et tutor ad faciendum remissionem debet esse generalis. § 2. *inst. qui test tutor dare possit.* & docent *Iul. Clar. pract. crim. § fin. quæst. 58. vers. quæro an tutor, & Mastril. d. cap. 24. num. 64.* Sed quòd sufficiat, vt tutor sit datus ad illum actum tantum faciendi remissionem, tenet *Boss. d. tit. de pace, num 14.* & opinio *Boss.* eo fortius procedit, quando interuenit decretum Iudicis. *Farinac. pract. crim. tit. de accusatione, quæst. 15. num. 61.* sed tutor ventri relictus non potest facere remissionem nomine posthumi, antequam posthumus nascatur. *l. posthumo, C. de collat. Bald. in l. 2. § fin. ff. de testament. tutela, Ias. in d. l. pactũ curatoris, et Nouarius in quæst. forens. 9. to. 2.* Et quando minor remittit iniuriam, & offensam cum auctoritate tutoris, & cum decreto Iudicis, & tũc aduersus ipsam pacem taliter factam, non restituitur in integrum. *Cabal. d. casu 58. num. 9.* Et remissio facta à minore cum auctoritate tutoris sine decreto Iudicis valet. *Mastril. de indulto d. cap. 24. num. 63.*

51 Et aduertas, quod remissio debet fieri coram Iudice, aliàs non valet. *prag. vnica de remissionib. partium, prag. 6. §. 2. de composit.* Fallit in causis minimis, & parui momenti, in quibus non requiritur præsentia Iudicis, sed tantum remissiones recipiuntur per Actuarios. *Nouarius de grauam. vassall. to. 1. grauam. 353. num. 6. et Danza d. tit. de remissionib. partium, cap. 1. n. 9.*

52 Et remissio potest fieri per actum publicum, vel offẽsus, comparere debet in Curia, & remittere querelam penès acta Curiæ, vt in *ritu 275.* Et quando remissio fit per actum publicum, adhuc requiritur præsentia Officialis. *Follerius in prag. fin. nu. 5. de composit. Caruit. d. ritu 275. num. 2. in fine, et Danza d. tit. de remissionib. partium, cap. 1. num. 7.* & quando fit penès acta Curiæ, adhuc requiritur præsentia Iudicis.

53 Et remissio potest fieri in testamẽto, & non potest reuocari, si testator conualuerit. *Nouarius quæst. forens. 68. lib. 1.* Immo si offendens post habitam remissionem sit ingratus remittenti, non per hoc potest remissio reuocari. *Regens Rouitus in pragm. 8. num. 18. de composit.*

54 Sic etiam remissio potest fieri Sacerdoti confessario in articulo mortis, & valet remissio. *Cabal. resol. crimin. casu 141. et Danza d. tit. de remissionib. partium, cap. 1. num. 22.* quæ opinio potest procedere cum illa distinctione à nobis supra tradita nu. 24.

55 Et remissio potest fieri tàm die iuridico, quàm die feriato. *Danza d. tit. de remiss. part. cap. 3. n. 35.*

56 Sed si remissio sit facta per vim, & metum, ipsa non valet. *Mastrill. de indulto d. cap. 24. num. 31. et D. Regens Sanfelic. dec. 229.* Et illi, qui capiunt homines, & eos asportant ad nemora causa extorquẽdi remissionem per vim, puniuntur pœna mortis. *prag. 1. de capient homines per vim*, quæ *prag.* hodie est 2. *de compositionib.* & latè *Danza d. tit. de remissionib. part. cap. 2. per totum.*

57 Remissio ista potest fieri per pro-

Digitized by Google

curatorem; sed requiritur, vt procurator habeat speciale mandatum, factum per actum publicum ab eo, cui competit actio remittendi. *Baiard. ad Iul.Clar.§ fin.quæst.59.num.46.Capiblanc. de Baron.prag.6.num.74.Carauit.ritu 275. num.7.& Mastril.d.cap.24.num.65. cum plurib.num.seq.* Sed quod remissio non possit fieri per procuratorem speciale mandatum habentem, tenet *Nouarius d.quæst.forens.68.num.4.* qui dicit, ita obseruari in Regno, & de eadem obseruantia testantur *Mastril. d.cap. 24. num.69. & Danza d.tit.de remissionib. partium,cap.1 num.14.cum plurib.numer. seq.* sed ego sequor primam opinionem; dummodo in mandato de remittendo interueniat Iudicis præsentia; sed procurator habens generale mandatum, etiam cum libera administratione, non potest remittere iniuriam factam principali. *Nellus de bannitis in 5. parte 2.temporis,num.37.Mastril.d.cap.24. à num.65.cum plurib.num.seq. & Foller.in prag.de foriudicatis, n.30.*

58 Et vt valeat remissio facta per offensum offensori absenti, est necesse, vt interueniat Nuncius, epistola, vel Notarius, qui acceptat pro absente. *Foller. d.prag.de foriudicatis, num.33. Boss. d.tit.de pace,num.2. Nellus d.3.part. 2.temporis,num.43.Caball.d.casu 141.n.7.& seq. & Mastril.d.cap.24.nu.46.& seq. & n.87.*

59 Scias, quod remissio nõ potest probari per testes, sed debet probari per scripturam in hoc Regno. *Carault. d. ritu 275.num.15.& seq.* Sed de iure communi remissio potest probari per testes. *Guazzin. ad defens. reorum, defens.34. cap.3.post num.2.Nellus in d.3 par. 2.temporis,num.38.Regens Rouit.d.prag.5 nu.54. & seq.de abolit. Cabal.d.casu 141. num.10. & Mastril.d.cap.24.num 43. cum duob.numer.seq.*

60 Et quando sumus inter nobiles nõ requiritur expressa remissio, sed tantum sufficit pax facta inter eos. *Regens de Ponte d.tit.1.d.§.4.nu.37.* secus quando non sumus inter nobiles, quia tũc requiritur expressa remissio. *Mastrill. d.cap.24.nu.48.cum duob.num seq.*

61 Et scias, quod si remissio sit facta, ea conditione, vt inquisitus imperpetuum non accedat ad patriam partis offensæ, in hoc casu valet remissio, sed conditio de non accedendo reijcitur. *Thor.compend.dec.tom.3.sect.3.ver.remissio, fol.110.* nisi conditio illa sit ad tempus certum minus decemnij, quia tunc valet talis conditio. *Mastril.dec.38.nu.7. & in d.cap.24.num.34. cum plurib. numer. seq.* sic decisum testatur *Regens Rouit. in prag.8.num.17.cum plurib.num seq.de compos.Gizzarell.dec.11.* & ibi *de Angel.Riccius coll.2080.in fine, Thor d.tom.3.sect.3. ver.remissio, fol 87.* late *Danza d.tit.de remissionib. partium, cap.3.* & pactum istud dicitur perpetuum si sit factum per decemnium. *Mastril.d.dec.38.nu.5.& de Angelis ad Gizzarell.d.dec.11.*

62 Sic etiam si sit facta remissio sub aliqua promissione, non per hoc annullatur remissio, ex quo promissum non sit solutum in tempore conuento, sed tãtum potest peti promissum. *Vrsil.ad Affl.dec.350. Carault d.ritu 275. num.12.* & faciunt *tex.in l.cum mota, C.de transact.* & dicta per *Gizzarel. dec.11.* & docet *Thor. compend. decis tom.2. ver.remissio, fol.569.* & an pro obtinenda remissione possit aliquid solui, vide *Danzam d tit.de remissionib.partium.cap.1. num.24. cum plurib.num seq.* & quod nihil possit recipi, nisi pecunia detur pro damnis, expensis, & interesse, dicit *Mastril.d.cap.24.n.24. cũ plurib.nu.seq.* Immo facta remissione simpliciter, non dicitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offensæ: *glosin §.fin.ver.non reuocauerunt inst.de iniurijs, Cabal. resol crim. casu 248. & D.Regens Sanfelic.dec.53.n.29. & seq.*

63 Quod si Reus plura commisit delicta, & de aliquibus habeat remissionem partium, & de reliquis non de illis, de quibus habet partium remissiones, gaudet indulto, de reliquis verò prouidetur de iustitia; *de Medicis cõ. fil.111. Nouar. dec. Regiæ Audientiæ Apuleæ 3.& D.Regens Sanfelic. dec.55.nu.18.* vt in simili si quis committat duo delicta, & de vno tantum gaudere debeat indulto, & de alio non, de delicto, de quo gaudere debet indulto, liberatur, & de alio tenetur stare iuri, vt ita decisum testatur *de Franch. dec.330.* & docent *Riccius collect.2013. in fine, & Mastril. de indulto cap.26. n.9.*

64 Et per indulgentiam concessam à nostro Rege in anno 1554. & in anno 1600. de quibus in *prag 1.& 2. de abolit.* fuit declaratum, vt etiam includantur vassalli Baronum, qui deliquerunt, vt ipsi quoque gaudeant indulto, vt aduertit *Foller.* cuius scripta inseruit *Regens Rouit.pragmat.5.num.11.de abolit.*

Quæ

Quæ indulgentia sic concessa, facta mentione de vassallis Baronum, præiudicat dictis Baronibus. *Catalan. de indulto, cap. 46. num. 32. vsque ad finem*, & remissiuè loquitur Regens *Rouit. rub. de abolit. n. 13. in fin.*

65 Quod si in indulto, non sit facta expressa mentio de vassallis Baronum, & tunc vassalli Baronum, non comprehenduntur in generali abolitione facta à Rege. *Minad. in Const. Reg. in aliquibus, ver. comitum, & Baronum, nu. 57.* Regens *Lanarius consil. 52. &* Nouarius *quæst. forensi 30. num. 12. lib. 1.* Sed quod in indulto generali comprehēdantur vassalli Baronum, dato, quod de eis nulla sit facta mentio, dicit decisum Regens *Sanfelic. dec. 55. num. 11.* & docet *Mastrill. de indulto, cap 3. num. 11. & seq.* nisi vassallus Baronis veniat puniendus pœna pecuniaria applicanda Baroni, quia tunc ipse non comprehenditur in generali indulto. *Mastril. dicto tract. de indulto, cap. 21. num. 5. & 6. & cap. 44. num. 5.* Sed banna, quæ fieri solent, quod qui capit, vel occidit foriudicatum, non possit molestari de quocūque delicto, talia banna, dum concernunt bonum publicum pro estirpatione bannitorum, comprehendunt etiam vassallos Baronum, dato, quod in dictis bannis non fit facta mentio de vassallis Baronum. *Regens de Ponte de potest. Proregis, tit. 1. §. 4. num. 45. Ioan. Grandis de bello exulum prædicamento pazi, quæst. 3. speciali 38. nu. 2. & Minad. d. ver. Comitum, & Baronum, n. 58.*

66 Sed Prorex non potest facere gratiam vassallo alicuius Baronis in præiudicium ipsius Baronis. *Ancharan. consil. 161. num. 2. Boss. pract. crim. tit. de remediis ex sola clementia Principis, nu. 13. Thes. lib. 2. quæst. forens. cap. 58. num. 9. Capibl. de Baronib. prag. 8. par. 1. num. 168. & Nouarius quæst. forens. 30. lib. 1.* Nisi hoc Prorex faciat ex causa, quæ si non adest, Prorex hoc facere non potest. *Gramat. cons. crim. 34.* Et immunitates non in omni casu à Prorege vassallis Baronum concedi possunt. *Mastril. dec. 263. & Nouar. d. quæst. forensi 30. num. 11.* Sed, quod Prorex possit facere gratiam vassallo Baronis in præiudicium ipsius Baronis, dicit decisum *Dominus* Regens *Sanfelicius dec. 55. in 1. dub.*

67 Et indultandus debet exprimere omnia delicta in supplicatione, pro quibus vult se indultari. *Io. Grandis de bello exulum prædicamento de quantitate, quæst. 3. num. 25, & Capibl. de Baronib. tom. 2. cap. 31. num. 36.* Et indultum vnius delicti non iuuat, si non fuit expressum per indultatum feciſſe aliud delictum per prius. *Abb. in cap. 1. de Clerico percuſſ. Petrus Garzia à Toleto dicto 61.* & hoc etiam si primum delictum esset punitum. *Affl. in Const. Reg. vt vniuersis, num. 10. & Mastril. de indulto, cap. 28. n. 14.* Quod intellige in indulto particulari certæ personæ, secus in indulto generali, qui conceditur à Rege. *Io. Grandis d. prædicamento de quantitate, q. 3. nu. 24. & Anna sing. 239.*

68 Quod si in generali indulto, sit exceptuatum crimen violentiæ, seu offensæ in personam Officialis, hoc intelligitur exceptum, si offensio sit facta in personam Officialis intuitu officij, & non odio particulari, & quod Officialis incepisset officium exercere. *de Franch. dec. 326.* Regens *Rouit. prag. 5. num. 28. de abolitionib. & in rub. de exulib. num. 12. Mastril. de indulto, cap. 36. n. 21. & 23. & Cabal. resol. crim. casu 148.* & intelligitur etiam si offensio sit facta durante officio, vel eo finito, & durante tempore sindicatus; secus si post, quia tunc, dato, quod offensa esset facta ex causa præteriti officij, tamen offendens gaudet indulto. *de Franch. d. dec. 403.* & ibi *Viscont. in Add.* Reg. *Rouit. in pragmat. 5. num. 29. de abolit. & in rub. de exulibus, num. 12.* & faciunt dicta per *Cabal. resolut. crimin. casu 111.* & in specie *Mastril. de indulto, cap. 36. num. 9. cum plurib. seq.*

69 Et scias, quod indulgentia publicata in Ciuitate Neapolitana, si quis postea delinquat in partibus, ante tamē publicationem indulgentiæ in Patria delinquentis, in hoc casu ipse delinquens gaudet indulgentia. *de Franch. decis. 360.* & faciunt dicta per *Follerium* cuius scripta inseruit Regens *Rouit. prag. 5. num. 52. de abolit.* Ex quibus desumitur, quod indultum debet publicari in Prouincijs. *Catalan. de indulto, quæst. 10.* Quod secus si quis delinquat post publicationem indulgentiæ in sua Patria, quia tunc non gaudet indulgentia. Regens *Rouit. d. prag. 5. num. 51. de abolit. & in rub. de exulibus. nu. 16. de Franch. dec. 468.* Prout etiam quis non gaudet indulto, si sub spe dicti indulti delinquat, puta quia sciebat, indultū esse concessurum. Regens *Rouitus d.*

Digitized by Google

prag. 5. nu. 53. de abolit. Io. Grandis d. pradicamento de quantitate. quæst. 3. num 14. *Iul. Clar pract. crim. §. fin. quæst. 59. vers. fortius, Mastrill. de indulto cap. 6. nu. 6.* & faciunt dicta per *Annam sing. 51.*

70 Et indultum comprehendit tãtum delicta præterita, & non futura, & sic facta post indultum. *de Nigris d. cap. Reg. 12. nu. 20. Iul. Clar. d. quæst. 59. ver. succeßiuè, Caranit. prag. 1. n. 100. de exulib. Catalan. de indulto cap. 2. n. 55. cum plurib. nu. seq. & cap. 49. nu. 12. Novarius in collect. ad prag. 1. n. 1. de abolit. & Mastrill. de indulto cap. 6. à n. 1. vsq; ad n. 5.* vbi dicit, hoc etiã procedere in saluo conducto, qui nõ extenditur ad delicta futura, & idem tenet *Farinac. pract. crim. tit. de carcerib. & carceratis quæst. 29. n. 58.*

71 Et gratia, & indulgentia pro delictis futuris, non valet. *Iaſ. in l. pactus §. illud nulla ff. de pactis. Antonius Sola ſuper Conſt. Sabaudiæ tit. de indulgentijs. in Conſt. indulgentiam poſt n. 13. fol. mihi 193. & in Conſt. Carolus. n. 12.* nam delicta futura, non possunt remitti, ne detur occasio delinquendi. *l. ſi vnus §. illud, & §. pacta ff. de pactis, & l. conuenire. C. de pactis dotalib.* Quod intellige, si indultum concedatur ob publicam lætitiam, vel seruitiũ temporale, quia tunc indultum, non trahitur ad delicta futura, secus si indultum fiat propter seruitium perpetuum, & publicam vtilitatem, quia tunc eius dispositio trahitur etiam ad delicta futura, ita *Bolognettus in l. omnes populi. num. 24. ff. de iuſt. & iure, Baiard. ad Clarum §. homicidium n. 205. & Paſcal. de viribus patriæ poteſtatis part. 4. cap. 3. n. 29.*

72 Et vt quis gaudeat indulto pro delictis factis, est necesse, vt pro ipsis delictis sit inquisitio formata, nam indultus concernit processus pẽdentes, & non futuros. *de Nigris d. cap. Regn. 12. n. 13. & Io. Grandis d. pradicamento de quãtitate quæſt. 3. nu. 25.* sed contrarium tenent *Caranit. prag. 1. nu. 121. de exulib. & Regens Rouit. prag. 5. n. 13. & n. 19. de abolit.* & est *pragm. 2. de abolit.* in qua cauetur, quod omnes delinquentes antè *d. prag.* indultentur, etiam si processus non sit inchoatus, & cẽptus; sed prima opinio procedit, quando in indulto non est facta mentio de delictis, pro quibus non dum accusatio est instituta, quia tunc indultum non comprehendit accusationes non dum institutas. *l. 2. C. de generali abolit.* aliàs si in indulto sit facta mentio de delictis, pro quibus, non dum accusatio est instituta, prout est in *d. prag. 2.* & tunc est secus. *Catalanus de indulto cap. 6. num. 38. & cap. 8. per totum, & cap. 49. in princ.* & quod de iure indultum non extendatur ad inquisitiones, non dum institutas, dicit *Mastrill. de indulto. cap. 7.*

73 Quod si quis delinquat cum armis igneis quibuscunq; modis sint, licet in rixa, tamen non gaudet indulto, & semper dicitur excluſus ab omnibus indultis, quod si fuerit decretum, talẽ inquisitum gaudere indulto, sententia est nulla, vt in *pragm.* edita per Excellẽtissimum Comitem Montisrealis de anno 1637. §. 5. de armis.

74 Sed quid si bannum, vel statutum disponat, vt si quis interficiat foriudicatum, vel eum capiat, & Curiæ præsentet, gaudeat indulto, an delinquẽs cum armis igneis hoc faciens, gaudere debeat indulto, & per supradictam *pragmaticam* videtur dicendum, quod non, nam per *d. prag.* tales delinquentes cum armis igneis intelliguntur excluſi ab omnibus indultis, qui promulgantur pro quauis causa, sed contrarium puto verum, prout est in crimine falsi, quod licet non includatur in quolibet generali indulto, tamen intelligitur, quando indultum conceditur propter lætitiam, secus si causa probabili, & propter publicam vtilitatem, quia tunc comprehendit crimẽ falsi, vt infra dicam n. 78. sic etiam licet sodomita, non posit guidari, tamen ob publicam vtilitatem potest guidari, vt dixi supra cap. præcedenti n. 28.

75 Sic etiam Prorex huius Regni, non potest indultare inquisitos de falsa moneta. *prag. 17. de monetis,* & in omnibus indultis hoc crimen falsæ monetæ exceptuatur, vt in *d. pragm. 1. & 2. de abolitionib.*

76 Idem est in inquisito de crimine nefando, qui non potest indultari, & aggratiari à Prorege huius Regni, vel ab aliquo alio Officiali. *pragm. 1. & 3. de ſodomia,* in qua *pragm. 3.* etiam dicitur, blasphemantem Deum, vel eius Matrem sanctissimam, non posse indultari, & quod sodomita non possit aggratiari, tenet *Riccius dec. 108. part. 3. & Mastrill. de indulto cap. 31. n. 5. & seq.*

77 Sic etiam si quis petat ab aliquo, vt ipsi mittat aliquam pecuniæ quantitatem, si non sit missa, & propter

hoc

Digitized by Google

hoc ipſe petens immittat ignem frugibus, vel interficiat animalia ipſius, cui fuit petita quantitas pecuniæ, in hoc caſu iſte incendiarius, vel occidens dicta animalia, non gaudet indulto, & ſemper intelligitur excluſus ab omni indulto. *prag.13.§.1. & pragm. 14.§.2. de exulib.*

78 Sic etiam in generali indulto non includitur crimen falſi. *leg. Lucius, vbi Bart. ff. ad Senat. Conſ. turpil. Iulius Clarus pract. crim. § fin. quæſt. 59. ver. in huiuſmodi, Affl. dec. 404. num. 23. Gramat. dec. 2. nu. 28. & dec. 74. num. 18. & voto 3. num. 10. Catalan. de indulto, cap. 36. num. 66. cum plurib. numeris ſeq. Maſtril. eodem tract. de indulto, cap. 38. num. 3. Regens Rouit. rub. de abolit. num. 3. & in prag. 5. num. 19. eod. tit. de abolit. de Nigris d. cap. Reg. 12. num. 15. & Foller. prag. de foriudicatis, num. 34.* Quod intellige, quando falſitas eſt commiſſa principaliter in ſubſtantia negotij, ſecus ſi falſitas ſit commiſſa in circumſtantijs, quia tunc crimen falſi includitur in generale indulto. *Catalan. de indulto. cap. 39. nu. 50. & ſeq.* & argumento eorum, quæ traduntur per *Gramat. deciſ. 43.* & per *Regentem Rouitum rub. de compoſitionib. num. 8.* ſed indultum conceſſum ex alia cauſa probabili, quàm publicæ lætitiæ comprehēdit crimen falſi. *Catalan. de indulto, cap. 36. num. 79.* vbi *num. 77.* dicit, quod quando Princeps indulget ex certa ſcientia per abolitionem generalem, vel ſpecialē includitur crimen falſi, & *num. 78.* dicit, quod etiam includitur crimē falſi, ſi de dicto crimine in indulto ſit facta expreſſa mentio, ſed *Maſtril. de indulto, cap. 27. num. 6. & ſeq.* dicit, quod crimen falſi comprehenditur ſub generali indulgentia, ſecus in generali abolitione.

79 Sic etiam in indulto generali non includitur crimen parricidij. *Nouarius in coll. ſuper rub. prag. de abolit. n. 22.*

80 Et quando quis non gaudet indulto propter delictum exceptuatum, neque eius receptatores gaudent indulto, vt dixi ſupra in hac eadem practica foriudicatoria cap. 18. poſt n. 1.

81 Et quando in aliquo indulto exceptuantur aliqua crimina, intelliguntur etiam exceptuata omnia crimina, quæ de iure ſunt exceptuata, licet in dicto indulto non ſint expreſsè exceptuata. *Foller. in prag. de foriudicatis, n. 34.* ſed contrarium tenet *Io. Grandis d. prag. dicamento de quantitate, quæſt. 3. num. 15.* & idem *Foller.* ſibi contrarius, cuius ſcripta inſeruit *Regens Rouit. prag. 5. n. 40. & 41. de abolit. & Guazzin. ad defenſ. reorum, def. 2. cap. 9. n. 25.*

82 Sed in generali indulto includitur homicidium factum in perſonam Sacerdotis, niſi in indulto hoc crimen ſit exceptuatum. *Maſtril. dec. 68.* ſed ſi in indulto ſit exceptuatum ſacrilegium factum intus Eccleſiam, ſi quis interficiat Sacerdotem extra Eccleſiam, iſte talis homicida gaudet indulto, vt ita deciſum teſtatur *de Franch. dec. 499. & Cabal. reſol. crim caſu 60. nu. 6.* ſic etiam gaudet quis indulto ſi committat homicidium in oſtio Eccleſiæ, dato, quod in indulto ſit exceptuatum crimen ſacrilegij. *de Franch. deciſ. 402.*

83 Quod ſi quis reuelat, & probare faciat per aliquem fuiſſe receptatum foriudicatum, ipſe reuelans cōſequitur indultum delicti, etiam ſi pro dicto delicto ſit foriudicatus. *prag. 2. §. 2. de recept. delinquent.*

84 Sic etiam ſi quis denunciat, & probare faciat, aliquem extraxiſſe extra Regnū monetam huius Regni, gaudet indulto, ſi ipſe ſit conſocius in extractione prædicta. *prag 2. §. 17. de monetis,* aliàs ſi non ſit delinquens, & tunc poteſt nominare aliquem inquiſitū, & foriudicatum de aliquo delicto nō exceptuato, qui nominatus, facta dicta nominatione, & verificato delicto extractionis, ipſi nominato expeditur indultum in forma Cācellariæ, etiam ſi non habeat ipſe nominatus remiſſionem partis de delicto, pro quo fuit foriudicatus. *prag. 24. §. 2. de extractione.*

85 Sic etiam ſi quis denunciat, & probare faciat, aliquem commiſiſſe crimen falſæ monetæ, ſi ſit conſocius in dicto crimine conſequitur indultum. *prag. 2. §. 21. de monetis,* ſed per *pragm. 12. §. 2. de monetis,* diſponitur, vt ſi inquiſitus de falſa moneta capiat alium inquiſitum de eodem crimine, & verificet crimen contra captum, in tali caſu capiens, etiam ſi ſit foriudicatus pro crimine falſæ monetæ, gaudet indulto, quod ſi plures ceperit, & verificauerit delictū, poteſt tot nominare, quot cepit, & nominati, probato delicto, contra captos, conſequuntur indultum in forma Cancellariæ. *d. prag. 12. §. 4. de monetis;* pā ſemper indultum

expedi-

expediri debet in forma Cancellariæ cum sigillo Regio. *prag.8.de fide memorialium*; Et sciens fabricantes, vel tondentes monetas, & eos non manifestans, punitur pœna triremium per decennium si sit ignobilis, & relegationis, si sit nobilis. *prag.2 §.28. de monetis*, & etiam de iure communi si cõscius huius criminis non reuelat punitur. *l.1. §. domus, C. de falsa moneta*, & docet *Catalanus de indulto, cap.28.nu.70. & Mastril.eod tract.cap.27.num.21.* Et reuelanti datur medietas valoris monetarũ, & stilium repertorum penès monetarium. *pragm.10. de monetis*, & detegens monetas incidentes habet ducatos triginta. *cap. Reg. iam sæpè.*

86 Et quando per aliquod bannum, vel statutum, seu pactum conceditur indultum reuelanti, & patefacienti aliquod delictum; vt quis gaudeat dicto indulto non sufficit, vt ipse indicat delictum tantum, sed est necesse, vt adducat probationes. *Paris de sindic. ver præmiũ per tex.in l.indicare, ff de verb. signif.* & docet *Capibl.de Baronib. prag.6. num.146.* vbi in *Add* dicit, quod indultum concessum patefaciẽti delictum, habet locum etiã si probationes plenæ non adducantur, sed tantum sint sufficientes ad torturam, citat *Viuium dec.169 num.4.* & docent *Mastrill.de indulto, cap.29. num.22. & Dominus Regens Sanfelic. dec. 222.* sed attendenda sunt verba Principis posita in dicto banno, vel statuto. *Giurba cons. 22. & Mastard. de probationib. conclus. 833. num.12.* Et statuto disponente, quod arguenti quem de hæresi dentur centum, si quis accusat, sed non probat heresim, in hoc casu iste talis non debet habere centum. *Catalan.de indulto cap.6.n.36.* & quod consocius manifestans consocium, vt sit immunis necesse sit, vt faciat conuincere consocium indicijs ad torturam. dicit *D. Consil. Merlin. controuers forens. cap.33.nu.3.* citat *Viuium d. dec.196.n.7.*

87 Et aliquando fiunt banna, quod si vnus foriudicatus occidat, vel capiat, & tradat Regiæ Curiæ alium foriudicatum, gaudeat indulto, etiam si non habeat partis remissionem pro delictis, pro quibus fuit foriudicatus, prout plura banna, in hoc fuerunt emanata, vt constat ex *prag.1. §.2. & seq. ex prag.3. ex prag.5. §.2. cum plurib. §§. seq. ex prag.9. §.2. ex prag.15. & ex prag.16. de exulib.* & idem bannum nouissimè fuit emanatum, per Excellentissimũ Magnum Admiratum Castigliæ Viceregem huius Regni sub die 19. Maij §. 7. cum pluribus §§. seq. & alium sub die 1. Decembris 1644. §. 7. Et dictæ ordinationes, & banna sunt obseruãda, prout dictant, & cum eius qualitatibus. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento de quantitate, quæst.2. num.11.* & omnes supradictæ *pragm.* sunt locales, temporales, & personales, & ideo hodie, non possunt allegari in alijs casibus.

88 Sed per *Consilt. Reg. pœnam eorum, ver. ad hoc*, disponitur, quod si bannitus, & foriudicatus occidat, vel capiat alium bannitum, & foriudicatum, ipse occidens, vel capiens, euitabit pœnam bãnitionis, & foriudicationis, secus si foriudicatus bannitum tantum ceperit, quia tunc non euitabit pœnam foriudicationis, vt in *d. Consil. Regni pœnam eorum, ver. ad hoc*, & ibi communiter *DD.* & per *d. Consil.* remittitur tantum pœna foriudicationis, & non criminis foriudicato occidenti aliũ foriudicatum, vt ita iudicatum in fauorem Fisci, refert *D. Consil. Merlin. controuer forens. cap.63.*

89 Sic etiam, si duo foriudicati pro delictis non exceptuatis occidant, vel præsentant aliquem, qui imposuit ignem in frugibus, ex quo dominus frugum, noluit ipsi mittere pecuniã, isti occisores, vel capientes, & præsentãtes Regiæ Curiæ talem inquisitum possunt indultari. *prag 13. §.2. de exulib.* quod fuit extensum etiam contra occisores animalium pro eadem causa, vt in *prag.14. §.3. de exulib.* vbi §.4 disponitur, quod si occidens non sit delinquẽs, potest duos foriudicatos nominare, qui nominati gaudent indulto, dato, quod ipsi nominati, non habeãt partis remissionem pro delictis, pro quibus ipsi nominati fuerũt foriudicati.

90 Sic etiam repertus armatus cum armis igneis in comitiua quatuor bannitorum, licet non sit inquisitus, tamen potest impunè occidi, & de eius capite potest indultari vnus bannitus, vt in *prag.* edita per Excellentiss. Ducem Medinæ sub die 25. Iulij 1643. §.5. in fine.

91 Et per *tex. in l. non omnes, §. fin. ff de re militari*, disponitur, quod si transfuga multos

Digitized by Google

multos latrones apprehendat, & plures transfugas demonstrat, potest ei parci; sed si promittat hoc facere, ipsi non parcitur.

92 Et bannæ disponentia, vt foriudicatus occidens, vel capiens alium foriudicatum, & eum præsentans Regiæ Curiæ gaudeat indulto, talia banna valere, dicunt *Nellus de bannitis in 3. parte 2. temporis n. 6. Ioannes Grandis de bello exulum in prædicamento pati. quæst. 3. speciali. 36. & Reg. de Ponte de potest. Proregis. 1. §. 4. n. 38.*

93 Sed statutum de rebannitione bannitipropter occisionem, vel præsentationem alterius banniti, non potest induci per Iudicem inferiorem, sed tantum per Principem. *Farinac. quæst. 103. n. 193. & Guazzinus ad defensam Reorum def. 2. cap. 9. n. 24.*

94 Vnde quando non adsunt supradicta banna facta ab Excellentissimo Domino Prorege huius Regni, Præses Prouincialis de per se non potest promittere alicui bannito indultum pro aliquo seruitio; sed ipse Præses promittit impetrare à Prorege dictũ indultum, mediante seruitio, & deinde, data relatione, de albarano per ipsum Præsidem dicto Proregi, ipse Prorex assentit. *Io. Grandis de bello exulum prædicamento pati. quæst. 3. speciali 11. nu. 2. & Capibl. de Baronib. prag. 6. nu. 151.* Et à fortiori Capitaneus alicuius loci non potest statuere, vt bannitus præsentans alium bannitum cancelletur à banno, sed hoc facere debet cum licentia sui Superioris, non recognoscẽtis superiorem. *de Nigris d. cap. Reg. 12. n. 28. Caruit. prag. 1. n. 49. de exulib. & Io. Grandis d. prædicamento de quantitate quæst. 3. n. 19.*

95 Et merito *Dominus Consiliarius Merlinus controuers. forens. cap. 33. num. 4.* affirmat, Barones huius Regni non posse indultum promittere reuelanti crimen, etiam præuia partis remissione, sed hoc esse Supremo Principi reseruatum, sequitur *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de guidatico cap. 11. in fine*, sed contrarium tenet *Capibl. d. prag. 6. num. 130.* sed conciliando has opiniones dico, opinionem *D. Merlini* procedere in foriudicato, cui Baro non potest promittere indultum, si reuelat alin quod crimen, nam solus Princeps potest bannitum cancellare à banno. *Bur. in l. relegati ff. de pœnis.* Vnde Magna Curia Vicarie non potest bannitum per Præsidem extrahere à banno, absque speciali licentia Proregis, quod si secus fecerit erit irritum. *Affl. in Const. Reg. cordis nobis. nu. 9. & Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati. quæst. 3. speciali 49.* nam solus Princeps potest foriudicatum aggratiare. *de Franch. decis. 213. & Boss. pract. crim. tit. de Principe n. 227.* Et Iudex inferior non potest foriudicatum extrahere à banno, sine licentia Regis. *de Nigris in cap. Regn. siue quis. post n. 26.* & quod Iudex inferior non possit aggratiare bannitum, tenent *Mastrill. de indulto cap. 2. nu. 12. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione quæst. 6. n. 10.* vbi *n. 13.* hoc limitat quãdo ipse Iudex habet facultatem gratiandi bannitum, & idem tenet *Mastrill. d. cap. 2. n. 49. & 14.* dicit ipse *Farinac.* ibi, quod Iudex non potest bannitum rebannire, inconsulto Principe, ex magna, & legitima causa, puta quia ipse bannitus multos alios bannitos detexerit, ac causam apprehensionis eorum præstiterit, & idem tenet *Mastrill. de indulto cap. 2. num. 48. & 50.* licet contrarium teneat *Catalanus de indulto cap. 9. n. 92. per tex. in l. non omnes §. fin. ff. de re milit.* & per doctrinam *Farinac. d. nu. 14.* tamen opinio *Farinac.* est contra opinionem ipsius *Catalani*, sed *Catalan.* loquitur de iure, & *Farin. & Mastrill.* loquuntur de consuetudine. Et neq; Baro potest foriudicatum graziare. *Capibl. d. prag. 6. num. 32.* Et licet *Foller. in prag. de abolitionib. n. 49.* cuius scripta inseruit *Regens Rouit. prag. 5. de abolitionib.* dicat ipse *Foller.* quod Barones possint concedere indulgẽtiam foriudicatis, tamẽ eius opinio reijcitur per *Capibl. d. prag. 6. n. 32. & per Regentem Rouit.* ibi *nu. 60. in fine*, ex doctrina *de Franch. decis. 370.* Vnde merito *Anna sing. 48.* dicit, quod Rex tantum facit gratiam condemnatis, lecta sentẽtia, & non Baro, & idem tenent *Boss. d. tit. de Principe nu. 227. Mastrill. de indulto cap. 2. nu. 37. & seq. Catalan. de indulto cap. 9. n. 3. cum duob. nu. seq. Guazzinus ad defensam Reorum def. 2. cap. 9. nu. 2. Chartar. de exequut. sent. cap. 3. nu. 58. & seq. & Io. Grandis d. prædicamento de quantitate quæst. 3. n. 4. in fine*, vbi *nu. 5.* dicit, quod si Baro habeat regalia, potest eius Capitaneus, delinquentibus subiectis suæ Curiæ, expedire indultũ, & ita intelligit *Foller.* vbi supra *nu. 49.* sed opinio *Capibl.* procedit in simplici inqui-

inquisito non dum condemnato, cui Baro potest promittere indultum, si reuelat aliquod crimen, nam Barones in Regno possunt facere gratias inquisitis eorum iurisdictionum ante sententiam, & non post. *de Franch. dec. 370. & Regens Rouit. rub. de abolit. num. 11.* & dixi in *tract. de foro competenti. cap. 68. in princ.*

96 Et quod potestas indulgendi in solo Principe resideat, est *tex. in l. rescripta*, vbi *Iaſ. & Paul de Castro C. de precib. imp. offer. & in cap. rescripta, vbi glos. 25. q. 2.* & docet *Catalanus de indulto quæst. 4. nu. 9.* vbi *nu. 11. & seq.* dicit, quod indulgentia non potest concedi delinquentibus per feudatarios inferiores, cum potestas indulgendi sit de regalibus, & idem tenet *Mastrill. de indulto cap. 2. d nu. 1. cum plurib. n. seq.* & *n. 13.* dicit ipse *Catalan.* ibi, quod indulgentia conceditur per feudatarios inferiores, quoad bona, & pœnam dictis feudatarijs inferioribus applicandam, & idem tenet *Mastrill. d. cap. 2. n. 17.* & Barones licet non possint gratiam facere post sententiam in delictis capitalibus, tamen secus est quoad pœnas pecuniarias, quæ ipsis Baronibus applicantur. *Catalan. de indulto cap. 9. n. 35.* Immo Iudex potest remittere pœnam, si solum vertatur interesse Baronis, & eius Fisci, & non aliorum. *de Nigris in cap. Reg. ad peruersorum nu. 51.* Sed si feudatarius inferior habeat iura regalia, in hoc casu ipse habet potestatē indulgendi, vt supra diximus, & docet *Catalan. de indulto d. quæst. 4. nu. 14.* sed *Mastrill. de indulto cap. 2. nu. 18. cum quatuor n. seq.* dicit quod, vt Baro possit gratiam facere suis vassallis de delictis per eos commissis, est necesse, vt in specie sit concessa talis facultas aggratiandi ipsi Baroni, prout etiam si Baro ifi eius inuestitura habeat facultatem gratiandi post sententiam, in hoc casu ipse Baro potest gratiam facere post sententiam. *Iul. Clar. § fin. quæst. 59. vers. & hæc quidem concluſio. Boß. pract. crim. tit. de remedijs ex ſola clementia Principis nu. 52. & Catalan. de indulto d. cap 9. num. 53.* prout hanc potestatem habet Princeps Bisiniani, & Dux Martinæ. *Capibl d. prag. 6. n. 32. & 35. & in prag. 7. n. 23. & Mastrill. de indulto cap. 2. n. 39.*

97 Et quando bannum simpliciter disponit, vt si foriudicatus occidat, vel capiat aliū foriudicatum, & eum consignet Regiæ Curiæ gaudeat indulto, vt ipse occidens, vel capiens gaudeat indulto est necesse, vt ipse occidat, vel capiat foriudicatum, & non alius. *Caranz. prag. 1. n. 38. & seq. de exulib. & Foller. in pragmatica de foriudicatis n. 18. & 42.* Immo si quis insequatur bānitum, & cum esset prope aliquam terram, omnes de dicta terra commoti sint, & capiant dictum bannitum, adhuc primo insequens non gaudet indulto. *Foller. d. prag. de foriudicatis. nu. 18.* nisi primo insequens vulnerasset bannitum, ita vt capi possit, nam si donec insequatur, sit ab alio captus, primo insequōs, & vulnerans gaudet præmio, vt in simili dixit in fera, *de*

98 *Nigris in cap. Regni ad hoc nu. 92.* Et qui falsō, & mendaciter dicit, se bānitum occidisse ad finem consequendi gratiam vigore banni, iste talis punitur pœna mortis, ita *Foller. pract crim. in 3. parte. 3. partis. rub. & si confitebūtur. n. 116.* Quod intellige quando iste, qui falso asserit se occidisse bannitum erat dignus morte, quia detecta falsitate, gratia, quam consequutus fuit ex ista falsa assertiua, est nulla, & mittitur ad patibulum, sed quando non erat dignus morte, & tunc, detecta falsitate, propter istam falsitatem punitur pœna extraordinaria, nisi fuerit inscius fraudis, & falsitatis, quia tunc non punitur propter falsitatem, sed gratia, quam consequutus fuit, annullatur, ita *Caball. resol. crim. casu 151.*

99 Sed si bannum dicat, quod etiam nominati à capiente, vel occidente foriudicatum gaudeat indulto, & tūc nominati gaudent indulto. *Io. Grandis d. prædicamento de quantitate quæst. 3. n. 2. de Franch. decis. 433.* & latè *Regens Rouit. in rub. de exulibus à nu. 25. vsq; ad finem.*

100 Quod si bannum disponat, vt qui cepit, vel occidit ducem bannitorum possit nominare duos foriudicatos, & qui cepit, vel occidit foriudicatum, non ducem bānitorum possit nominare vnum foriudicatum, qui nominati gaudeant indulto; si quis cepit, vel occidit foriudicatum, & credens esse ducem bānitorum nominet duos foriudicatos, si deinde reperiatur, quod foriudicatus captus, vel occisus non sit dux bannitorum, sed sit simplex foriudicatus, in hoc casu foriudicatus primo nominatus à capiente, vel occidente gaudet indulto, & secundo

Digitized by Google

cundo hominatus excluditur. *Regens Rouit. rub. de exulib. num.* 15. & per *tex. in l. generaliter*, §. *quid ergo, ff. de fideicom. libert.* dicit fuisse decisum *de Franch. de*
101 *cis.* 433. vbi ipse *Præs. de Franch.* dicit etiam fuisse decisum, quod si ipse nominatus post nominationem delinquat, adhuc gaudere debeat indulto pro delictis antea factis, licet puniri possit pro ipso nouo delicto, sequuntur *Pascal. de virib patriæ potest. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 19. *& seq. Capiblan. d. prag.* 6. *n.* 165. *Amend. ad Præs. de Franch. dec.* 258. *nu.* 6. *& Danza de pugna DD. to.* 2. *tit. de guidatico, cap.* 10. *ver. secus*.

102 Sed si indultum sit alicui concessum cum clausula, quod si indultatus in futurum simile delictum, pro quo fuit indultatus, commiserit, intelligatur ipso iure priuatus tali indulto; si iste sic indultatus, deindè committat simile delictum, ipso iure intelligitur reuocatum dictum indultum, & ipse punitur, tàm pro delicto præterito, pro quo fuit indultatus, quàm pro ipso nouo delicto. *Ias. in l. si vnus*, §. *pactus ne peteret, num.* 46. *ff. de pactis*, quod intellige, si iste indultatus sit legitimè cõuictus de ipso nouo delicto. *Catalan. de indulto, cap.* 30. *n.* 32. *& 33.*

103 Et vt foriudicatus, occidens alium foriudicatum, gaudeat indulto vigore banni simpliciter emanati, est necesse, vt foriudicatus occisus esset cõuictus de delicto ab eo patrato, veris probationibus, & non vt esset foriudicatus propter eius cõtumaciam. *de Nigris d. cap. Reg.* 12. *num.* 25. *Hippol. de Marsi. in pract. crim.* §. *sequitur modo, nu.* 20. *& in* §. *postquam, num* 54. *& in l. vnica, num.* 135. *C. de raptu virginum, & Catalan. de indulto, cap.* 22. *num.* 138. *& seq.* Prout etiam si statutum disponat, vt foriudicatus possit impunè occidi, vt ipse foriudicatus possit impunè occidi, est necesse, vt sit conuictus veris probationibus, & non vt sit foriudicatus propter eius contumaciam, vt docẽt *Hipp. de Marsi. de bannitis, ver. contumacia, num.* 113. *& d.* §. *postquam, num.* 54. *Chartar. de exequut. sent. cap.* 1. *num.* 41. *&* 294. *& Viuius commun. opin. lib.* 1. *opin.* 290. *in prima limitatione.* Quod ego nõ sequor de iure Regni, prout etiam hoc non sequitur de iure Regni. *Carrerius pract. crim. tit. de homicidio, versic. septimo igitur, num.* 32 *fol. mihi* 194. nam per *Const. Regni, pœnam eorum*, foriudicatus habetur, ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerit, esset per diffinitiuam sententiam condemnatus; ergo occidens foriudicatum gaudet indulto, dato, quod foriudicatus occisus non esset veris probationibus conuictus de delicto, pro quo fuit foriudicatus. *Carauit. prag.* 1. *nu.* 106. *de exulib.*

104 Et licet *de Nigris d. cap. Reg.* 12. *nu.* 26. *Guazzin. ad defensam Reorum, def.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. *cum plurib. numer seq. & Cabal. resol. crim. casu* 197. dicant, quod vt foriudicatus capiens, vel occidens alium foriudicatum gaudeat indulto vigore banni, sit necesse, vt foriudicatus captus, vel occisus esset inquisitus de pari, vel grauiori delicto, quam foriudicatus capiens, vel occidens, tamen hodie occidens, vel capiens foriudicatum gaudet indulto vigore banni simpliciter emanati, dato, quod occidens sit inquisitus de grauiori delicto, quàm occisus; ita *Nellus de bannitis in tertia parte secundi temporis, num.* 8. *Ioan. Grandis d prædicamento de quantitate, q.* 3. *num.* 3. *& Capibl. d. prag.* 6. *num.* 147. Prout etiam si pluries foriudicatus præsentet Curiæ semel foriudicatum, gaudet indulto vigore banni simpliciter dictantis, quod si foriudicatus ceperit foriudicatum viuum, & eum Curiæ præsentauerit, gaudeat indulto; ita *Nellus de bannitis in* 3. *parte secundi temporis, num.* 7. sed *Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, ver. septimus casus est, n.* 87. *fol. mihi* 19. dicit, quod si quis sit foriudicatus ex pluribus delictis, & capiat alium foriudicatum, nõ consequitur præmium omnium delictorum, sed de vno tantum.

105 Sed si bannum, vel statutum dicat, quod occidens, vel præsentans bannitum, possit eximi facere de banno seipsum, vel alium bannitum inquisitum pro pari, vel minori delicto, si inquisitus, & bannitus pro homicidio occidat bannitum pro adulterio non gaudet indulto, nam homicidium est crimen grauius adulterio. *Cabal. resol. crim. casu* 244. sic etiam si bannitus pro homicidio commisso veneno occidat bannitum pro homicidio commisso cum armis, non gaudet indulto vigore supradicti banni. *Cabal. resol. crim. casu* 197. nam homicidium commissum veneno est delictum grauius homicidio commisso cum armis. *Cabal. de omni genere homicidij, nu.* 419. *& seq. & n.* 550.

Digitized by Google

Danza de pugna DD.tom.2. tit.de veneno, cap.1.num.4. & Mastril.de indulto, cap.35. num. 2.

106 Et occidens foriudicatum, qui de proximo expectat indultum, puta si cepit alium foriudicatum, & pendente cáusa indulti, sit à sciente occisus, in hoc casu occidens nō gaudet prēmio banni. *Io. Grandis d.praedicamento de quantitate, quaest.3.num.21.* Immo in hoc casu occisor punitur. *Io: Grandis d.q.3. post num.13. Foller.pragmat.de foriudicatis, num.12.& 27.& Monticell.pract.crim.reg. 3.num.30.* nam rebandiendus habetur pro rebandito. *Capibl.de Baronib.tom.2. cap.31.num.39.per tex.in l.qui se dicit, ff.de iudicijs,* vbi pro libero habetur, qui statim à seruitute liberandus est; & ipse *Capibl. d.cap.31. d.num.39.* dicit, quod è contra, qui de proximo est condemnandus, solet mitti ad triremes ante sententiam, loco depositi; Et absolutus dicitur etiam ille, qui est absoluēdus. *Hipp. de Marsi. tract.de bannitis, ver. absoluti, num.12.* vbi *num.14.* dicit, quod stante statuto, quod banniti debeant rebanniri, licet bannum non sit cancellatum, tamen banniti non possunt impunè occidi vigore statuti permittentis, bannitos posse impunè occidi. Et occidens bānitum de proximo rebanniendum, punitur pœna ordinaria, si sciebat dictum bannitum esse de proximo rebanniendum, aliàs si ignorabat, & tunc mitius punitur. *Carrerius pract.crim. tit.de homicidio, vers. septimo igitur, num.20. fol.mihi 193.à tergo, & Hipp.de Marsi.in l.1. nu.7. ff.ad leg.Cornel.de Sicariis,* vbi *num.70.* dicit, quod occidens bannitum, qui erat rebannitus, sed non erat adhuc cancellatus de banno non punitur, sed, quod occidens bannitum, qui de proximo est rebandiendus, puniatur, nisi occidens ignorabat, dictum bannitum esse rebaniendum, dicit ipse *Hippol.de Marsi. pract.crim.S.aggredior, n.27.*

107 Et banno disponēte, vt si vnus foriudicatus interficiat alium foriudicatum gaudeat indulto, si frater foriudicatus interficiat fratrem foriudicatum, in hoc casu non gaudet indulto. *de Nigris d.cap.Reg.12.num.23.* nam frater non potest occidere impunè fratrem foriudicatum, vt dixi supra cap. 17. num.49. vbi etiam dixi, an vigore talis banni, foriudicatus laicus occidens Clericum foriudicatum à Iudice laico, & è contra Clericus foriudicatus à Iudice laico occidens laicum foriudicatum à Iudice laico gaudeat indulto, de quo aic, vt ibi dixi, nu.8. ne hic idem repetam, & occidens mulierem foriudicatam, non gaudet indulto vigore dicti banni, secus è contra, vt dixi supra d.cap.17. n.32.

108 Et occidens bannitum extra territorium Iudicis bannientis, adhuc gaudet indulto vigore talis banni. *Hipp.de Marsi.in l.fin.num.8. ff.de iurisdict. omn.Iudic. & in l.infans, num.28. ff.ad leg. Cornel.de Sicariis, & in l.eisdem, §.fin.nu.3. ff.ad legem Corneliam de Sicariis, & in pract. crim. §.aggredior, num.21. Danza de pugna DD.to.2. tit.de armatione per campanam, cap.7.num.10.& numer.seq. & Io.Grandis d.praedicamento de quantitate, q.3. num.28. & in praedicamento pati, quaest.3.speciali 40.* vbi dicit, quod potest tamen puniri de ipso homicidio, & dixi supra d.cap. 17. num.23.

109 Et foriudicatus occidens foriudicatum inimicū ex odio particulari, nō gaudere indulto, vigore banni disponentis, foriudicatum occidentem alium foriudicatum gaudere indulto. *de Nigris d.cap.Reg.12.num.24.* sed, quod occidens foriudicatum inimicū gaudeat indulto, dixi supra cap.17.nu.21. & tenēt *Caravit.prag.1.num.133.cum plurib.num.seq.de exulib.& Ioan.Grandis dicto praedicamento de quantitate, quaest.3. nu.26.*

110 vbi *num.20.* dicit, quod interficiens foriudicatum publicè toleratum à superiore non gaudet indulto, & *nu.22.*

111 dicit ipse *Io. Grandis* ibi, quod occidens foriudicatum reclusum in aliqua Ciuitate, donec agebat partis remissionem, & concordare Curiam, talis occisor nō gaudet indulto, idem tenet *Foller.in prag de foriudicatis nu.14.*

112 Sed occidens foriudicatum gaudet indulto vigore banni, dato, quod ipse occidens ignorabat occisum esse foriudicatum, vt dixi supra d.cap.17.nu. 22. vbi num.51. habes, & quid si quis occidat foriudicatum ad sui defensionem, an occidens gaudeat indulto.

113 Et quando est disceptādum, an quis gaudere debeat indulto à iure statuto si, vel ne, hoc cognoscendum non spectat ad Curias Baronales, sed tantum ad Magnam Curiam Vicarię, vel ad Regias Audientias. *Caravit. prag.1. nu.50.de exulib. Mastril. de indulto cap.45. num.1.cum duob.numer.seq. Capibl. de Baronib.*

Digitized by Google

ronib. prag. 8. num. 149. & Io. Grandis dicto prædicamento de quantitate, quæst. 3. num. 5. vbi dicit, quod etiam Regij superiores cognoscunt de fractione indulti, & quod Regia Audientia cognoscat de causa indulti desumitur ex *pragm. 10. §. 26. de off. Iud.* sed si in Curia Capitanei Regij, quis sit foriudicatus, & occidat alium foriudicatum, ipse Capitaneus Regius, potest decernere super indultum. *Carauit. d. prag. 1. num. 51. de exulib. & Io. Grandis d. prædicamento de quantitate d. quæst. 3. num. 5. in fine,* & an indultãdus debeat personaliter comparere ad obtinendum indultum dixi supra cap. 8. n. 18.

114 Sed aduertas, quod in causa indulti debet audiri Regius Fiscus, aliàs indultum est nullum. *prag. 8. de relat. causarum,* & docent *Ioan. Grandis d. prædicamento de quantitate d. quæst. 3. num. 30. & Amend. ad Præs. de Franch. dec. 433. num. 3.* sed quando adest pars cõtraria Fiscus non citatur. *Regens Rouitus prag. 44. n. 9. de off. Sacri Reg. Cons.*

115 Sed quæritur an foriudicatus indultatus, possit torqueri, vt faciat indiciũ ad torturam contra consocios alicuius criminis, & dicas, quod nõ. *Capibl. d prag. 6. num. 145.* Prout etiam is, qui obtinuit gratiam à Principe non potest torqueri, vt faciat indicium contra consocium. *Ant. Faber. dec. 14.* sequitur *Riccius coll. 129.* sed, quod aggratiatus possit torqueri, ut faciat indicium contra consocium, dicit fuisse decisum *de Franch. dec. 459.* idem *Riccius* sibi contrarius *dec. 38. par. 1. Pascal. de virib. patriæ potest. part. 4. cap. 3. num. 7. Cabal. resol. crim. casu 29. & Guazzinus ad defensam reorum, def. 30. cap. 6. num. 3.* qui tandem *num. 6. ver. & ex ista ratione,* uidetur inclinare pro prima opinione.

116 Secundo quæritur, an indultum solo uerbo concedi possit, ita ut non requiratur scriptura, & dicas, quod sic, nam gratia Principis solo uerbo, absque scriptura perfici potest. *Anton. Sola super Const. Sabaudiæ tit. de gratiis in Const. indulgentiam, num. 9. & 10. Catalan. de indulto, quæst. 7. & Riccius dec. 242. p. 3.* Et maximè quando abolitio est facta à Principe generaliter, ob publicam lætitiam, vel aliam causam vtilitatem publicam concernentem, quia tunc dicta abolitio potest probari per testes, & non requiritur scriptura. *Antonius Sola,* vbi supra *num. 11.* sed in Regno nostro Neapolitano, gratia facta à Principe debet expediri in forma Cancellariæ cum sigillo Regio, aliàs non valet. *pragm. 4. et 8. de fide memorialium,* & Prorex non potest facere gratiam inquisito incõsulto Regio Collaterali Consilio. *prag. 7. de fide memorialium,* & in Regno indultum debet expediri in forma Cancellariæ cum sigillo Regio. *d. prag. 8. de fide memorialium.*

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatus captus potest consignari Sindico, & Electis, sed non potest habilitari per familiam Curiæ, & potest detineri in quocumque loco iurisdictionis Iudicis. num. 2. & potest extrahi extra suum domiciliũ, & potest detineri cum vinculis, & catenis. n. 3.*

4 *Carceratus in Ciuitate Neapolitana, in quos carceres debeat asportari?*

5 *Refectio carcerum ad quem spectat?*

6 *Mulieres seperatim manent carceratæ à masculis, & idem est in nobilibus, nu. 7. limita num. 8.*

9 *Vassalli, an possint compelli custodire carceratos?*

10 *Detinens foriudicatum in carcere priuato, non punitur pœna priuati carceris.*

11 *Carceratus pauper à quo alendus sit? & an ipsi sint facienda acta gratis? nu. 12.*

13 *Carcerati debent visitari, & à quo, & quo tempore? ibid.*

14 *Iudex an possit prohibere, vt nullus alloquatur cum carcerato?*

15 *Iudex tenetur quam citius expedire causas carceratorum, intellige, vt n. 16.*

17 *Recognitio personæ foriudicati fieri debet antequam exequatur sententia foriudicationis, quæ recognitio, vel fit per confessionem foriudicati, vel fit per testes. ibidem, & ponitur practica recognitionis faciendæ per ipsam confessionem, & per testes, n. 18. & 24.*

19 *Foriudicatus an debeat astare tempore recognitionis eius personæ?*

20 *Foriudicatus si noluit respondere ad interrogata, an possit torqueri ad habendum responsum? & quid si noluit subscribere suã depositionem? num. 21. et quid si sit mutus, et surdus? num. 22. et quid si negat, se esse illum, qui in sententia est descriptus, an possit torqueri? n. 23.*

25 *Plures si sint eiusdem nominis foriudicati quid agendum?*

26 *Recognitio sufficit, si fiat sub eo nomine, sub*

Digitized by Google

quo quis fuit foriudicatus, licet ipse habeat plura nomina.

27 *Recognitione foriudicati facta, exequitur sententia, dato, quod foriudicatus negauit delictum.*

28 *Monitio ad dicendum præcedere debet, antequam exequatur sententia foriudicationis, & quid in crimine recaptus. n. 29.*

30 *Copia actorum ordinariorũ conceditur foriudicato capto, et an debeat concedi copia totius processus, n. 31. et 32.*

33 *Foriudicatus existens in fortiis Curiæ plura opponere potest aduersus sententiam foriudicationis. Primo, quod erat captus, vel carceratus tempore dictæ sententia, n. 34. Secundo, potest opponere, quod Princeps ipsi remisit sententiam foriudicationis. Tertio, potest opponere de guidatico, et sic, quod fuit captus, pendente ipso guidatico, num. 39. Quarto, potest opponere de indulto, et gratia habita à Principe, num. 40. et 47. Quinto, potest opponere, quod fuit captus intus Ecclesiam, num. 49. Sexto, potest opponere, quod inseruiuit militiæ, et quod ideo debent esse immunis vigore alicuius banni, num 50. Septimo, potest opponere de minori ætate, num. 51. Octauo, potest opponere, quod in processu non adsint indicia, et quod fuit foriudicatus pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna mortis, num. 52. et 53. Nono, potest opponere, quod occisus erat foriudicatus, et poterat impunè occidi, num. 54. Decimo, potest opponere, quod pro delicto, pro quo fuit foriudicatus, non poterat procedi ex officio, num. 55. Vltimo, potest dicere de nullitate, num. 56. 60. et 61. limita, vt numer. 66. et quid in Statu Ecclesiastico, n. 68.*

57 *Nullitas sententiæ foriudicationis à quolibet opponi potest, Reo existente in fortiis Curiæ, et num. 59. Immo Iudex ex officio potest pronunciare super nullitatem notoriam, n. 58.*

62 *Clericus foriudicatus à Iudice laico potest petere se cognosci à Iudice Ecclesiastico, et foriudicatio est nulla.*

63 *Contumax condemnatus per Iudicem incompetentem, si postea per eundem sit captus, potest se tueri ex nullitate processus.*

64 *Sententia foriudicationis si sit nulla, vel iniqua, ipsa exequutioni non demandatur.*

65 *Foriudicatus, pendẽtibus nullitatibus discutiendis, non potest occidi, et neque contra eum sententia exequi potest ibidem.*

67 *Nullitas sententiæ infra quod tempus possit opponi?*

69 *Nullitas ex defectu iurisdictionis, vel citationis, vel si nullitas appareat ex eisdem actis, potest proponi, non obstante, quod statutum excludat nullitates, et n. 68.*

70 *Baro non potest insistere, quando nullitates sententia foriudicationis discutiũtur apud Regios Superiores.*

71 *Decretum faciendũ quãdo obstant, et quando non obstant nullitates sententiæ foriudicationis.*

72 *Decretum latum in fauorem vnius foriudicati per quod declaratur, nullitates obstare, an, prosit alio foriudicato pro eadem causa, et in eodem processu facto?*

73 *Foriudicatus an possit admitti ad compositionem?*

74 *Foriudicatus potest interrogari, et torqueri de sociis, mandatoribus, receptatoribus, et auxiliatoribus, et traditur practica eum interrogandi ibidem, et ipsa tortura an debeat esse grauis, vel leuis? n. 75.*

CAP. XXV.

Capto foriudicato, quid agendum?

1 QVando foriudicatus est captus viuus per priuatum, est in eius potestate, vel eũ occidere, vel ipsum viuum Curiæ præsentare, sed quando est captus viuus per familiam Curiæ, & tunc ipsa familia Curiæ non potest dictum foriudicatum impunè occidere, sed tenetur eum viuum ad Iudicem ducere, vt docet *Dominus Regẽs Sanfelic. decis. 249.* & latè dixi supra *cap. 17. nu. 11. cum quinq; num. seq.* Et quando familia Curiæ cepit foriudicatum viuum, ipsa familia Curiæ potest dictũ foriudicatum tradere Sindico, & Electis Vniuersitatis, donec maior familia venerit. *Foller. pract. crim. rub. notatos capiat de persona. n. 21.* sed ipsa familia Curiæ delinquentem captum habilitare non potest. *prag. 39. § los Capitanos de off. Magistri Iust.*

2 Et quando foriudicatus est captus viuus, Iudex potest committere, vt ipse foriudicatus captus viuus detineatur in quocunq; loco suæ iurisdictionis, donec mittat familiam ad eũ capiẽdum. *Baiard. ad Clarum § fin. quæst. 46. nu. 3. Guazzin. ad defensam Reorum. def. 5. cap. 1. nu. 24. & de Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub. notatos capiat de persona n. 74.* vbi *nu. 80.* dicit, quod Sindici, & Electi

pos-

Digitized by Google

possunt cogi ad suscipiendum mulieres pudicas carceratas.

3 Et licet carceratus non possit extrahi à carceribus sui domicilij in prima instantia, vt in *pragm. 2. vbi de delicto.* & docet *Capibl. de Baronib. pragm. 3. nn. 134.* tamẽ foriudicatus, potest duci ad alios carceres extra eius domicilium, nam quando causa est ardua, & timetur de fractione carceris, vel si vrgeret alia causa necessaria, tunc carceratus potest extrahi à carceribus sui domicilij, & duci ad alios carceres. *de Franch. dec. 526. n. 7. & seq. Regens Rouit. d. prag. 2. num. 10. vbi de delicto,* & licet *de Nigris in cap. Regni grauamina nu. 94.* teneat, quod etiam si timeatur de fractione carceris, adhuc Reus non debeat extrahi extra carceres ipsius domicilij, sed debeat admitti ad fideiussoriam cautionem de securo carcere, tamen opinio de *Nigris* (si esset vera) intelligitur de carcerato pro leuibus delictis, & non de grauibus delictis, nam foriudicatus non potest sub fideiussoribus relaxari. *de Nigris in cap. Regn. prouisa iuris sanctio n. 6. de Angelis d. rub. notatos capiat de persona n. 16. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 241. in fine,* licet *Io. Grandis de bello exulum in pradicamento pati. quæst. 3. speciali 80. in fine,* dicat, quod sit in potestate Præsidis bannitos habilitare, tamen hoc non est de iure, nam foriudicatus punitur pœna mortis, dum quis non possit foriudicari, nisi pro delictis, pro quibus imponitur pœna mortis, vt diximus supra cap. 3. n. 1. & 2. & quãdo quis puniri debet pœna mortis nõ potest habilitari, vt in *Const. Reg. humanitate,* de quo latè *Foller. pract. crim. rub. examinati liberentur sub fideiussorib.* Vndè merito foriudicatus captus potest duci in quoscunque carceres extra suum domicilium, si carceres sui domicilij non sint tuti, prout etiam videmus, nam licet carceratus, non possit teneri cum compedibus, vinculis, & manicis ferreis, tamen secus est in foriudicato, nam quando carceratus est confessus, conuictus, vel condemnatus pro graui delicto, ipse est detinendus cum dictis vinculis, & catenis. *Guazzin. ad defens. Reorum def. 6. cap. 1. nu. 56. & Carrab de sindic. part. 2. nn. 59.* ergo ita & foriudicatus est detinẽdus, dum ipse habeatur pro confesso, & vt si per diffinitiuam sentẽtiam esset condemnatus, vt in *Const. Reg pœnam eorum.*

4 Et satellites capientes aliquem carceratum tàm pro causa ciuili, quàm pro causa criminali in Ciuitate Neapolitana, dictum carceratum asportare nõ possunt in alios carceres, quam in carceres Magnæ Curiæ Vicariæ absq; licentia Regentis, & Iudicum ipsius Magnæ Curiæ sub pœna quatuor tractuũ quęstionis, & priuationis officij. *prag. 2. de custodia Reorum;* sed ex consensu creditoris, debitor ex causa ciuili carcerarus potest asportari in carceres Baiulares. *pragm. 3. eod. tit. de custod. Reorum.* Et carceratus ad instantiam Curiæ meretricum Ciuitatis Neapolitanæ debet asportari ad carceres Admiratiæ. *prag. 6. §. 14. de meretricib.*

5 Quãdo carceres sunt debiles, & illuc ducitur foriudicatus, nonnulli dicũt, quod refectio dicti carceris fieri debeat expensis Baronis, ita *Affl. in Const. Reg. Castellani, & Capibl. de Baronib. prag. 19. nu. 28. & 31.* Alij vero tenent, quod debeat fieri expensis Vniuersitatis. *Iul. Clar. §. fin. quæst. 46. n. 6. & Guazzin. ad defensam Reorum def. 6. cap. 5. n. 9.* sed ipsemet *Capibl. sing. 15.* distinguit, & dicit, quod constructio carceris criminalis spectat ad Baronem; ciuilis vero ad Vniuersitatem, nam Baro debet tenere duos carceres, vnum pro criminalibus, alterũ vero pro ciuilibus. *l. 2. C. de exact tribut. lib. 10.* & docet *Regens Rouit.*

6 *prag. 19. n. 2. de Baronib.* & mulieres separatim ponuntur carceratæ à masculis. *pragm. 33.* quæ hodie est. *31 §. 12. de off.*

7 *Magistri Instit. l. 3. C. de custod. Reorum.* Et in Magna Curia Vicariæ nobiles, & ignobiles in diuersis locis detinentur carcerati, & torquentur. *de Franch.*

8 *dec. 630. & Anna sing. 257.* sed si Nobilis esset inquisitus de furto, vel de aliquo turpi delicto, & tunc potest detineri in carceribus rusticorum. *l. Iudices. C. de dignitat. lib. 10.* nam talia delicta faciunt perdere nobilitatem. *Gramat. voto 3. num. 8.* Prout etiam licet nobiles decapitentur, ignobiles vero furcis suspendantur. *de Franch. decis. 569.* & est *text. de iure Regn. in Constit. terminum vita.* tamen nobilis committens enormia delicta furcis suspenditur. *Regens de Ponte cons. 36. vol. 2 & de potest. Proreg. tit. 1. §. 2. n. 1.* sic etiam in crimine læsæ Maiestatis punitur eadẽ ignominiosa pœna plebeius, quàm Nobilis. *Regens Rouit. prag. 1. n. 19. de pœnis,* & ita decisum

cisum in quodam Barone tempore Excellentissimi Comitis Oliuarij testatur *Riccius coll.2177. in fine*. sed contrarium decisum refert *de Franch. dec. 569.* vbi dicit, fuisse decapitatum quẽdam Nobilem pro furto magno facto per eum in via publica, & est *tex. de iure Regni in cap. Regn. ad hoc.* vbi *de Nigris. n.28.* sed in crimine falsi nobilis punitur vt ignobilis. *l. si quis decurio. C. ad leg. Cornel. de falsis*, & docet *Riccius dec. 231. num. 8. & decis. 278. part. 2.* Et idem est in causis sanctę fidei. *Riccius d. dec. 231. n. 9. & dec. 277. part. 2.* sed contrarium tenet *de Franch. d. dec. 569.*

9 Vassalli non tenẽtur custodire carceratos Baronis. *cap. Regn. prouisum*, sed custodia carceratorum spectat ad Baronem loci. *Iul. Clar. §. fin. quæst. 46. n. 3. & Guazzinus d. def. 6. cap. 5. n. 9.* nisi adsit periculum fugæ, quia tunc vassalli carceratos custodire tenentur, mediãte tamen salario. *de Franch. decis. 526. in fine, & Capibl. d. pragm. 19. nu. 29.* Quod si carceratus sit diues, & tunc suis expẽsis custodiri debet. *de Nigris cap. Regn. grauamina nu. 45.* & est *tex. in Const. Reg. humanitate. §. fin.*

10 Et licet priuatus detinens aliquem carceratum in aliquo carcere priuato per spatium viginti horarum puniatur pœna mortis. *l. 1. C. de priuat. carcerib.* latè *Guazzin. ad defens. Reorum def. 5. cap. 7. per totum*, vbi *nu. 20.* dicit, quod de consuetudine committens priuatum carcerem punitur pœna arbitraria, citat *Iul. Clar. §. fin. quæst. 68. nu. 33. in fine.* tamẽ si quis capiat foriudicatum, & eum detineat in priuato carcere per spatium viginti horarum non cõmittit priuatum carcerem, & consequenter non punitur. *Hipp. de Marsi. de bannitis. ver. carcerati. n. 62. Carrerius pract. crim. tit. de homicidio ver. circa quartum nu. 34. fol. mihi 178. à tergo*, Io. *Grandis de bello exulum prædicamento pati. quæst. 3. speciali 17. Foller. prag. de foriudicatis. n. 24. Regens Rouit. rub. de exulib. nu. 3. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 9. per totum, Guazzin. d. def. 5. cap. 7. n. 6. & seq. & Affl. in Const. Reg. pœnam eorum. n. 62.*

11 Carceratus pauper pro causa ciuili est alendus à suo creditore. *Anna sing. 279. Hipp. de Marsi. de bannitis, vers. carcerati. nu. 39. & Affl. dec. 71.* vbi dicit, quod debitor pauper carceratus non est excarcerandus si creditores moniti per Iudicem, vt alimenta præstent ipsi debitori carcerato, & ipsi non compareant, dum ipse debitor habeat beneficium cessionis bonorum, idẽ tenet *Viuius decis. 529.* licet *Anna d. sing. 279. & Gama dec. 261.* teneant, quod Iudex factis tribus monitionibus, & capta informatione de paupertate, possit debitorem pauperem carceratum liberare, tamen opinio *Annæ, & Gamæ* non est vera, sed prima est tutior. *Capibl. d. prag. 19. nu. 16.* Si vero quis sit carceratus pro causa criminali, & sit pauper, & tunc est alendus à Fisco. *l. Iudices. C. de Episcop. audient.* & est *tex. de iure Regni. in d. Const. Reg. humanitate, & in prag. 10. §. 8. de off. Iudic.* & docet *Affl. d. dec. 71. num. 3. Riccius dec. 108. part. 2. & Capibl. d. prag. 19. nu. 14. & 35.* latè *Guazzin. ad defens. Reorum def. 6. cap. 1. n. 1. cum plurib. nu. seq.* Et per *prag. 5. de carcerarijs*, disponitur, vt vnusquisq; carceratus pro causa criminali, si sit pauper, habeat à Fisco viginti quatuor vncias panis, & hoc siuè parui, siue magni valeat frumentũ. *prag. 8. eodem tit. de carcerariis*, sed per *prag. 3. de off. Magistri Iustit.* ipse carceratus debet habere à Fisco vncias panis viginti septem, secundum *Regentem Rouit. d. prag. 3.* & licet hoc dicat ipse *Regens Rouit. d. pragm. 3.* tamen *d. prag.* non possum inuenire in meo volumine pragmaticarum.

12 Et carceratis pauperibus acta gratis sunt facienda. toto *tit. Auth. vt Iudices sine quoq; suffrag* & est *tex. in l. nulli. §. post vnius vero C. de Episcop. & Cler.* & docẽt *Conar. pract. quæst. cap. 6. Carauit. ritu 19. in 4. not. & Capibl. d. prag. 19. nu. 15.* Prout etiam Baro tenetur suis expensis mittere carceratos pauperes appellantes ad Regia Tribunalia. *Marant. in suo speculo. part. 6. rub. & quandoq; appellatur nu. 190. & Capibl. d. prag. 19. post n. 29.* vbi dicit, quod Baro non potest grauare Vniuersitatem, & eius Ciues causa mittendi carceratos de eorum carceribus ad carceres superiores, citat ipse *Capibl. cap. Regni. prouisum, in fine.*

13 Et carcerati visitari debent à Iudice qualibet hebdomada in die Dominico, & dictis carceratis prouideri debet de rebus necessarijs, sub pœna dicto Iudici librarum aurei viginti. *l. Iudices C. de Episcop. Audient. l. fin. C. de custod. Reorum, Hipp. de Marsi. de bannitis ver. carcerati. n. 38. & Guazzin. d. def. 6. cap. 1. n. 16.* vbi dicit, quod in Ciuitate Romana

Digitized by Google

mand carcerati visitantur qualibet die Iouis, sed in Magna Curia Vicarię carcerati visitantur qualibet hebdomada, die Sabbathi per vnum ex Iudicibus ipsius Magnæ Curiæ, qui Iudex debet se informare, si carcerati benè tractentur per custodes carcerū, & vt non sint grauati in emendis cōmestibilia, & pro salario soluendo Scribis *prag.* 6. quæ secundum *Regētem Rouitum* est. 8. §. 4. *de off. Magistri Iustit.* Et in dicta visita debet interuenire vnus ex Regentibus Regiam Cancellariam, & vnus ex Consiliarijs Sacri Regij Consilij. *prag. 1. de visitat. carcerat.* Et in tribus diebus Paschatis fit visitatio generalis. *prag. 37. §. 3. de officio Magistri Iustitiarij*, & vide *Riccium dec. 313. part. 4.* & etiam Regiæ Audientiæ tenentur visitare suos carceratos in quolibet die Sabbathi, & tenetur ipsa Regia Audientia mittere vnum Auditorem ad visitandum carceratos Officialis Regij Ciuitatis, vbi resident ipsa Regia Audientia, & quando dies Sabbathi est feriatus, & tunc uisitatio fit die iuridico præcedenti dicto Sabbato. *prag. 10. §. 9. de off. Iudicum.*

14 Iudex potest prohibere, ut nullus alloquatur cum foriudicato carcerato. *Iul. Clar. §. fin. quæst. 46. n. 1. circa finem, & Guazzin. ad def. Reorum. def. 5. cap. 1. nu. 25.* sed hæc prohibitio non comprehendit alloquutionem factam ad bonum finem, etiam ad instructionem causæ. *Cravett. cons. 3. Bertazzol cons. 57. n. 15. vol. 1. & cons. 439. n. 26. vol. 2. Baiard. ad Clarum §. fin. quæst. 46. nu. 9. Menoch. de arbit. iudic. casu 244. num. 9. lib. 2. Vrsill ad Affl. dec. 130. num. 8. & Guazzin. ad defens. Reorum def. 6. cap. 1. n. 28.* ubi *nu. 29.* dicit, quod si quis alloquatur cum carceratis, uel ad eos transmittat schedulam pro instructione causæ, licet ipse carceratus ad quem transmittitur schedula culpabilis esset, nihilominus transmittens dictas schedulas de iure nō punitur, nisi aliter per statutum cautum sit, citat *Farinacium pract. crim. quæst. 31. n. 106. & seq.* sed quando carceratus non est foriudicatus, & tunc Officialis prohibens, ut nemo alloquatur cum ipso carcerato sub pœna post defensiones datas, ipse Officialis tenetur in sindicatu. *Carrab. de sindicatu parte 2. post n. 59.*

15 Et Iudices tenentur quam citius causas carceratorum expedire. *l. 1. & l. fin. C. de cust. Reorum*, & est *tex. de iure Regni in Const. Regn. inter cetera, & in ritu* 10. & est *tex. de iure canonico. in cap. 2. de sententia, & re iudic.* Immo Iudex non expediens causam punitur. *l. properandum §. sin autem vtroq; C. de iudicijs*, & est *tex. de iure Regni in ritu* 245. ubi *Caraut. nu. 4.* dicit, quod hæc pœna recessit ab Aula.

16 Sed tunc Iudex tenetur expedire causas carceratorum, quando fuit requisitus à parte. *Regens Rouit. pragm. 10. num. 5. de off. Sacri Regij Consil.* & licet in criminalibus, facta cōclusione, Iudex infra decem dies debeat causam expedire. *cap. Regni Item Iustitiarij delatos*, tamen hoc intelligitur, instante Reo, ut per *d. cap. Reg.* docet ibi *de Nigris nu. 10. & seq.*

17 Et ideo quando Iudici instatur à Fisco, uel à partibus pro expeditione foriudicati carcerati, antè exequutionem dictæ sententiæ foriudicationis, debet fieri recognitio personæ illius, ut constet eum esse, qui in sententia foriudicationis descriptus est. *Hipp. de Marsi. sing. 72. in princ. Bart. in l. diuus. nu. 5. ff. de custod. Reorum, Iul. Clar. §. fin. quæst. 96. ver. quero nunquid, Foller. pract. crimin. rub. captis foriudicatis recognoscantur, nu. 1. Chartar. de exequut. sent. cap. 2. num. 1. cum plurib. num. seq. & Ambros. de processu informatiuo lib. 6. cap. 1. num. 1.* Et recognitio personæ dicti foriudicati, uel fit per eius confessionem, uel fit per testes. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3 speciali 67. num. 1. Foller. d. rub. captis foriudicatis recognoscantur d. num. 1. Chartar. d. cap. 2. num. 15. Ambros. d. lib. 6. cap. 2. num. 1. Hipp. de Marsi. d. sing. 72. in princ. & Farinac. pract. crim. tit. de inquisit. q. 11. n. 21. & 25.*

18 Et quādo recognitio personæ foriudicati fit per eius confessionem, & tunc coram Iudice describitur ab Actuario foriudicati constituti statura, effigies, barba, vestes, & omnia alia similia signa, quæ sunt ad hominem recognoscēdum necessaria, & postea ipse interrogatur, vbi, & quando in fortijs Curiæ peruenit, quod nomen, & cognomē habeat, & de quo cognomento, Ciuitate, Terra, Castello, vel Pago sit, quāto tpe fuit absens ab eius domo, qua de causa, & vbi fuit, quo tēpore se absentauit, si in cognomento, & cognomine ipsius sint alij, qui vocantur nomine, quo ipse vocatur,

si

si habeat patrem, vel matrem, & quomodo vocantur, vel vocabantur, si non habeat; si habeat bona stabilia, & domos in Ciuitate, & cum quibus confinentur, si fuit inquisitus de homicidio in personam Titij commisso, si fuit citatus, bannitus, & vltimo loco foriudicatus, & aliter; vt natura causæ exposcerit, & eius cõfessio, vel negatio fuerit, & debet interrogari super omnibus circumstãtijs, & qualitatibus, ut uideatur, si concordent cum qualitatibus existentibus in processu, ita *Foller. d. rub. captis foriudicatis recognoscantur d.num.1. & Chartar.d.cap.2. num.16. & seq. & num.33.* ubi *num.86.* tradit practicam interrogandi bãnitum super recognitionem eius personæ, & ibi ponit interrogatoria, & eandem practicam tradit *Ambros. d.lib.6. cap.1. num.11. vsque ad finem*, & quod capto foriudicato, ut Iudex possit exequi sententiam foriudicationis contra eum, ante omnia debeat (pro recognitione personæ dicti foriudicati per eius confessionem habenda) illum interrogare, an esset eiusdem nominis, cognominis, prout est ille nominatus in sententia foriudicationis, & ille idem, qui de maleficio in dicta sentẽtia descripto est imputatus, bannitus, & condemnatus, dicit *Cabal. resol. crim. casu 270. num.1.* citat *Bart. in d.l. diuus, n.5. ff. de custod. reor.*

19 Quod si foriudicatus sit Officialis magnus, uel aliquam habeat dignitatem tempore, quo interrogatur, pro recognitione eius personæ ipse debet sedere, & non astare. *Cabal. resol. crimin. casu 54.* sed *Danza de pugna DD. tom.1. tit. de Officialib. in genere, cap.8. num.1.* tenet contrarium, & citat *Cabal. d. casu 54.*

20 Et ipse foriudicatus si interrogatus pro recognitione eius personæ, noluit respõdere, puto, quod possit torqueri ad habendum respõsum, prout idem est, quando Reus examinatur uti principalis in causa criminali tẽpore litis contestationis, qui si noluit respondere ad interrogata, factis ipsi tribus monitionibus potest torqueri ad habendum responsum. *Capic. decis. 145. Marant. in suo speculo par.6. membro 2. num.29. & Foller. pract. crim. in 3. parte tertiæ partis, rub. & si confitebuntur, num.4.* Quod si monitiones contineant pœnam pecuniariam, & tunc Reus punitur pœna in mandato contenta. *l. de ætate, §. qui tacuit, & §. seq. ff. de interrogat. act.* & docet idem *Foller. pract. crim. rub. & si comparent ante contumaciam examinentur, num.3.* Quæ mandata pecuniaria non possunt fieri foriudicato, cum omnia eius bona sint confiscata, vt dixi supra cap.16. vndè ipse debet torqueri ad habendum respõsum, si interrogatus noluit respondere, vel factis tribus monitionibus, debet interponi decretum, quod verificatio eius personæ habeatur pro facta, ac si confessus esset, ipsum esse, qui in sententia foriudicationis descriptus est.

21 Sed si ipse foriudicatus respondit ad interrogata, & per eius confessionem sit facta recognitio eius personę, quod sit ipse, qui descriptus sit in ipsa sententia foriudicationis, sed post extẽsam dictam suam depositionem noluit eã subscribere, vel signo crucis signare, in hoc casu, puto, quod ipse possit compelli per torturam ad se subscribendum per ea, quę traduntur per *Chartar. d.cap.2. num.44. & seq. & per Ambros. d.lib.6. cap.3. n.3.* sed cõpelli potest ad se subscribendũ tormento vulgo de stanghette, & non tormẽto quęstionis, nã si tormento quęstionis torqueretur, nõ posset deindè se subscribere, dum habeat brachia lęsa, sed melius est ipsi facere tres monitiones, quod se subscribat, aliàs habeatur dicta sua depositio pro subscripta, & in hoc interponere decretum, quod ipsa depositio habeatur pro subscripta.

22 Et quando foriudicatus captus, est mutus, & surdus, & tunc recognitio eius personæ non potest per signa, sed debet fieri per testes, vt sententia foriudicationis contra eum exequi possit. *Chartar. d.cap.2. à num.43. vsque ad nu. 52. & Ambros. d.lib.6. cap.3. num.15.* & faciunt dicta per *Guazzin. ad defens. reor. defens.32. cap.29. n.1.*

23 Foriudicatus captus si in eius examine pro recognitione eius personæ negat, se esse illum, qui est nominatus in sententia foriudicationis, in hoc casu ipse potest torqueri, vt confiteatur, se esse illum, qui in dicta sententia est descriptus. *Chartar. d.cap.2. nu.32. & Ambros. d.lib.6. cap.2. num.7.* intellige si adsit vnus testis, qui deposuit carceratum, esse illum, qui in sententia foriudicationis est descriptus, quia tunc

Digitized by Google

tunc si ipse carceratus foriudicatus negat, potest torqueri, ita præcitati *DD. & Farinac. pract.crim.tit.de inquisitione quæst.11.post nu.25. vers.amplia rursus.* Et quando Reus torquetur; Fiscus potest interuenire, & Reum interrogare. *prag 4.§.2.ibi in Apostilla, & pragm. 25.de officio Magistri Iustit.*

24 Et quando foriudicatus negat se esse illum, qui in sententia foriudicationis est descriptus, & tunc recognitio eius personæ fit per testes. *Foller d. rub. captis foriudicatis recognoscantur post n.1. Carthanus d cap.2.nu.34. Ambros.d.lib. 6.cap.2.n.1. Farinac.d.quæst.11.d.nu.25. & Caball.d casu 270.n.2. & seq.* Et non sufficit quod testes dicant, quod foriudicatus carceratus vocatur tali nomine, sed est necesse, vt dicant, quod sit ille, de quo mentio fit in sententia foriudicationis. *Chartar.d.cap.2.n.40. & seq. & Ambros.d.lib.6.cap.2 n.2.* Et ipsi testes examinandi pro recognitione personæ foriudicati capti, ipsi sunt examinandi in faciem ipsius foriudicati, & debēt interrogari de omnibus circumstantijs, & demonstrationibus, de quibus in processu, & sententia; & sic, vt vere appareat esse eundem, de quo in ipsa sententia fit mentio. *Foller.d.rub.captis foriudicatis recognoscantur post nu.1. & Chartar.d.cap.2.nu.35. & seq.* vbi *nu.39.* dicit, quod quando fit recognitio personæ foriudicati capti per testes, ipse foriudicatus debet poni inter plures personas eiusdem fere ætatis, & statuere, & idem docent *Caball. d.casu 270.n.4 Farinac.d.quæst.11.n.25. & Ambros.d.lib.6 cap.2.nu.3.* vbi *num.4.* ipse *Ambros.* dat in hoc practicam, quomodo fieri debeat.

25 Quod si plures sint eiusdem nominis foriudicati capti in eadem Patria, licet sententia foriudicationis videatur nulla propter pluralitatem, tamē si constat de corpore, & quod captus sit ille, qui fuit foriudicatus, contra eū exequitur sententia foriudicationis. *Chartar.d.cap.2.nu.10. & seq.* vbi *nu.28. & seq.* dicit, quod si plures reperiuntur eiusdem nominis, & cognominis, aut esset erratū in cognomine, & patria, Iudex debet animaduertere an citatio contra foriudicatum emanata, fuerit facta domi, vel personaliter ipsi foriudicato capto, & quod ita cōstet, quod iste captus est ille, qui fuit citatus, quia tunc citatio non est inualida nec ratione erroris, nec incertitudinis ex quo constat de corpore citati, & ita facta recognitione personæ exequutio condemnationis sequi potest, nam si sit erratum in Ciuitate, & loco banni, si tamen constat de corpore banniti, non per hoc bannum annullatur. *Bar.in l.his verbis. §.fin. ff.de hared. instit. & Carrerius pract.crim.tit.de appellatione ver.septimus casus est. n.28. fol.mihi 16.* Et bannitus punitur pœna banni non obstante, quod in sententia sit erratum in nomine appellatiuo. *Baiard. ad Clarum. §.fin.quæst.96.n.3. & de Angelis ad pract.crim. Follerij rub. banniantur. n.37.* Et idem est si in sententia sit erratum in cognomine, vel patria, nam si deinde foriudicatus perueniat in fortijs Curiæ, dummodò constet de corpore, contra eum exequitur sententia foriudicationis. *Iul.Clar. § fin. quæst.31.vers.contra, & aduersus, & Chart. d.cap.2.n.6. & seq.*

26 Si quis vocatur, pluribus nominibus, & sub vno foriudicatus sit, quando est captus, sufficit quod sub eodē nomine à testibus recognoscatur. *Ambros.d.lib.6.cap 2.n.6.*

27 Foriudicatus si fateatur se esse illū de quo in sententia mentio fit, licet non fateatur delictum, pro quo fuit foriudicatus, tamen contra eum exequitur sentētia foriudicationis. *Chartar.d.cap.2.nu.26. & Ambros.d.lib.6.cap.2. n.10.*

28 Et licet aliqui teneāt, quod statim, quod foriudicatus est captus, mittatur ad supplicium absq; alia sententia condemnatoria, facta tamen prius recognitione ipsius personæ, & cōstito, quod captus sit ille, qui in sententia foriudicationis continetur per confessionem eius, vel per testes, qua recognitione facta statim mittatur ad suppliciū, prout tenēt *Carrerius pract. crim.tit.de appellatione.vers. septimus casus est n.7. & 8. fol.mihi 14. & Chartar.d.cap. 2.n.1. & 2.cum plurib nu. seq.* Et licet alij etiam teneant, quod constito, quod carceratus sit ille, qui fuit foriudicatus statim mittatur ad furcas absque alio nouo processu, prout tenent *Affl. in Const.Reg.pœnam eorum.n 60. Boss pract. crim.tit.de reis requirendis post nu. 2. & in tit.banniti quid amittant.nu.18. Nellus de bannitis in 2.parte. 2.temporis. num.34. de Franch.dec.213.n.59. Iul Clar.§ fin.quæst. 96. vers.quaro numquid, Caball.resol.crim.*

Digitized by Google

casu 110.nu.5. & Charter.de exequut. sent. cap.3.n.1.cum duob.n seq.& n.75. tamen veritas est, quod facta recognitione personæ foriudicati per eius confessionem, vel per testes, quod ipse foriudicatus carceratus sit ipse ille, qui fuit foriudicatus, non statim mittitur ad furcas, sed ipse citari debet ad dicendum causam quare sententia foriudicationis contra eum lata sub die tali, non debeat exequutioni demandari. *Foller.in prag.de foriudicatis.n.36.& idem Foller.d.rub. captis foriudicatis recognoscantur nu.2.* & ibi *de Angelis.n.4.in fine,& nu.6.in fine, Tartagl.pract.crim.cap.6. nu.10. Io.Grandis de bello exulum in prædicamento pati.quæst.3. speciali 67.n.2. Guazzin.ad defens.Reorum def.31.cap.1.n.2.vers. Immo etiam: Farinac. pract.crim.tit.de inquisitione.quæst.11.n.47. & Charter.d.cap. 3.nu.11.& seq.* nam capto foriudicato, & facta recognitione eius personæ, ipse non potest furca suspendi, nisi sequatur sententia declaratoria. *Carrer. pract.crim.tit.de homicidio.ver. septimo igitur.num.28 fol.mihi 194.* ergo ipse debet citari in ipsa sententia declaratoria. *l.de vnoquoq; ff.de re iudicata.*

29 Sed citati pro crimine recaptus, qui non comparentes infra quatuor dies, in Regno habētur pro veris foriudicatis, ac si per sententiam essent declarati, si isti sint capti viui, an sint citandi ad dicendum causam quare non debeāt reputari pro foriudicatis, & debeat formari processus declaratiuus super hoc, vel possint statim facta personarum recognitione morti tradi? dixi supra cap.10.n.19.

30 Et facta dicta monitione, si foriudicatus petat copiam actorum ordinariorum, ipsi est concedenda dicta copia. *Farinac.d.quæst.11.d.nu.47.* & prouidetur de Aduocato, & Procuratore. *Tartagl.d.cap.6.post nu.10. & Foller.d.rub. captis foriudicatis recognoscantur.num.2.* & Aduocatis foriudicatorum non denegatur Audiētia. *Io.Grandis d.quæst.3. special.88.*

31 Sed quæritur quid si difficultetur, quod ex eodem processu Curiæ appareat aliquam qualitatem diminuētem pœnam delicti, ita vt non veniat imponenda pœna mortis naturalis, & consequenter non sit casus foriudicationis, ex traditis supra cap.3.n.1.& 2. vel si difficultetur, quod non adsint inditia ad torturam, & consequenter etiam Reus non poterat foriudicari ex traditis supra cap.4.n.2.& ipse foriudicatus existens in fortijs Curiæ petat copiam totius processus ad finem discutiendi supradicta, an in hoc casu sit concedēda copia totius processus, vel tantum actorum ordinariorum? & dico, quod quando hoc petitur à consanguineis, Reo non existente carcerato, & tunc puto, non esse concedendam copiam totius processus, sed tantum actorum ordinariorum, ita *Thes.dec.265.nu.8.10.& 12.* & est ratio, nam ipsi cōsanguinei non possunt opponere nullitatem tangentem factum principale, quia si hoc possent opponere, esset cognoscere de facto principali, Reo non existente in fortijs Curiæ, quod non debet permitti, quod si hoc esset, publicaretur etiam processus informatiuus, & esset magnum præiudicium Fisco, verum Iudex de per se debet hoc considerare si adsint inditia ad torturam, & si ex dicto delicto veniat imponenda pœna mortis, prout etiam licet de iure cōmuni Procurator admittatur, Reo absente, ad allegādam incapacitatem accusatoris, vt dixi supra cap.8.nu.33. tamē si ipse Procurator petat copiam inquisitionis, vt possit proponere incapacitatem prædictam, in hoc casu dicta copia non est concedenda, sed tātum ipsi datur nomen accusatoris, ita *Monticell.pract.crim.reg.13.nu.27.* sed in supradicto cap.3.num.9.dixi, quod consanguinei foriudicandi possunt comparere, & petere copiam processus, & videre si sit casus, pro quo possit procedi ad sententiam foriudicationis, nam quando, persistente inquisito in contumaciā, comparent agnati, licet nō discutiatur de meritis causæ principalis, tamen discutitur de qualitate delicti, & qualitate inditiorum, ita vt si ex eis possit deueniri ad sententiam foriudicationis. *Regens Rouit.rub.de sens. foriud.n.35.in fine,* ergo ipsis agnatis est danda copia totius processus, sed uerius est, quod agnati, & cognati possunt tantum dicere de nullitate actorum ordinariorum, et tunc nullitates propositæ per ipsos agnatos, & cognatos discutiuntur, quando dictæ nullitates non tangunt factum principale, sed tantum acta ordinatoria, aliàs non discutiuntur, ut dixi supra cap.11.n.20. ergo &c.

32 Sed

Digitized by Google

32 Sed quando petitur copia totius processus à foriudicato existente in fortijs Curiæ, ad finem discutiendi, si adsint indicia ad torturam, & si ex ipso delicto, de quo fuit foriudicatus, veniat imponenda pœna mortis, & tunc puto, quod sit concedenda ad finem discutiendi de prædictis, & ita tenet *Farinac. d. quæst. 11. d. num. 47* prout etiam est, quando guidatus fuit carceratus, pendente guidatico, & Fiscus præsupponit, ipsum guidatum deliquisse, pendēte guidatico, & ipse guidatus intendat se defendere super exceptionem guidatici, nam ipsi est dāda copia repertorum, & totius processus, vt dixi supra cap. 23. num. 24. Quod si adsint alij consocij criminis absentes, & tunc copia processus fit cæterata, quoad dictos consocios criminis absentes. *Thesaurus dec. 265. n. 14.*

33 Et foriudicatus carceratus, habita copia actorum ordinariorum, vel totius processus, licet ipse à sententia foriudicationis non possit appellare, & neque audiatur in causa principali ad demonstrandum eius innocentiam, vt in *Const. Regni, pœnam eorum*, vbi *Afflict. num. 33. & seq.* & dixi supra cap. 14. num. 11. tamen ipse foriudicatus captus, & in fortijs Curiæ existēs multa opponere potest aduersus sententiam foriudicationis.

34 Primo, potest opponere, quod ipse foriudicatus non potuit comparere propter discrimina viarum, vel propter aliud legitimum impedimentū; puta, quia fuit captus à pyratis, vel quod stetit carceratus, & non potuit se præsentare infra tēpus legitimum, ad purgandam contumaciam, nam in hoc casu, licet ipsi currat dilatio, tamē ipsi datur restitutio in integrum, & potest petere ex dictis legitimis causis, se in integrum restitui, & debet admitti ad probandum dictas causas iusti impedimenti, non obstāte, quod fuit foriudicatus. *de Nigris in cap. Regni, siuè quis, num. 24. Farinac. pract. crim tit. de inquisitione, quæst. 11. à num. 50. vsque ad num. 61. Foller. pract. crim. rub. audiantur excusatores, num. 60. &* Regens *Rouit. rub. de sent. foriud. nu. 55.* & licet contrarium teneant *Affl. in Const. Regni pœnam eorū, in princ. ver. tertius effectus est, & nu. 33. & 44. & de Angelis ad pract. crim. Foller. rub. foriudicentur, num. 37.* tamen prima opinio est vera, quæ comprobatur ex dictis per *Iulium Clarum, §. fin. quæst. 34. in fine, ver. quinimo*, vbi dicit, quod si exceptio carcerationis opposita non fuit, si sequuta sit condemnatio in contumacia, constito de carceratione, carceratus admittitur ad nouas defensiones, & diximus supra cap. 8. num. 78. & pendente causa restitutionis in integrum aduersus sententiam foriudicationis, interim foriudicatus non potest offendi. *Nellus de bannitis in 4. par. 1. temporis, num. 6* & licet *Reg. Tapia dec. Sacri Regij Cons. 54.* dicat, quod foriudicatus existens in fortijs Curiæ, & allegans exceptionem captiuitatis aduersus exequutionē sententiæ foriudicationis, ipse non audiatur, sed debere procedi ad exequutionem dictæ sententiæ foriudicationis absque alio termino, sequitur *de Angelis ad Foller. rub: captis foriudicatis recognoscantur, nu. 4.* tamen hoc intelligitur, quando ipse foriudicatus fuit captus post citationem, aliàs si ante, & tunc talis exceptio impedit exequutionem dictæ sententiæ. *Anton. de Ballis lib. 5. tit. de pragm. Regni, tit. de nullitate foriudicationis non audiendis, num. 17.* sequitur idem *de Angelis ad pract. crim. Foller. d. rub foriudicentur, d. num. 37.* Et quod ante exequutionem sententiæ foriudicationis sēper habenda sit ratio morbi, vel alterius iusti impedimenti, propter quod citatus comparere non potuit, & super hoc ipse condemnatus audiri debeat, petita prius per eum restitutione in integrum, quamuis statutum, contumacem pro confesso habeat, & tanquam contra confessum procedi mandat, tenet *Charter. de exequut. sent. cap. fin. num. 262.* sed alij distinguunt, & dicunt, quod si captus ab hostibus sit foriudicatus, si reuersus, statim spontè compareat, restituitur in integrū, & contra eum non exequitur sententia foriudicationis, secus si sponte nō compareat, sed sit captus post multū temporis spatium postquā sit reuersus, quia tunc contra eum sententia foriudicationis exequutioni demandatur, vt ita decisum testatur *Regens Salernitanus dec. 3.* & quòd, probata causa captiuitatis, datur citato restitutio in integrum, dixi supra cap. 8. num. 76.

35 Secundo licet, lecta sententia foriudicationis, foriudicatus non audiatur in suis defensionibus; vt diximus

ſupra d. cap. 14. num. 18. tamen Princeps poteſt foriudicato remittere ſententiam foriudicationis, abſq; partis remiſſione, firmo remanente proceſſu, quoad delictum, exiſtente legitima cauſa. *Regens Sanfelic. dec. 53. num. 42.* & tunc foriudicatus ordinariè auditur in cauſa. *Regens Renit. d. rub. de ſent. foriud. num. 31. Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæſt. 44. ver. quæro nunc, Farinac. pract. crimin. tit. de inquiſitione, quæſt. 11. nu. 64. cum plurib. nu. ſeq. & Tartag. pract. crim. cap. 6. num. 10. in fine.* Et in Statu Eccleſiaſtico Summus Pontifex poteſt admittere foriudicatum ad nouas defenſiones, vt in *Conſt. Pij Quarti, & Pij Quinti*, vt teſtatur *Chartar. de exequut. ſent. cap. 3. n. 41. & cap. fin. poſt n. 113.*

36 Et quando Princeps ex gratia foriudicatum reſtituit aduerſus ſententiam foriudicationis, ſi ex proceſſu adſint indicia ad torturam tantum, & ipſe Reus ex defenſionibus non purgat dicta indicia, poteſt tantũ torqueri, & non condemnari ad mortem, vigore confeſſionis reſultantis ex ipſa ſententia foriudicationis, per *Conſtit. Regni pauam eorum.*, dum ipſa ſententia ſit ſublata per dictam reſtitutionem, ita *Cabal. reſolut. crim. caſu 1. 10. a num. 16. vſque ad nu. 35.* vbi etiam dicit, quod ſi ipſe foriudicatus non ſit reſtitutus aduerſus ſentẽtiam, ſed ex gratia ſit admiſſus ad nouas defenſiones tantum poſt lectam ſententiam foriudicationis, ſi ipſe ſit indiciatus indicijs ſufficientibus ad torturam, & ex defenſionibus non purgat dicta indicia, poteſt condemnari ad mortem, vigore confeſſionis reſultantis ex dicta ſententia foriudicationis, idem tenet *Chartar. de exequut. ſent. cap. 1. nu. 218. & num. 224. & ſeq. & Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione, quæſt. 11. num. 100. cum plurib. num. ſeq. & poſt n. 81. & 104.*

37 Et lecta ſententia foriudicationis, ſi foriudicatus ſit ex gratia reſtitutus aduerſus ipſam ſententiam, vel ſit admiſſus ad nouas defenſiones, teſtes examinati in proceſſu informatiuo, quorum vigore, ipſe in cõtumaciam fuit foriudicatus, ipſi teſtes probant, dato, quod non repetantur, ipſo Reo citato, ſed habentur pro legitimè examinatis in odium contumaciæ ipſius foriudicati, & plenam fidem faciunt contra eum in illo ſecundo indicio, ac ſi iterum examinati, vel repetiti, eo citato, fuiſſent. *Iul. Clar. pract. crimin. §. fin. quæſt. 45. poſt ver. caterum ſi Reus in fine, Chartar. de exequut. ſent. cap. fin. n. 175. in fine, Farinac. d. quæſt. 11. nu. 105. & Cabal. reſol. crim. caſu 110. num. 36. & ſeq. & caſu 269. n. 22.*

38 Et aduerte, quod admiſſus ad nouas defenſiones poſt ſententiam foriudicationis non recuperat bona cõfiſcata, etiam ſi ſit poſtea abſolutus. *Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione, q. 11. n. 83. cum plurib. ſeq.*

39 Tertio, foriudicatus captus, & penès Curiam exiſtens poteſt opponere de guidatico, quo conſtito, ſuſpendente dicto guidatico, non deliquit, ipſe poni debet ad priſtinam libertatem, vt diximus ſupra in hac pract. foriudicatoria cap. 23. n. 14.

40 Quarto, Princeps poteſt facere gratiam foriudicato, vt diximus ſupra cap. 24. nu. 95. & 96. Quod ſi ipſe foriudicatus habuit gratiam à Principe, & ſit captus, ipſe poteſt opponere aduerſus ipſam ſentẽtiam foriudicationis de dicta gratia, & conſtito de dicta gratia, debet excarcerari, & cõtra eũ ſententia foriudicationis exequutioni non demandatur. *Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione, quæſt. 16. poſt num. 1. Marſil. conſil. 55. & Maſtril. de indulto, cap. 43. nu. 9.* nam aggratiatus non poteſt amplius inquietari *l. 1. C. de ſentent. & in l. fin. C. de generali abolit. Maſtril. de indulto, cap. 45. num. 4. & Guazzin. ad defenſ. reor. def. 2. cap. 9. num. 1.* vbi *num. 3.* dicit, quod gratia allegata in fauorem inquiſiti operatur, vt Iudex ſuperſedeat, & præfigat terminum inquiſito ad docendum de dicta gratia, & *num. 5.* dicit ipſe *Guazzin.* ibi, quod gratia ſi fuerit deperdita, poteſt per teſtes probari. Et foriudicatus captus ſi exibeat gratiã habitam à Principe debet audiri, & ab exequutione abſtineri, quæ exequutio non poteſt fieri, quamuis ipſe foriudicatus à bãno cancellatus non ſit, *Chartar. de exequut. ſent. cap. 3. num. 57. cum plurib. num. ſeq.* vbi videtur ſentire, quod ſi foriudicatus captus, & in fortijs Curiæ exiſtens, allegat gratiam, & eam impromptu non oſtendat, in hoc caſu Iudex debet ipſi dare terminũ, ad docendum de dicta gratia, & idem tenent *Farinac. poſt d. num. 1. Maſtril. d. cap. 43. num. 10.* & ipſe *Chartar. ibi, nu. 65. cum plurib. num. ſeq.* vbi *cap. fin. poſt num. 315. ver. vt etiam*, dicit, quod bannitus captus

Digitized by Google

ptus iuuare se non potest cancellatione banni, facta à non habente auctoritatem, vel ab habente, sed non seruata forma mandati, & pendente declaratoria super gratiam non potest procedi in causa principali, sed debet supersederi. *Mastrill. de indulto, cap. 25. num. 30.*

41 Quis gaudet gratia, dato, quod Princeps, qui fecit dictam gratiam sit mortuus, nam gratia nō expirat morte concedentis. *Io. Andreas in cap. ex tua de filiis presbyt. & in cap. si super gratia de off. delegat. & Catalan. de indulto, cap. 15. num. 81. & Ant. Sola super Const. Sabaudiæ, tit. de indulgentiis super Const. indulgentiam glos. lex, num. 12. fol. mihi 193.* vbi *num. 15.* dicit, quod gratia absenti, & ignoranti prodest.

42 Et gratia Principis solo verbo absque scriptura perfici potest. *Riccius dec. 240. par. 3. Catalan. de indulto, quæst. 7. & Antonius Sola super Const. Sabaudiæ, tit. de indulgentiis, num. 9. cum plurib. num. seq. fol. mihi 192.* sed gratia facta à Principe debet in Regno expediri in formam Cancellariæ cum sigillo Regio, aliàs non valet. *prag. 4. & 8. de fide memorial.* & Prorex non potest facere gratiam inquisito, inconsulto Regio Collaterali Consilio. *prag. 7. de fide memorialium.*

43 Et gratia facta à Principe, nūquam sortitur effectum suum, nisi per Iudicem sit confirmata. *Iul. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 59. ver. & quia plerumq; & Regens Sanfelic. dec. 25. num. 7.* & non debet confirmari, nisi prius impetrata partis remissione. *Gramat. voto 35. num. 8. & Thes. dec. 21.* vbi *nu. 3.* dicit, quod si pars pro remissione pretendat magnum interesse, Iudex potest illud rēformare, & idem docēt *Thesaur. filius in quæst. forensi 24. lib. 4. Regens Rouit. in rub. de abolit. num. 7. Novar. quæst. forensi 96. tom. 2. et Mastril. de indulto cap. 24. num. 30. & 86.* & Princeps nō potest facere gratiam inquisito, parte non concordata, vt dixi sup. cap. præcedenti, nu. 16.

44 Et Princeps si faciat gratiam alicui, si postea pars aduersa supplicat Principē pro reuisione dictę causę, & Princeps mandat, quod fiat relatio per hanc prouisionem non dicitur reuocata gratia. *Riccius dec. 221. par. 3.* idē est si Princeps dixerit, quod Iudex de iustitia prouideat, nam adhuc gratia non dicitur reuocata. *Mastril. dict. 228.*

45 Aduerte, quod si in gratia non sint expressa omnia delicta, vel non sit facta mentio de alia gratia præcedenti, in hoc casu gratia dicitur subreptitia. *Ricc. dec. 116. par. 1.* puta si quis habuit gratiā de primo homicidio, & deindè committat secundum homicidium, & impetrat gratiam de ipso secundo homicidio, non facta mentione de prima gratia, quia in hoc casu secunda gratia est nulla, & aggratiatus potest puniri de ipso secundo homicidio. *de Nigris in cap. Reg. 12. num. 18. & in cap. Reg. 221. num. 25. Iul. Clar. d. quæst. 59. ver. debet autem, Catalan. de indulto, cap. 22. num. 69. & cap. 30. num. 18. & seq. Chartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 315. in fine, & Capibl. de Baronib. d. prag. 6. num. 126. & num. 128.* vbi *num. 129.* dicit, quod si de primo delicto sit absolutus, non est necesse de eo facere mentionem in gratia obtinenda pro alio delicto; contra *Mastril. de indulto, cap. 28. num. 13.* secus si primum delictum sit punitū, quia tunc necesse est, vt in gratia obtinenda pro secundo delicto fiat mētio de ipso primo delicto punito. *Aflict. in Const. Reg. vt vniuersis, num. 10.* sic etiam si sit facta gratia foriudicato de homicidio, & non sit expressa qualitas parricidij, vel assassinij, dicta gratia de simplici homicidio non prodest ipsi foriudicato de homicidio cū qualitate parricidij, vel assassinij. *Carverins pract. crim. tit. de homicidio, ver. septimo igitur, num. 41. fol. mihi 195.* idem est si non sit expressa qualitas proditionis. *Regens Sanfelic. dec. 25. n. 10.*

46 Aduerte etiam, quod si supplicatio sit porrecta Principi pro foriudicato, & expectatur exitus rei, an Princeps gratiam sit facturus, interim exequutio sententiæ non impeditur, nec in ea est supersedendum. *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. post n. 407.* vbi hoc duobus modis limitat primo, nisi expectaretur restitutio à Principe per viā iustitiæ; secundo, respectu offensionis, quæ à priuato posset inferri, nam pēdente petitione huius restitutionis gratiæ, interim bannitus impunè offendi non potest, citat *Sforzaodum de rest. in int. lib. 2. quæst. 100. art. 1. num. 3.* & ipse *Chartar.* ibi *num. 410.* dicit, quod quando enormiter delinquētes non puniuntur, publica lætitia turbatur, citat *tex. in l. nemo,* & ibi *Bal. C. de Episcop. Audient.* & à fortiori malè faciunt Iudices, qui gratificantes differunt exequutio-

quutionem pœnæ, vt criminosi gratiam habere possint. *Iul.Clar.§.fin.q.97. in fine,& Io.Grandis de bello exulum praedicamento pati,quæst.3.speciali 57.post nu.1.* vbi dicit,quod contra exules pœna est acceleranda.

47 Quinto, foriudicatus existēs in fortijs Curiæ potest opponere de indulto; de qua materia indulti, dixi latè in cap. præcedenti. Et opposita exceptione indulti per ipsum foriudicatum carceratum, contra eum nō potest amplius procedi, sed statim debet dimitti. *Paris de Puteo de sindicatu, ver.cōpositio in fine,& Regens Rouit. prag. 5. nu. 51.de abolit.* nam indultum criminum per Principem concessum operatur criminis peremptionem, *cap. si quem penituerit, §.indulgentia, 2.q.3.* & per tale indultum non potest vlterius contra delinquentes procedi. *l.licet, §. fin. ff. nauta caupon.& Stabul.* & docent *Catalan.de indulto,quæst.6.num.2.& 4.& Mastril.eodem tract.de indulto,cap.23.num.30.* & ista exceptio indulti potest opponi etiam post sententiam. *Catalan. de indulto,cap.10.à num.23.vsque ad finem,* vbi *num.77.vsque ad finem,* dicit, quod Iudex ex officio potest decernere,quod Reus gaudeat indulto, nemine opponente de dicto indulto. Et liberatus ex nomine alterius banniti non potest amplius molestari,si per statutum huiusmodi remissio concedatur. *Cabal.resol.crim.casu 197.* & idem est si occiderit alium bannitum, vel præsentauerit Curiæ caput alterius banniti. *Cabal casu 244.& Guazzin.ad defens. reor. def.2.cap.9.num.13.* vbi *num.26.& seq* dicit,quod si bannitus sit captus, si ipse habeat nominationem,sed adhuc nō habuit decretum,si declaretur, non posse gaudere dicta nominatione, ipse non ponitur ad pristinam libertatem,citat *Farinac.quæst.103.num.148.* & quando bannitus occidit alium bannitum,si postea sit captus, & vigore sui bāni Iudex vellet eum morti tradere, ipse auditur si velit docere, quod ipse occidit bannitum, & per illius occisionem consequutus fuit remissionem, & liberationem sui bāni ex forma statuti, ita *Hipp. de Marsi. pract.crim.§.vltima quæstio post num.34.*

48 Sed si indultum sit concessum cum cōditione,dummodo inquisitus procuret partis remissionem infra certū tempus,& infra istud tempus ille, cui competit actio remittēdi se declaret, quod nunquam remissionem faciet, & instat ad vlteriora procedi contra inquisitum, non expectato tempore ad procurandam remissionem,in hoc casu adhuc est expectandum dictum tempus, & interim non potest procedi ad vlteriora. *Reg.Rouit.prag.11.nu.7. de abolit.*& facit *tex.in l.insulam, ff.de verbor. oblig.*

49 Sexto,foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest opponere, quod fuit captus intus Ecclesiam, & hoc constito debet reponi ad Ecclesiam. *Io.Grādis de bello exulum in prædicamento pati, quæst.3 speciali 18,num.2.* nam etiam bāniti, & foriudicati gaudent immunitate ecclesiastica, vt dixi sup. cap.19. num.43.vbi num.41.dixi, an foriudicatus sit relaxandus si ipse fuit captus extra territorium sui Iudicis, absque licentia Iudicis, vbi fuit captus, & sit ductus ad suum Iudicem.

50 Septimo, si adest bannum, quod foriudicati seruientes per aliquod tēpus in exercitu non molestētur, prout pluries talia banna fuerunt emanata per Proreges huius Regni, & postremò tale bannum fuit emanatum per Excellentissimum Ducem Medinæ die 13.Maij 1643, si foriudicatus sit captus,potest de hoc excipere, & hoc probato, quod inseruijt in exercitu per tempus constitutum per dictum bannum non potest molestari. *Nellus de bannitis in 3. parte secundi temporis, nu. 79.& Foller.in prag.de foriudicatis, nu.25. & 43.* vbi *num.44.* dicit, quod impeditus potest seruire per substitutum.

51 Octauo, foriudicatus existēs in fortijs Curiæ potest opponere, quod tēpore foriudicationis erat minor, quo probato, ipse restituitur in integrum, aduersus sententiam foriudicationis, & ipsa sententia non exequitur, vt dixi supra cap.3.num.11. cum pluribus num.seq.

52 Nono, foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest opponere,quod fuit foriudicatus ex processu,in quo non aderant indicia sufficientia ad torturam, quod si hoc sit, ipsa sententia, foriudicationis est nulla, & non exequitur,vt dixi supra cap.4.num.6.

53 Decimo, foriudicatus carceratus potest opponere aduersus sentētiam foriudicationis, quod ipsa sit lata pro delicto, pro quo non imponitur pœna

Digitized by Google

na mortis naturalis, quod si hoc fit, ipsa non exequitur, vt dixi supra cap. 3. n. 4. & seq.

54 Decimoprimo foriudicatus existēs in fortijs Curię, potest opponere, quod occisus, pro cuius homicidio fuit foriudicatus, erat foriudicatus, & poterat impunè occidi, vt docet *Chartar. de exequut. sent. cap. 1. n. 402. vsq; ad n. 411. & in cap. fin. n. 191.* nā foriudicatus captus potest per viam exceptionis exequutionem sententiæ foriudicationis impedire, si exceptio sit talis, quæ si à principio fuisset opposita ante sentētiam foriudicationis, iudicium suscipere compulsus non fuisset. *Bar. in l. nō videtur la prima in fine ff. de iudicijs*, Nellus *de bannitis in 2. parte, 1. temporis n. 2. in fine. Hipp. de Marsi. pract. crim. §. vltima quæstio, n. 27. & sing. 72. ver. sed tene. Iul. Clar. §. fin. quæst. 96. vers. sed pone. Foller. pract. crim. in 4. parte 3. partis, rub. & si confitebuntur, n. 5. Farinac. pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. nu. 45. & Chartar. d. cap. 1. n. 258. & cap. fin. n. 268.* & ista sententia foriudicationis lata contra occidentem foriudicatum est nulla, dum sit lata contra primam sententiam foriudicationis latā contra occisum foriudicatum, per quam permittebatur, occisum posse impunè occidi. *l. 1. C. quando prouoc. non est necesse, & l. 1. C. sententiam rescindi non posse*, prout in simili, nam si quis sit foriudicatus pro aliquo delicto, cuius actio sit præscripta, sententia foriudicationis est nulla, & ipse existens in fortijs Curiæ, potest de hoc opponere, vt dixi supra cap. 8. n. 21. Et sententia non exequitur si contineat pœnam, quæ nullo modo imponi potuit, puta si quis sit bannitus, & condemnatus de delicto, de quo non tenebatur, vel si sit bannitus de delicto, pro quo inquiri non poterat. *Chartar. d. cap. fin. nu. 54.* vbi *n. 56.* dicit, quod condemnatio fieri non potest contra contumacem de delicto, quod non est punibile, & ideo, non obstante statuto auferente defensiones, potest excipi, quod interfectus erat bannitus, & impunè poterat occidi ex alio statuto, & supersedendum erit in exequutione sententiæ. *Chartar d. cap. fin. nu. 191.* vnde non obstat *Const. Reg. pœnam eorum*, in quātum dicit, quod foriudicatus, lecta sentētia foriudicationis, non auditur ad se defendendum in causa principali, nam loquitur, vt non audiatur in causa principali, ad demonstrādum innocentiam criminis, secus ad excludendum delictum, & ad demonstrandum, quod non sit delictum; & licet aliqui teneant, quod foriudicatus, lecta sententia foriudicationis, non audiatur aduersus dictam sentētiam, si opponat tales exceptiones, quæ si antè foriudicationem fuissent oppositæ, non potuisset condemnari, vt tenet *Bertazzol. cons. 119. nu. 1. vol. 1.* tamen in hoc alij tenent contrarium, vt testatur *Regens Rosit. rub. de sent. foriud. n. 8.* & supra dixi. Vnde remanet firma conclusio, quod foriudicatus existens in fortijs Curiæ, potest opponere, quod occisus erat foriudicatus, & poterat impunè occidi, nam hæc exceptio, potest opponi etiam post sententiam, in eius exequutione, vt docet *Petrus Caball. resolut. crim. casu 23. nu. 2.* & quod foriudicatus carceratus dicens, occisum fuisse foriudicatum, & ideo, licito iure, potuisse eum occidere, & in hoc ipse sit audiendus, dicunt *Baird. ad Clarum, quæst. 96. nu. 12. & Farinac. in pract. crim. tit. de inquisitione, quæst. 11. n. 62. ver. si vero*, vbi tamen ipse *Farinac.* dicit, hoc cautius esse, si fiat consulto Principe.

55 Decimosecundo. Foriudicatus existens in fortijs Curię, potest opponere, quod fuit foriudicatus pro delicto, pro quo procedi non poterat ex officio, quod si hoc sit, sententia foriudicationis contra eum exequutioni nō demandatur, nam quando Iudex procedit ex officio in delictis, pro quibus non possit procedi ex officio, processus est nullus. *cap. Regni. vt delatas cum duob. cap. seq.* & ideo contra eum sententia foriudicationis exequutioni non demandatur. *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n. 54. & post n. 223.*

56 Vltimo, licet aliqui teneant, quod foriudicatus existens in fortijs Curiæ, nō possit dicere de nullitate actorum, & sententiæ foriudicationis, nam quando statutum denegat audientiā, & tollit defensionem Reo inquisito, prout est in Regno in foriudicato per *d. Const. Reg. pœnam eorum*, & tunc non potest dici de nullitate. *Decius cons. 8. n. 7. Ruinus cons. 14. n. 17. vol. 2.* quos citat *Guazzin. ad defens. Reorum def. 35. cap. 22. post. num. 9.* ergo ex hoc aliqui tenent, quod foriudicatus (eo existente in fortijs Curiæ) non possit dicere de nulli-

nullitate ſententiæ foriudicationis, ſi ipſa ſententia ſit lecta, vt tenet *Regens Rouit. in rub. de ſent. foriudicat. n. 32. & ſeq.* tamen in contrarium eſt communis opinio, & ſic, vt foriudicatus, etiam lecta ſententia foriudicationis, exiſtẽs in fortijs Curiæ, poſſit dicere de nullitate dictæ ſententiæ, ita *Foller. d. rub. captis foriudicatis recognoſcantur, nu. 3. Affl. d. Conſt. Reg. pœnam eorum, n. 27. in fine, Carrerius pract. crim. tit. de appellatione, verſ. ſeptimus caſus eſt, nu. 23. fol. mihi* 16. *Baiard. ad Clarum* § *fin. quæſt. 94. nu. 8. & ſeq. Gramat. in d. Conſt. Reg. pœnam eorum, n. 27. & Thor. Comp. deciſ. tom. 2. verſ. nullitates fol. 387. in fine.* Et licet foriudicatus non poſſit appellare à ſententia foriudicationis, vt in *d. Conſt. Regn. pœnam eorum, verſ. nulla tibi*; tamen poteſt dicere de nullitate ipſius ſententiæ foriudicationis, vt diximus, nam poteſt dici de nullitate, non obſtante quocunq; ſtatuto prohibente, admitti appellationem. *Guazzin. ad defenſam Reorum def. 35. cap. 22. n. 2. Boſſ. pract. crim. tit de nullitate aduerſus ſententiam nu. 9. & Carrerius d. tit. de appellatione d. verſ. ſeptimus caſus eſt, nu.* 32. Vnde ſi cauſa ſit delegata à Principe appellatione remota, licet à dicta cauſa non poſſit appellari, tamen poteſt dici de nullitate. *cap. inter cæteras de re iudicata, Bar. in l. 1. § prætor nu. 1. & 2. ff. qui ſatiſd. cogant. Hipp. de Marſ. ſing. 592. Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæſt. 3. ſpeciali 48. n. 2. in fine, Marcell. de Vulpe in praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici cap. 24. n. 7. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de poteſtate ad modum belli cap. 6. in fine, & Nouarius in praxi elect. fori tom. 2. ſect. 1. quæſt. 4. poſt nu. 8.* Idem eſt, nam licet in caſibus, in quibus proceditur ad modum belli, non poſſit appellari, tamen poteſt dici de nullitate. *Nouar. deciſ. Regia Audientiæ Apuleæ* 41. Immo ſtante ſtatuto quod bannitus non debeat audiri, tamen ſtatuto hoc non obſtante, ipſe bannitus poteſt dicere de nullitate. *Aret. in l. 3. § ſi ſeruus n. 56. ff. de acquir. poſſ. & Regens Sanfelic. dec. 312. nu. 13.* vnde remanet firma concluſio ſupra poſita, quod foriudicatus exiſtens in fortijs Curiæ poſſit dicere de nullitate ſententiæ foriudicationis, prout etiam tenent *Hipp. de Marſ. ſing. 562. & ſing. 592. Nouarius in coll. ad rub. de ſent. foriud. nu. 12. Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione quæſt. 11. num. 34. cum plurib. ſeq. & de Franch. dec. 673. 674. & 688. n. 1.*

Immo foriudicatus exiſtens in fortijs Curię, poteſt proponere de nouo nullitates, quas eius agnati, & cognati propoſuerunt antè lectam ſentẽtiam foriudicationis circa acta ordinatoria, & in illis ſuccubuerunt, nam adhuc ipſe foriudicatus exiſtens in fortijs Curiæ poteſt denuò opponere dictas nullitates. *de Franch. dec. 674.* & nõ obſtat ſi dicatur, quod foriudicatus, lecta ſententia foriudicationis, habetur ac ſi confeſſus eſſet crimen, pro quo foriudicatus fuit, vt dixi ſupra cap. 13. n. . . . & tacita confeſſio, quæ reſultat ex contumacia Rei, operatur eũdem effectum, quem operatur vera confeſſio, vt docet *Foller. pract. crim. in 4. parte, 3. partis rub. & ſi confitebuntur nu. 29. & ſeq.* ſed confeſſio vera validat proceſſum criminalem aliàs inordinatum, & nullum. *Bar. in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. & exhib. Reorum, & in conſ. 100. Hip. de Marſ. conſ. 46. n. 17. & in pract. crim. § poſtquam, nu. 12. Roland. à Valle conſ. 31. n. 4. cum plurib. n. ſeq. vol. 1. Boſſ pract crim. tit. de confeſſis n. 40. & Iul. Clar. pract. crim. § fin. quæſt. 55. ver. item poßet,* ergo ita, & iſta ficta confeſſio à ſtatuto inducta, proceſſum criminalem inordinatum, & nullum validare videtur. *Bar. d conſ. 100. Nellus de bannitis in 1. parte, 2. tempovis quæſt. 49. in fine, Hipp. de Marſ. d. conſ. 46. n. 19. Rolandus à Valle d. conſ. 31. n. 7. & Chartar. de exequut. ſent. cap. 1. nu. 33. cum tribus nu. ſeq.* nam reſpondemus, quod idem *Chartar. in eodem tract. de exequut. ſent. cap. fin nu. 215. cum plurib. ſeq. & in d. cap. 1. nu. 294. Hipp de Marſ. in d. § poſtquã nu. 59. & Farinac. d. quæſt. 11. poſt d. nu. 34.* tenent contrarium, & ſic quod iſta tacita confeſſio non validat proceſsũ nullum, & inualidum, & ex his ipſe *Chartar. d. cap. fin. à nu. 187. vſq; ad nu. 324.* ſuſtinet, bannitum poſſe dicere de nullitate ſententiæ, & banni, nam nõ ritè bannitus, non poteſt dici contumax, & haberi pro confeſſo, vt dixi ſupra cap. 13. nu. . . . Et exceptio, quæ à principio poterat inualidare contumaciam, inualidat etiam iſtam fictam confeſſionem, quæ reſultat ex ipſa contumacia. *Foller. pract. crim. in 4. parte, 3. partis rub. & ſi confitebuntur num. 5.* vbi *n. 6.* dicit, quod iſta confeſſio ficta, quæ reſultat ex cõtumacia, vigore ſtatuti, debet fundari ſuper proceſſum validum, quia confeſſio ficta, non tollit ineptitudinem proceſſus, & licet ex

ficta

Digitized by Google

ficta confessione peruenìri possit ad sententiam diffinitiuam condemnatoriam, tamen hoc intelligitur, si processus sit ritè, & rectè formatus, aliàs, ex ficta confessione per statutum inducta nemo condemnari potest. *Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 226.* Quod si fuit condemnatus, sententia exequi non debet. *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. nu. 143. cum plurib. nu. seq.*

57 Et non solum ipse foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest dicere de nullitate actorum, & sententiæ foriudicationis, vt diximus, sed quilibet extraneus hoc opponere potest, ita *Vantius de nullitatibus, rub. quis possit dicere de nullitate, num. 6. cum plurib. seq. vsque ad num. 15.* Prout etiam quilibet potest appellare pro condemnato etiam eo inuito, *l. non tantum, ff. de appellat.* & appellatio interposita in criminalibus, tenet etiam, quod non sit ratificata à principali. *Petrus Garzia à Toleto in dicto 120.* sed quando Reus est confessus, & perseuerat in confessione si sit condemnatus, tertius non potest apellare. *Foller. pract. crim. in 3. par. principali, rub. & si confitebuntur, num. 71. &*

58 *Catalan. de indulto, cap. 7. num. 29.* Immo, quando nullitas est notoria, Iudex ex officio, parte non opponente, potest pronunciare super nullitate prædicta. *Mynsing. centuria 1. obseruat. 20. & Regens Rouit. prag. 5. num. 28. de off. Sacri Reg. Cons.* secus si nullitas non sit notoria. *l. si prætor, ff. de iudicijs.* Et nullitas sententiæ non solum potest opponi per partes, sed etiam potest opponi per omnes. *Guazzin. d. def. 35. cap. 22. n. 3.*

59 Sed foriudicato non existente in fortijs Curiæ, eius agnati, & cognati non possunt dicere de nullitate sententiæ foriudicationis, postquam ipsa sententia sit lecta, vt dixi sup. cap. 12. num. 4.

60 Foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest dicere de nullitate tàm sententiæ foriudicationis, vt dicit Iulius Clar. *§. fin. quæst. 32. ver. quæro an in causa*, quàm actorum ordinariorum, vt cõstat ex dictis per *Præs. de Franch. dec. 674.* & non obstat *pragm. 77. §. 17. de off. Sacri Regii Cons.* quæ hodie in vltima impressione facta anno 1633. est 4. *de dilationib.* disponens, quod post lectam sententiam diffinitiuam nõ possit dici de nullitate actorum, nam respondemus, quod *d. prag.* loquitur in causa ordinaria, & non in causa, in qua proceditur in contumaciam, Reo non existente in fortijs Curiæ, & ratio dictæ pragmaticæ cessat, quando proceditur in contumaciam, quia ratio, quam assignat *d. pragm.* est, nam partibus consentientibus, vt procedatur ad sententiam diffinitiuam ex dictis actis, & non dicentibus antea de nullitate dictorum actorum, præsupponitur calumniosè, postea dici de nullitate dictorum actorum, & calumniosè tacuisse, vt videretur exitus causæ principalis, sed hæc ratio cessat, quando proceditur in contumaciam, Reo non existente in fortijs Curiæ, cum ipse Reus non potuit videre acta ordinatoria, & cõsequenter non potuit malitiosè tacere, vt videretur exitus causæ principalis, & neque potuit cõsentire, vt ex dictis actis proferatur sententia foriudicationis, vt aduertit *Regens Rouit. d. prag. 77. post num. 6.* Vndè in dies videmus has nullitates circa acta ordinatoria admitti, foriudicato existente in fortijs Curiæ.

61 Et à fortiori foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest dicere de nullitate foriudicationis præueniente ex defectu iurisdictionis. *Hipp. de Marsi. d. sing. 562. & 592. & de Nigris in cap. Regni siue quis, n. 19. in fine.*

62 Vndè si Clericus sit foriudicatus per Iudicem laicum, sententia foriudicationis est nulla. *Affl. in Cons. Regni pœnam eorum, num. 27. in fine*, & Clericus ipse existens in fortijs Curiæ Iudicis sæcularis remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, vt dixi supra cap. 2. n. 12. Immo si quis vti laicus sit foriudicatus à Iudice laico, si post sententiam foriudicationis efficiatur persona Ecclesiastica, & sit captus, adhuc est remittẽdus ad Iudicem Ecclesiasticum quoad eius personam, & non quoad bona. *Guid. de Suzar. cons. 100.* quem refert *Chartar. de exequut. sentent. cap. fin. post num. 308.* licet ipse distinguat an in fraudem, vel sine fraude fecit se personam Ecclesiasticam, tamen prima opinio est vera, vt ita decisum testatur *de Franch. dec. 384.* & quidam, qui post sententiam foriudicationis fecit se professum in aliqua Religione, captus deindè per Iudicem laicum, qui eum foriudicauit, fuit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, vt decisum refert *D. Regens Sanselic. dec. 2. num. 27. &*

Digitized by Google

seq. & vide quod dixi in *tract. de foro cõpet. cap. 7.*

63 Et contumax condemnatus per Iudicem incompetentem, si postea sit captus per illum Iudicem potest, se tueri ex nullitate processus. *Bal. in l. generaliter C de Epiſcopis, & Cler. Chartar. d. cap. fin. n. 197. Foller. pract. crim. in 4. parte, 3. partis, rub. & ſi confitebuntur nu. 24. & Hipp. de Marſ. in l. de vnoquoq; n. 208. ff. de re indicata, & in tract. de bannitis, verſ. contumacia, n. 155.*

64 Et quando ſententia foriudicationis est nulla, tunc ipſa non exequitur, & ſucceſſiuè foriudicatus non ſuſpẽditur, & neque decapitatur. *Farinac. d. quæſt. 11. nu. 14. cum plurib. ſeq.* & declarata nulla ſententia foriudicationis, Reus recuperat bona confiſcata. *Maſtrill. de indulto cap. 22. poſt n. 53. ver. declara tamen,* nam ſententia nulla non exequitur. *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & Chartar. d. cap. fin. poſt nu. 14. 64. & 143. cum plurib. n. ſeq. & n. 208.* Et bannitus nulliter, habetur pro non bannito. *Chartar. d. cap. fin. n. 159.* Sic etiam ſi ſententia foriudicationis ſit iniqua, & iniuſta non exequitur, nam quando ſententia eſt iniqua, & iniuſta nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed dicitur nulla, & inualida, & de eius nullitate dici poteſt. *Chartar. d. cap. fin. n. 214.* & licet de iure ciuili ſententia, quæ ex eiſdem actis apparet iniqua, non poſſit dici nulla. *l. cum prolatis, & l. præſes ff. de re iudic. Affl. dec. 28. 39. & 47.* tamen de iure canonico euidens iniuſtitia equiparatur nullitati. *cap. inter cætera de re iudic.* & docet *Anna ſing. 361.*

65 Et pendentibus nullitatibus diſcutiendis, foriudicatus nõ poteſt occidi. *Chartar. d. cap. fin. n. 210.* & pendentibus nullitatibus diſcutiendis neq; contra eum poteſt exequi ſententia foriudicationis. *Guazzin. d. def. 35. cap. 22. nu. 4. in fine, Affl. in Conſt. Regni, pœnam eorum, nu. 29. & Nellus de bannitis in 1. parte, 1. temporis nu. 5* nam propoſitis nullitatibus impeditur exequutio ſententiæ. *l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum. Couar. pract. quæſt. cap. 25. & DD. in l. §. condemnatum ff. de re iudic.* & pendente nullitate ſententiæ criminalis, quæ pœnam continet irretractabilem, etiam ſi cognitio talis nullitatis requireret altiorem indaginem tamen, pendente dicta nullitate, non fit exequutio. *Iul. Clar. §. fin. quæſt. 94. ver. ſcias autem, Regens Rouit. pragm. 5. nu. 19. de off. Sacri Regij Conſ. & Chartar. d. cap. fin. n. 209.* vbi *n. 196. in fine* dicit, ſentẽtiam nullam ex defectu iuriſdictionis non eſſe exequẽdam, etiam quod altiorem requireret indaginem, citat *Marſ. de bannitis, ver. contumacia n. 155.*

66 Si lecta ſententia foriudicationis, ſint elapſi anni duodecim, & poſtea foriudicatus ſit captus, & non reperiatur proceſſus, ſed tantum reperiatur ſententia foriudicationis, à qua appareat, omnia ſolemniter de more iudicij proceſſiſſe, in hoc caſu ipſe foriudicatus non poteſt dicere de nullitate, nam citationes, probationes, contumaciæ, bannum, & cætera incumbentia præſumuntur præceſſiſſe, licet de actis aliter non appareat per proceſſum, vt ita deciſum teſtatur *Gramat. deciſ. 24.* ſequitur *Foller. d. rub. captis foriudicatis recognoſcantur, num. 8. & Chartar. d. cap. fin. nu. 37.* & eſt ratio, nam licet ſententia non probet ſine actis, tamen ſecus eſt quando ſumus in antiquis. *Riccius dec. 119. part. 3.* & licet nõ ſtetur verbis enunciatiuis ſententiæ, vt *Riccius dec. 287. part. 4. nu. 1.* vbi *num. 2.* dicit, quod aſſertio Iudicis in ſententia non probat, acta exiſtere, niſi aliũdè conſtet, tamen in antiquis ſtatur contentis in ſententia *cap. bona memoriæ de elect.* & docet *Riccius d. dec. 287. n. 3.*

67 Quod ſi ex narratis in ſententia, vel ex ipſa ſententia appareat aliqua nullitas, & tunc poteſt opponi non obſtante quod ſint elapſi duodecim anni, & non obſtat *prag. 77. §. 21. de off. Sacri Regij Conſil.* quæ hodie eſt *4. de dilat.* diſponens, vt poſſit dici de nullitate ſententiæ diffinitiuæ infra decem annos, qui dum ſint elapſi cõdemnatus non poteſt dicere de nullitate. *Guazzin. d. def. 35. cap. 22. n. 11.* nam reſpondemus *d. prag.* loqui quando Reus potuit dicere de nullitate, qui dum non dixit, ſi ſint elapſi decem anni non poteſt amplius dicere de nullitate ſententiæ vigore *d. pragm.* ſecus quando quis non potuit dicere de nullitate, prout eſt in foriudicato, quo non exiſtente in fortijs Curiæ, neq; eius agnati, & cognati, lecta ſententia foriudicationis, poſſunt dicere de nullitate, vt dixi ſupra cap. 12. n. 4. ergo ipſi foriudicato non currit dictum tempus, niſi à die, quo fuit captus, nam illi, qui non poteſt facere aliquem actum nõ currit præſcriptio aduerſus dictum actum.

Digitized by Google

actum. *l fin. § donec tamen, C. de iure delib.* & non valenti agere non currit præscriptio. *l. 1. § fin. C. de annali præscript.* Vnde bannitus post bannum potest dicere de nullitate, etiam elapsis triginta annis. *Boss. pract. crim. tit de banni nullitate, n. 2. Nellus de bannitis in 2. parte, 2. temporis, nu. 64. in fine, & Chartar. d. cap. fin. n. 87. & 166.* licet de iure communi regulariter non possit dici de nullitate sententiæ, elapsis triginta annis. *Chartar. d. cap. fin. n. 87. & post nu. 223. Mastrill. dec. 287. nu. 21. Guezzin. d. def. 55. cap. 22. n. 6. Affl. dec. 178. n. 5. Riccius coll. 1328. & Vãtius de nullitate processus rub. quoties, & infra quod tempus de nullitate agi possit, post n. 8. ver. si vero,* vbi dicit, hoc procedere, si nullitas principaliter proponatur per viam principalis petitionis, quia tunc de nullitate potest dici infra triginta annos, secus si ipsa nullitas proponatur per viam exceptionis, quia tunc potest perpetuò proponi, vt dicit ipse *Vant. d. n. 8. ver. aut quod nullitas*, & docent *Affl. & Riccius vbi supra*, sed quando actus est ipso iure nullus, & tunc perpetuò potest dici de nullitate, nam ea, quæ ab initio non valēt, & nulla sunt, tractu temporis conualescì non possunt. *l. quæ ab initio, ff. de regul. iuris, cap. non firmatur extra de regul. iur.* & docet *Vant. d. n. 8.* vbi dicit, & hoc maximè si nullitas ex defectu iurisdictionis, vel mandati prætenderetur, quia tunc potest dici de nullitate vsq; ad mille annos. Sic etiam quãdo nullitas oritur ex eo, quod Iudex processit per inquisitionem in causa à iure, vel statuto non permisso, potest Reus quandocunque allegare nullitatem processus, & sententiæ. *Chartar. d. cap. fin. post d. nu. 223.* & Iudex procedens ex officio in casibus non permissis, processus est nullus. *cap. Regni, vt delatas, cũ duobus cap. seq.* Et quando nullitas apparet ex eisdem actis, potest proponi, etiam elapso tempore statuti præfigentis tempus ad proponendas nullitates. *Reg. Sanfelic. dec. 299. n. 8.*

68 Sed aduerte quod in Statu Ecclesiastico per *Cõst. Pij Quarti, & Pij Quinti* est statutum, quod bannitus captus post sententiam foriudicationis non possit dicere de nullitate, ita *Chartar. de exequut. sent. cap. 1. nu. 262. & cap. 3. nu. 41.* vbi *n. 50. in fine*, dicit, quod immo bannitus non potest allegare nullitatem prouenientem ex defectu iurisdictionis, & idem tenet ipsemet *Chartar. in cap. fin. nu. 316. in fine*, vbi dicit, hoc procedere si iurisdictio non ipso iure denegaretur, vel quando Iudex radicius habebat aliquã iurisdictionem, aliàs si ipso iure iurisdictio denegaretur, vel radicius Iudex nullam habuit iurisdictionem, tunc talis exceptio nullitatis prouenientis ex defectu iurisdictionis, potest opponi, non obstãte, quod statutum generaliter excludat omnes nullitates. Immo quando statutum disponit, vt nulla possit opponi exceptio nullitatis, statuto hoc nõ obstante, nullitas, quę prouenit ex defectu iurisdictionis potest opponi. *Marcell. de Vulpe in praxi iudicialis fori Ecclesiastici cap. 24. post nu. 17. Gramat. cons. crim. 71. nu. 48. de Leonardis pract. offic. cap. 14. n. 3. in fine, Carrocius de remedijs contra præiudiciales sententias excep. 22. quæst. 1. nu. 1. Chartar. d. cap. fin. n. 196. & nu. 205. de Benintendis dec. 3. n. 4. Grassus de effect. cler. eff. 1. num. 356. Nellus de bannitis, in 2. parte 1. temporis num. 2. in fine, & Aloisius de Leo in*

69 *l. 1. nu. 5. C. si à non compet. Iudic.* Hinc est, quod licet contra decretum latum in causa suspitionis contra Iudicem non possit dici de nullitate. *prag. 15. § fin. de suspit. offic.* tamen potest dici de nullitate proueniente ex defectu iurisdictionis. *Regens Rouit. dec. 81. & Nonarius in coll. super d. prag. 15. n. 48.* Vnde si lex, vel statutum disponat, vt fiat exequutio sententiæ, non obstante exceptione nullitatis, tamen nullitas ex defectu iurisdictionis potest opponi, & impedit exequutionem sententiæ. *Milanens. dec. Siciliæ 5. nu. 50. lib. 2. & Carrocius d. quæst. 1. n. 3.* & statutum tollens exceptionem nullitatis, nõ tollit nullitatem prouenientem ex defectu citationis, vt dixi supra cap. 5. nu. 18. Et statutum tollens exceptionem nullitatis intelligitur de nullitate, quæ nõ apparet ex eisdem actis, & quæ requirat altiorem indaginem, secus si nullitas appareat ex eisdem actis, quia tunc non obstante tali statuto, potest dici de nullitate. *Gramat. consciuili 43. nu. 3. & cons. crim. 71. nu. 43. & Vantius de nullitate, nub. quis possit dicere de nullitate, nu. 51. & seq. & Reg. Sanfelic. dec. 299. nu. 8.* Vnde in Statu Ecclesiastico quando bannum est nullum, & tunc non exequitur contra bannitum. *Chartar. d. cap. fin. n. 148. & 187. cum plurib. n. seq.* & quis sit Iudex competens in cognoscendo,

de nullitate sententiæ dixi in tract. de foro compet. cap. 71.

70 Et quando foriudicatus prætendit, declarari facere nullam sententiam foriudicationis, Baro pro suo interesse non potest admitti ad ei oppugnādum. *Regens Rouit. rub. de sent. foriudicat. n. 25.*

71 Et propositis nullitatibus, per foriudicatum captum, fit monitio ad dicendum, & ad discutiendum nullitates prædictas, & quando ipsæ nullitates propositæ subsistunt, & tunc interponitur decretum, nullitates obstare, & proindè ordinariè procedatur in causa, & deindè contestatur lis, & Reus auditur in suis defēsionibus, si vero dictæ nullitates non obstant, & tunc interponitur decretum, nullitates non obstare, & proindè sententia foriudicationis lata sub die tali contra dictum T. de T. executioni demandetur. *Foller. pract. crim. rub. captis foriuditatis recognoscantur, n. 6.*

72 Sed quæritur, quid si plures sint foriudicati pro eodem delicto vnica sententia, & vno ipsorum existente in fortijs Curiæ, sententia foriudicationis sit declarata nulla, an hæc declaratio nullitatis prosit aliis correis non existentibus carceratis, & videtur dicendum, quod non, ex regula, quod res inter alios acta alteri non prodest, neque nocet; vt *in tit. C. res inter alios acta, & in l. 1. & 2. C. quib. res iudic. non nocet, & in l. 2. C. de excep. & in l. amissi, §. plures, ff. de fideiuss.* quæ regula habet locum etiam in criminalibus, *l. iuris, C. quib res iud. non nocet, l. & si crimine, C. ad leg. Iul. de adulter.* sed ego distinguo, & sic, quod aut nullitas respicit personam foriudicati carcerati, puta, quia ipse erat Clericus, & fuit foriudicatus à Iudice laico, vel quia ipse erat minor, & propter hoc sententia foriudicationis sit declarata nulla, & tunc talis declaratio non prodest alteri foriudicato, pro eadem causa in eadem sententia, nam licet sententia contra minorem sit inualida, tamen est valida respectu maioris litis consortis. *Gizzarell. dec. 12.* sic etiam licet sententia foriudicationis lata à Iudice laico contra Clericum sit nulla, vt diximus supra cap. 2. num. 13. tamen si fit lata contra ipsum Clericum, & alium laicum, respectu laici est valida, cum ipse laicus cognoscatur à Iudice laico non obstāte, quod vna simul deliquit cum Clerico, vt dixi in Tract. de foro compet. cap. 49. Aut nullitas respicit acta ordinatoria, puta si aliquis actus sit gestus die feriato, & tunc declaratio nullitatis sententiæ foriudicationis facta respectu vnius, prodest alteri, prout etiam videmus in appellatione, quæ si sit facta ab vno prodest alijs condemnatis pro eadem causa. *l. 1. C. si vnus ex pluribus appellauerit*, latè *de Franch. dec. 467.* & sententia lata cōtra vnum, licet non noceat alteri, tamen lata pro vno prodest alteri. *Anan cons. 89.* & in delictis connexis sententia absolutoria lata in fauōrem vnius prodest alteri. *Guazzin. ad def. reor. def. 2. cap. 8. n. 5.*

73 Foriudicatus existens in fortijs Curiæ non potest admitti ad compositionem, prout de forascito loquitur. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento pati, quæst. 3. speciali 81. num. 1.* quod intellige, vt foriudicatus non possit admitti ad compositionem per Iudicem inferiorem, secus per Principem non recognoscentem superiorem, nā ipse potest foriudicatum admittere ad compositionem, nam Iudex inferior potest admittere Reum ad compositionem pro aliquo delicto ante sententiam, & non post sententiam trāsactam in rem iudicatam. *Guazzin. ad defensam Reorum, def. 34. cap. 1. num. 2. Capibl. de Baronib. prag. 6. num. 32. Paulus Gerlandus de relaxatione carcerati, tit. de pœnarum compositionib. num. 8. de Franch. dec. 370. & Regens Rouit. in rub. de abolit. num. 12.* sed post sententiam transactam in rem iudicatam soli Principi spectat commutare pœnam corporalem in pecuniariam. *l. relegati, §. fin. ff. de pœnis, l. 1. §. fin. ff. de quæst. Guazzin. d. cap. 1. num. 2. & 5. ver. secus lata sententia, & Capibl. d. num. 32.* & Prorex huius Regni potest minuere, componere, & pœnā transmutare etiam post sententiam, existente partis remissione, & nō aliàs, & habita prius relatione à Magna Curia de qualitate delicti. *Capiblanc. d. prag. 6. post nu. 36.* & Iudex inferior post latam sentētiam cum rescripto Principis potest pœnam minuere, vel ámpliare. *l. acta, ff. de re iudic.* & Prorex non potest aliquem admittere ad compositionem absque partis remissione, nisi ex causa publica. *prag. 2. vbi Regens Rouit. num. 3. de compos. Caranit. ritu 273. nu. 2.*

Digitized by Google

num.2. Mastril.de indulto, cap.24.num.6.& D.Regens Sanfelic.dec.53. num:39. nam Princeps ex causa potest remittere pœnam corporalem, etiam parte nō concordata. *de Franch.dec.213. num.38. Regens de Ponte de potest. Proregis, tit.3.§. 1.nu.15.& seq. & Regens Sanfelic. dec.49. num.8.& dec.51.nu.24.* & latè in *dec.53. per totum,* & quod nemo possit admitti ad compositionem absque partis remissione, est *tex.in l.1. C.de precib.imper. offeren. & in ritu 272. 273. & 275. prag.2.4.5.6.7.& 8. de composit. Guazzin. ad defens.reorum, def.34. cap.3. num.1. Capibl.de Baronib. prag.6.num.42. & Bossus pract.crim.tit.de pace, num.1. & tit. de remedijs ex sola clementia Principis, num.25. & seq.* aliàs si compositio sit facta absque partis remissione, ipsa est nulla. *Paris de Puteo de sindic. ver. compositio,cap. 1.num.6.in fine,& num.7. & Paul.Girland. de relaxatione carcerati, rub. de pœnarum compositionib.quæst.5.* & pars offensa potest dicere de nullitate cōpositionis, tàm coram Iudice, à quo fuit facta dicta compositio, quàm coram superiore dicti Iudicis componentis. *Foller.pract.crimin.rub.audiantur excusatores, num.115. cum plurib. num. seq.* & præcipuè, *nu.124.* sed si sententia foriudicationis sit declarata nulla, & tunc, pendente iudicio ordinario, Reus potest admitti ad compositionem per Iudicem inferiorem; faciūt dicta per *Præs. de Franch. dec.370. per Guazzin. d.def.34. d.cap.1. nu.5. ver.secus lata sententia,& per Catalan.de indulto cap.9. n.67.*

74 Et foriudicatus existens in fortijs Curiæ potest interrogari de socijs, mandatoribus, receptatoribus, & auxiliatoribus. *l.penult. C.de feriis, l.Diuus Adrianus, ff. de custod. reorum, Hippolit.de Marsc.cons.22.num.16. & Ioan.Grandis de bello exulum d. prædicamento pati, quæst.3. speciali 89.* licet in alijs delinquentibus sit secus. *l.fin. C.de accusat.* Vndè licet foriudicatus non possit torqueri, lecta sentētia foriudicationis super delicto si captus fuit, nam, eo capto, non tractatur de tortura illi inferenda super veritate criminis, nam veritas criminis inquirenda non est, sed sola restat exequutio. *Iul.Clar. §.fin. quæst.64. versic. sed nunquid, & Chartar.de exequut. sent.cap.1. num.30. & num.454.* tamen ipse foriudicatus potest torqueri super socijs, & complicibus, & super alijs delictis. *Iul.Clar. d.quæst.64. ver.veritas est, Chartar.d.cap.1. nu.455. & cap.2. num.36. & Farinac.pract.crim.tit.de inquisitione, quæst.11. num.19.* nam quis post sententiam potest torqueri contra alios. *l.qui vltimo in fine,* vbi *Bar.ff.de pœnis, Carrerius pract.crim.tit.de indicijs, ver. circa quintum, nu.24. fol.mihi 92.* & quomodo interrogari debeat ipse foriudicatus captus super socijs, & complicibus, & receptatoribus, tradit practicam ipse *Chartar.de exequut.sent.cap.2. à num.88.vsque ad finem,* vbi à *num.57.vsque ad num.68.* dicit, quod quando foriudicatus torquetur de socijs, complicibus, & receptatoribus Iudex debet se protestare, quod per interrogationes faciendas, & per responsiones ipsius foriudicati subsequendas non inferatur sententiæ condemnatoriæ aliquod præiudicium, & idem docēt *Ambros.de processu informatiuo, lib.6.cap.4. per totum,& Farinac. d.nu.19.* sed in Regno facta recognitione personæ foriudicati, & facta monitione ad dicendum prouidetur, quod sententia foriudicationis exequatur, verum antequam ipse foriudicatus morti tradatur, torquetur tormēto quæstionis ad sciendum complices, fautores, & eius receptatores, & deindè quando Reus torquetur non debet interrogari de delicto principali, aliàs inferretur præiudicium ipsi sententiæ foriudicationis, vt docent *Chartarius de exequut. sentent.d.cap.2.n.70.cum plurib.numer.seq. & Ambrosinus de processu informatiuo d.lib.6. d.cap.4. num.6.* vbi *num.10.* dicit, quod foriudicatus debet interrogari in genere de socijs, & alijs criminibus neminem nominando, citat *Chartar.in d. cap.2.à num.82. vsque ad nu.84. & de Nigris in cap.Reg.7. num.54.* & ipse *Ambros.*

75 *d.cap.4.num.5.* dicit, quod tortura, quæ infertur foriudicato nō habēdis socijs non debet esse multū grauis, sed moderata, citat *Chartar.d.cap.2. num.68.* & idem tenet *Farinac.d.quæst.11.d.num.19.* & quando quis torquetur in caput aliorum ad sciendum complices, & fautores tortura non infertur vltra tertiam, vel mediam partem horæ. *Guazzin.ad defens.reor.def.21.nu.4. & def. 30.cap.32.num.4.* citat *Iulium Clarum dicta quæst.64.versic.scias etiam, & ver. veritas est,* sed *de Nigris in d.cap.Reg.7. nu.51.* dicit, quod si fuit leuiter tortus non dicitur tortus, & ei nō creditur, nam tortus non dicitur, qui fuit ligatus, &

ali-

Digitized by Google

aliquantulum eleuatus supra terram. *Foller.pract. crim.rub. rei indurati torqueãtur,num.18.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia foriudicationis duobus temporibus exequi potest.*
2 *Exequutio sentẽtiæ foriudicationis per quem Iudicem fiat, vsque ad num.4.*
5 *Foriudicatus per M.C.V. an remittatur ad suum Iudicem competentem, & n.6.*
7 *Forasciti à quo puniantur, & n.8.*
9 *Cadauer foriudicati mortui ante exequutionem sententiæ,an debeat suspendi?*
10 *Sententia foriudicationis exequi debet, etiã elapsis triginta annis.*
11 *Foriudicatus antequam suspendatur,ponitur inter personas Religiosas,qua eum monẽt, & confitetur peccata sua, & accipit Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, sed non Extremam Vnctionem, & quid si noluit sua peccata confiteri,n.13.*
12 *Appellatio non datur à decreto de exequendo.*
14 *Sententia an possit exequi die feriato?*
15 *Suspendendus ducitur per loca publica ad locum iustitiæ, & exequutio contra eum fieri debet publicè,& in loco publico. ibidem.*
16 *Exequutio sententiæ capitalis, in quo loco fieri debeat?*
17 *Carnifex pro exequenda iustitia, an possit animalia capere?*
18 *Vilis persona, vel seruus possunt cogi ad faciendum carnificem,sic etiam & delinquẽs carceratus potest condemnari ad faciẽdum carnificem.*
19 *Expensa pro exequenda iustitia ad quem spectant?*
20 *Carnifex non debet esse odiosus suspendendo.*
21 *Exequutio sententiæ capitalis in pluribus casibus differtur.*
22 *Cardinalis si obuiam faciat suspendendo,ipsi est facienda gratia.*
24 *Funis si rumpatur, an suspendendus debeat suspendi?*
25 *Suspensus si reuiuiscat, amplius non est suspendendus.*
26 *Exequutio sentẽtiæ capitalis si per errorem sit facta in personam alterius, adhuc condemnatus debet suspendi.*

CAP. XXVI.

De exequutione sententiæ foriudicationis.

1 DVobus temporibus potest exequi sententia foriudicationis. Primo, quando ipse foriudicatus armans per campaneam occiditur ab aliquo, & eo occiso, ipsi amputatur caput, nam illud præsentatur Curiæ, & facta recognitione dicti capitis, quod sit caput dicti foriudicati,ponitur in publico, vt diximus supra cap. 17.num.68.& 71.& sic etiam isto modo exequitur sententia foriudicationis,dum in ea dicitur, vt ipse foriudicatus ab omnibus possit impunè occidi. Secundo, exequitur sententia foriudicationis, quando ipse foriudicatus est captus viuus,& reperitur penès Curiam,nam, facta recognitione eius personæ, factaque monitione, & seruatis seruandis,de quibus diximus supra cap.precedẽti,decernitur,quod sententia foriudicationis exequatur; & tunc exequitur ipsa sententia hoc modo,nam foriudicatus furcis suspẽditur, vel ipsi amputatur caput à spatulis, & de hac exequutione tractaturus sum in hoc cap.

2 Et ista sentẽtia foriudicationis exequi debet per illum Iudicem, qui cã tulit,vt in *Const.Reg. pœnam eorum, vers. quod si alij Iustitiarii,* & docẽt *Capibl. de Baronib.prag.8. par.2. num.123. & Danza de pugna DD. tom.2. tit. de armatione per campaneam,cap.7 nu.*20 Et hoc procedit in qualibet sententia, quæ debet exequi per illum Iudicem, qui dictam sententiam protulit, vt dixi in tract. de foro compet.cap.72.Et licet de iure communi bannitus possit puniri à quolibet Iudice eum capiente, & cõtra eum exequi sententia, licet alius Iudex eum banniuit, si tamen sint ipsi Iudices sub eodem dominio,vt docẽt *Hipp.de Marsi.cons.86.& cons.121. & Carrerius pract.crim.tit.de appellatione,vers. septimus casus est, num.71. fol.mihi* 18. *& Chartar.de exequut.sent.cap.1.num.237.& seq.& num.*242. Et licet alij teneant, quod bannitus ab vno loco ob contumaciam ratione delicti, possit effectualiter in alio loco puniri, vt tenet *Baldin l.& si seuerior, C. ex quibus causis infam.*

infam. irrogetur, sequitur *Gabriel. commun. concluſ. lib. 2. tit. de iudiciis, concluſ. 1. num. 20.* vbi *num. 21.* hoc limitat, si in loco, à quo ille fuisset bannitus, tanquam contumax deuentum esset ad confiscationem omnium bonorum, in eodem loco existentium, quæ ad Fiscum peruenissent propter illam condemnationem, quia tunc non potest ipsemet bannitus in alio loco puniri, citat *Bald. in conſ. 124. volum. 5.* tamẽ in Regno nostro foriudicatus captus per alium Iudicem, semper remittitur ad Iudicem, qui ipsum foriudicauit, vt suam exequatur sententiã foriudicationis, vt in *d. Conſtit. Reg. pœnam eorum, & in pragm. 1. de recept. malefact.* & docet *Carrerius d. tit. de appellatione, d. ver. ſeptimus caſus eſt, num. 70. & 71.* Verum Iudex delicti, qui protulit sẽtentiam foriudicationis, potest requirere Iudicem originis, vel domicilij ipsius foriudicati, vt suam exequatur sententiam foriudicationis, & ipse Iudex domicilij, vel originis ad requisitionem ipsius Iudicis delicti tenetur dictam sententiam exequi. *Cabal. reſol. crim. caſu 161. & Farinac. pract. crimin. tit. de inquiſitione, quæſt. 11. num. 61.* & dixi in Tract. de foro compet. d. cap. 72. Sed ipse Iudex requisitus non potest exequi sententiam foriudicationis latam à Iudice requirente, nisi habito toto processu, & viderit, quod ipsa sententia sit ritè, & rectè lata, *Farinac. d. quæſt. 11. d. num. 61. ver. limita rurſus*, & non sufficit sola sententia. *Chartar. de exequut ſent. cap. fin. à num. 1. vſque ad nu. 39.* & de hoc latè diximus d. tract. de foro compet. cap. 72.

3 Quæ sententia foriudicationis si sit lata per Curiam Baronalem, ipsa Curia Baronalis etiam exequi debet. *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 7. num. 20. & Capiblan. de Baronib pragm. 8. par. 2. num. 94. & num. 116.* Vndè Baro potest tenere furcas erectas pro Iustitia ministranda, & pro exequendis sententijs sui Officialis. *Oldradus conſ. 161. Iacob. Cancer. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 311. & de Franch. dec. 510. num. 3.* Et ipse Baro potest cogere priuatum vendere locum ad erigendas furcas, & ad iustitiam exequendam. *Hipp. de Marſ. in l. 1. n. 27. ff. ad l. Corn. de Sicar.*

4 Et foriudicatus Curiæ Baronalis si sit captus per Magnam Curiam Vicariæ, vel per Regiam Audientiam ipse foriudicatus debet remitti ad ipsam Baronalem Curiam, vt probatur in *d. Conſt. Reg. pœnam eorum, ver. quod ſi alij Iuſtitiarij*, nisi ipse foriudicatus Curiæ Baronalis, & captus per Regios superiores sit foriudicatus per dictam Curiam Baronalem ex causa latrocinij in via publica, vel recapti, quia tunc potest puniri à quocunque Iudice capiente, & non remittitur ad Iudicem foriudicatum. *Capibl. de Baronib. d. prag. 8. part. 2. num. 94. & num. 112. cum plurib. ſeq.*

5 Sed si Magna Curia Vicariæ processit ad sententiam foriudicationis contra vassallum Baronis, ipse foriudicatus existens in fortijs dictæ Magnæ Curiæ non debet remitti ad instantiam Baronis ad suam Curiam, vt ibi exequatur sententia foriudicationis, sed dicta sententia exequitur per ipsam Magnam Curiam. *Anna ſing. 56. Maſtrill. dec. 147. num. 12. & ſeq. & Capiblanc. d. pragm. 8. part. 2. num. 91. & Regens Sanfelic. dec. 69.* Nisi sententia foriudicationis sit declarata nulla per ipsam Magnam Curiam, quia tunc causa debet remitti ad Curiam Baronalem Iudicem competentem inquisiti. *Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 49. num. 15. & ſeq. & Thor. compend. deciſion. tom. 3. ſect. 3. ver. remiſſio fol. 110.* Sed, quod Baro possit petere remissionem causæ sui vassalli ad suam Curiam etiam post sententiam, saltim, vt dicta sententia exequatur per Curiam ipsius Baronis, dicit pluries fuisse decisum. *Regens Rouitus pragm. 2. num. 6. vbi de delicto*, idẽ tenent *Thor. compend. deciſ. tom. 2. ver. remiſſio, fol. 573. & tom. 3. ſect. 3. ver. remiſſio, fol. 65. & Nouarius deciſ. Regiæ Audientiæ Apuleæ 97. & in collect. ſuper prag. 2. num. 1. vbi de delicto.* Et hæc vltima opinio caret difficultate in Statu Bisiniani, nam eius Princeps habet priuilegium cognoscendi etiam post sẽtentiam. *Maſtrill. deciſ. 147. num. 14. & ſeq. & Capibl. d. pragm. 8. part. 2. num. 92.* vbi *nu ſeq.* dicit, per Prouinciam Calabriæ fuisse plures foriudicatos remissos ad dictum Statum Bisiniani.

6 Et à fortiori causa remittitur Baroni post sententiam, si ipse Baro ignorabat, suum vassallum fuisse conuentum coràm alieno Iudice, secus si à principio sciebat, & passus fuit, sentẽtiam pronunciari, quia tunc causa nõ re-

remittitur Baroni post sententiam. *Donat. Anton. de Marinis quotid. quæst. cap. 34. & Nonarius dicta dec. 97. n. 10.*

7 Sed sunt aliqui DD. qui tenẽt, quod si forasciti sint capti ab eorum Baronibus, dato quod ipsi Barones præuenerint in captura, tamen tenentur illos assignare Regijs Audientijs, ita *Io. Grandis de bello exulum prædicamento qualitatis, quæst. 3. per totum, & prædicamẽto pati, quæst. 3. speciali 85.* tamen ipse *Io. Grandis d. prædicamento qualitatis quæst. 3. n. 5.* fatetur hanc quæstionem esse dubiam, & desiderare super istam quæstionem Principis decisionem, & in *d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 85.* mouetur ex doctrina *Annæ d. sing. 56.* asserentis, quod post sententiam foriudicationis Regiæ, non est locus remissioni ad Curiam Baronalem, & tamen contra *Annam* non desunt alij DD. qui tenent contrarium, vt supra diximus. Immo ipsemet *Io. Grandis d. prædicamento pati quæst. 3. speciali 97.* dicit, quod licet forasciti, ex quo sunt veri contumaces non possint allegare declinatoriam fori, tamen secus est respectu Baronis dicti foriudicati, ergo *Io. Grandis* sibi contradicit, sed alij tenent, quod Generalis Commissarius Campaneæ sit Iudex competens contra forascitos, & dato, quod Officiales Baronales præueniant contra eorum subditos forascitos in capiendo informationem, & ad capturam, tamen tenentur illos remittere ad dictum generalem Commissarium campanẽæ vnà cum dictis informationibus, ita *Muscatell. pract. delict. in genere, rub. de furtis, tit. de priuilegijs dictorum delictorum, n. 57. & seq.* sed tu dicas, opinionem *Io. Grandis, & Muscatell* posse procedere in famoso, & disfamato foriudicato, qui armans per campaneam commisit plura furta in vijs publicis, & fecit recapta, quia tunc iste talis existens in fortijs Regiæ Curiæ non remittitur ad suum Baronem, & existens in fortijs Curiæ Baronalis semper dicti Regij superiores petunt dictum foriudicatum à dicta Curia Baronali, secus in simplici foriudicato, vt diximus. Immo sunt aliqui, qui tenent, quod Barones possint petere remissionem causarum à Regijs superioribus etiã si in ipsis causis procedatur ad modũ belli contra eorum vassallos, ita *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de potestate ad modum belli cap. 3. & in tom. 2. tit. de armatione per campaneam cap. 2. Thorus Comp. decis. tom. 3. sect. 3. vers. remissio fol. 88. Nonar. in prax. elect. fori tom. 2. sect. 3. quæst. 6. n. 4. cum duob. n. seq. & in collect. ad prag. 10. §. 48. nu. 187. & seq. de off. iudic.* vbi dicit secus esse si in literis commissionalibus Præsidi, vel Regiæ Audientiæ cõcessis esset specialis potestas derogandi priuilegijs Baronum, prout idem est in causis delegatis per Proregem, quoad vassallos Baronis, vt dixi in tract. de foro compet. cap. 8.

8 Sed forasciti status Ecclesiæ, qui grassãtur per Regnum Neapolitanũ, si sint capti per Officiales Regios, ipsi remittuntur ad Officiales Papæ. *Io. Grandis d. prædicamento pati, quæst. 1. nu. 6.* Et quando subditi Romanæ Ecclesiæ delinquunt in Regno possunt puniri pro delictis factis in Regno à Ministris Romanæ Ecclesiæ. Et è contrario si subditi huius Regni delinquant in statu Ecclesiastico possunt puniri ab Officialibus Regijs ac si deliquissent in Regno, vt ita fuisse capitulatum inter Papam, & Proregem, testatur *Io. Grandis de bello exulũ prædicamento quantitatis quæst. 3. post n. 28. & d. prædicamento pati, quæst. 3. speciali 15. n. 1.* & est *pragm. 3. de persequut. malef. & prag. 7. de exulib.* sed quidam banniti Romanæ Ecclesiæ socij Laurentij Scaffei de Cilento famosi foriudicati, qui armauerunt in Regno cum dicto Laurentio Scaffeo, & plura commiserunt delicta in Regno fuerunt suspensi in Regia Audientia Salerni per D. Franciscum de Campo delegatum Suæ Excellentiæ.

9 Foriudicatus si existens in fortijs Curiæ morte naturali decedat, pendentibus nullitatibus discutiendis, contra eius cadauer non exequitur sententia foriudicationis, & proindè eius cadauer non potest suspẽdi, nam si sententia foriudicationis exequi nõ possit contra foriudicatum existẽtem viuum in fortijs Curiæ, pendentibus nullitatibus discutiendis, vt diximus in cap. præcedenti n. 65. ergo à fortiori non potest exequi contra eius cadauer: quod intellige quando quis est foriudicatus non pro enormibus delictis, alias si sit foriudicatus pro enormibus delictis, & sit famosus foriudicatus, & tunc eius cadauer suspendi debet. *Guazzin. ad defensam Reorum def. 38. cap. 6. n. 1. & seq. & def. 33. cap. 26. nu. 6.*

Giz-

Digitized by Google

Gizzarell. dec. 15. vbi *de Angelis n.* 8. *&* 11. *Chartar. de exequut. sent. cap. fin. n.* 455. *Iul. Clar.* §. *fin. quæst.* 51. *vers. sed hic incidenter, Carolus Rota in florilegio pract. conclus. concluſ.* 9 *n.* 94. *Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, nu.* 79. *&* Caball. *reſol. crim. caſu* 294. *num.* 450. *& ſeq.* Prout etiam ſi condemnatus ad mortem decedat, appellatione pendente, licet eius cadauer non ſit ſuſpendendum, tamen ſecus eſt ſi ſumus in atrocioribus. *Gizzarel. d. dec.* 15. *& Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de carcerario cap.* 1. *n.* 22. *cum pluribus. n. ſeq.* vbi dicit, quod ſi Reus decedat, pendente prima inſtantia, non debet ſuſpendi eius cadauer, idem tenent *Farinac. pract. crim. tit. de inquiſitione q.* 10. *n.* 77. *Nouarius de grauaminib. vaſallorum tom.* 3. *grauam.* 31. faciunt dicta per *Regentem Rouitum dec.* 64. niſi Reus ſit inquiſitus de delictis atrocioribus & ipſe ſit confeſſus, vel legitimè conuictus, quia tunc eius cadauer poteſt ſuſpendi. *Farinac. d. quæſt.* 10. *n.* 78. *&* 79. *&* Guazzin. *d. def.* 38. *cap.* 6. *nu.* 1. *&* 2. vbi *nu.* 3. dicit, idem eſſe ſi quis ſe interficiat manibus proprijs metu pœnæ; idem tenet *Iul. Clarus d. quæſt.* 51. *ver. ſed hic incidenter in fine, &* Guazzin. *d. def.* 33. *cap.* 26. *n.* 6.

10 Et licet ius exequendi ſententiam præſcribatur ſpatio triginta annorũ. *Affl. dec.* 245. *in fine, & dec.* 345. *Cauuit. ritu* 262. *n.* 8. *&* Riccius *coll.* 285. vbi hoc limitat ſi ſit cepta exequutio ſententiæ, ſed non ſit finita infra triginta annos, quia tunc, elapſis triginta annis, non dicitur præſcripta actio, & poteſt finiri exequutio, citat *Achil. de Graſſis dec.* 5. *de præſcript.* tamen ſi quis ſtetit foriudicatus per ſpatium triginta annorũ, quibus elapſis ſit captus, in hoc caſu ſententia foriudicationis contra eum exequitur. *Nellus de bannitis in* 2. *parte,* 2. *temporis, nn.* 64. *Foller. pract. crim. rub. captis foriudicatis recognoſcantur. n.* 7. *Guazzin. ad defenſ. Reorum def.* 35. *cap.* 17. *num.* 3. *Boßus pract. crim. tit. de banni nullitate. n.* 3. *&* Caball. *reſol. crim. caſu* 239. & eſt ratio, quia dum Fiſcus non potuit exequi facere ſententiam foriudicationis cõtra foriudicatum propter abſentiam dicti foriudicati, ipſi Fiſco non currit ius præſcriptionis aduerſus ſententiã, quia ipſa exequi poſſit, nam non valenti agere non currit præſcriptio, vt diximus cap. præcedenti n. 67. Et ideo *Gramat. in Conſt. Regni, pœnam eorum, n.* 18. dicit, quod ſi foriudicatus ſit captus poſt quinquaginta annos ipſe non poteſt allegare præſcriptionẽ aduerſus ſentẽtiam foriudicationis, & idem tenet *Chartar. de exequut. ſent. cap. fin. num.* 313. *cum duob. nn. ſeq.* vbi ipſe *Chartar.* rationem aſſignat, & dicit, quod dicta ſentẽtia foriudicationis eſt conditionalis, quæ impleri nõ poteſt niſi poſtquam foriudicatus in fortijs Curiæ peruenit, nam ipſe condemnatur, ita vt ſi deinceps in fortiam Curiæ deueniret ducatur ad locum iuſtitiæ, & ibi decapitetur, vel furcis ſuſpendatur, vt dixi ſupra cap. 12. n. .... & ob id tempus non incipit antea currere, quàm in fortiam Curiæ peruenerit, argumento *l.* 1. *in fine, C. de annali except.*

11 Et poſtquam ſit dictum per Iudicẽ competentem, quod ſententia foriudicationis exequatur, & tunc ſtatim ipſe foriudicatus ponitur cum perſonis religioſis, quæ eum moneant pro ſalute eius animæ. *Chartar. de exequut.*
12 *ſent. cap. fin. n.* 436. *& ſeq* nam à ſententia de exequendo non datur appellatio. *l. ab exequutione C. quorum appellat. non*
13 *recip.* Et ipſe foriudicatus confitetur peccata ſua Sacerdoti, & sãctiſſimam Eucariſtiam ſuſcipit, ſed non extremam vnctionem, & pro illo die, quo foriudicatus ſuſcepit ſanctiſſimam Eucariſtiſtiam non poteſt morti tradi, prout hæc omnia docent *Guazzin. ad defenſ. Reorum, def* 38. *cap.* 2. *&* Chartar. *d. cap. fin. n.* 433. *cum duob. n. ſeq.* Et Iudex condemnans aliquem ad mortem debet eſſe ſollicitus pro ſalute animæ condemnati, vt eum faciat peccata ſua confiteri, antequam ducatur ad ſupplicium, alias punitur. *l. Archigerones. C. de Epiſcop. Audient.* & docent *Paris de Puteo de ſindicatu, verſ. condemnatio, cap.* 2. *n.* 1. *Guazzin. d. defen.* 38. *d. cap.* 2. *nu.* 1. *&* Chartar. *d. cap. fin poſt num.* 429. Immo ſi Princeps reſcribat Iudici, quod ſtatim foriudicatum ſuſpẽdat; tamen adhuc ipſe Iudex debet competentem ſpatium concedere ipſi foriudicato ad confitendum peccata ſua Sacerdoti, alias ipſe Iudex malefacit. *Iul. Clar.* §. *fin. quæſt.* 97. *verſ. Item eſt differentia in fine, Chartar. d. cap. fin nu.* 432. *&* Guazzin. *d. def.* 38. *cap.* 2. *nu.* 1. *verſ. in tantum.* Quod ſi foriudicatus noluit ſua peccata confiteri, & ſe emendare, & tunc eſt aliquãtulum ſuperſedendum in exequendo iuſtitiam, & ipſi debet perſuaderi per

Digitized by Google

probos viros ad confitendum peccata sua, quod si hoc noluit facere demum suspenditur. *Iul.Clar.d.quæst.97. vers.sed pone,& Chartar.d.cap.fin.post num. 429.*

14 Sed ipse foriudicatus non potest morti tradi die feriato. *l.si feriatis ff.de ferijs l.custodias ff.de publicat.* & docent *Boer.dec.259.nu.28. Caball.resol.crim.casu 227.d nu.28.vsq; ad n.53.& Io.Grandis de bello exulum prædicamento quando quæst.2. n.1.*nisi sit insignis latro,quia tunc potest morti tradi die feriato, vt est *text. de iure Regni in cap.Reg. prouisa iuris sanctio*, & de iure communi docent *Bal. & Paul. de Cast.in l.Prouinciarum C.de ferijs,Iul.Clar.d.quæst.97.ver.quæro etiam, Foller. pract.crim. rub. pœnis debitis feriantur n.101. Caball.vbi supra,Chartar.d.cap. fin.nn.438.& seq. Guazzin.d.def.38.cap.5. nu.1. & Regens Dominus Sanfelic.dec.173.* sed exequutio sententiæ non potest fieri in die festiuo ad honorem Dei, secus in diebus festiuis ad honorem hominis. *Chartar.d.cap.fin.n.440.& Dãza de pugna DD. tom.2. tit. de ferijs cap.1. n.24.*& in ciuilibus an sententia possit exequi die feriato dixi supra cap.19. n.23.

15 Et foriudicatus suspendendus ducitur per loca publica ad locum iustitiæ. *Guazzinus d.def.38.cap.5.nu.2.*vbi *nu.4.*dicit ipse *Guazzin.*quod exequutio sententiæ contrà delinquentem debet fieri publicè,& non occultè,nisi ex licentia Principis id fiat, quod si fiãt de licentia Principis, & tunc postea eius cadauer debet poni in loco publico, ne murmur in Populo oriatur, & idem tenet *Chartar.in d. cap. fin. post n.443.* Et exequutio sententiæ capitalis est facienda in locis publicis. *Foller.d.rub. pœnis debitis feriantur, nu.78.* Et quidam Iudex cum haberet meretriculam in mensa petentem ab eo hominem Reum mortis coram se occidi,sic ipse Iudex fecit,vt meretriculæ complaceret, & ipse Iudex ex hoc fuit à Curia expulsus. *Baiard. ad Clarum §.fin.quæst.99.nu.6.Guazz.def.35. cap.9.n.10.& def.38. cap.5.n 4.*

16 Sententia foriudicationis contra foriudicatum exequi debet in loco delicti. *l.capitalium, §.fin. ff.de pœnis, Iul. Clar.d.quæst.99.ver.item quæro,& Carolus Rota pract.conclus.concluſ.9.n.93.* sed de consuetudine potest exequi in loco, vbi residet Iudex; intellige, parte accusante non contradicente,alias exequi debet ad locum delicti. *Io.Grandis de bello exulum prædicamento vbi, quæst.3. n.2.*vbi *n.4.*dicit, quod quando est suspitio, ne consanguinei condemnati auferant eum, exequutio sententiæ potest fieri in carceribus, & *nu.6.*dicit ipse *Io.Grandis* ibi,quod Iudex potest dare licentiam carnifici, vt si dum ducat condemnatum ad supplicium timeat ne ei auferatur,gladio eum interficiat in itinere, quod facere non potest ipse carnifex si non habeat dictam licentiam, idem tenet *Guazzin. ad defens.Reorum def.5.cap.6.n.5.& Carrerius pract.crim.tit.de homicidio, ver.decimo nono excusatur fol. mihi 219. à tergo.* Et quod exequutio iustitiæ debeat fieri in loco consueto, & deputato est *text. in l.pen. ff.de iust. & iure*, sed famosi latrones suspẽduntur vbi grassati sunt. *d.l.capitalium, §.famosos*, sed hoc aliqui extendunt in quocunq; delinquente, prout tenet *Chartar.d.cap.fin.n.441.cum duobus n.seq.*sed quando Præses discurrit Prouinciam pro persequutione bannitorum, ipse Præses potest exequi facere iustitiam contra bannitos, & foriudicatos captos vbi dicto Præsidi videbitur, vt docet *Io. Grandis d. prædicamento vbi d.quæst.3.n.7.*

17 Carnifex pro ducendo malefactorẽ ad locum iustitiæ potest capere equũ, bouem,vel aliud animal,soluto tamẽ competenti pretio Domino animalis. *Chartar. d.cap.fin.nu.454.& Guazzin. d. def.38.quæst.5.nu.3.*vbi dicit,quod talis impensa spectat ad Fiscum, & quod carnifex possit capere animalia alicuius pro iustitia consequenda, dicunt *Affl.in Const. Regni,omnes Officiales, nu.3. Hipp.de Marsi.in l.1.n.26.ff.ad leg.Corn.de Sicarijs,Caball.de omni genere homicidij,nu. 14.& Danza de pugna DD.tom.1.tit.de Officialib.in genere cap.11.n.50.*vbi dicit ipse *Danza* hoc procedere de iure, mediante salario,sed dicit hoc nunquam vidisse obseruatum,sed semper carnificem cepisse animalia gratis, citat *Cinum in l.si locus ff.quemad.seruit.amitt.*

18 Et quando non adest carnifex in loco Iustitiæ potest vilis persona cogi ad exercendum hoc officium. *de Nigris in cap.Regni grauamina,num.100. Iul. Clar.d.quæst.99.ver.sed pone, Chartar.dicto cap.fin. num.453. Hippolit.de Marsi.in l.1. num.26.ff.ad legem, Cornel.de Sicariis, Caball. de omni genere homicidii, nu.13. Guazzin.*

Digitized by Google

zius. d.defenſ.38.cap.5.num.5.& ſeq.& Foller. practi.crim. rub.pœnis debitis feriantur, num.18. vbi *num.19.* dicit, quod ſi Iudex habeat plures carceratos, inter quos adſit vnus, qui poſſit condemnari ad opus publicum, in hoc caſu ipſe Iudex poteſt talem condemnare, vt exerceat officium carnificis ad tẽpus, vel imperpetuũ, prout erit qualitas delicti, & idem docet *Guazzin. dicta defenſ.38. cap.5. num.6.* Et Iudex poteſt facere gratiam Reo morituro, dummodò exerceat officium carnificis. *Foller. d.rub pœnis debitis feriantur, nu.21.* ſed hoc facere debet ipſe Iudex, conſulto Principe, vt aduertit *Guazzin. d.defenſ.38. cap.5. num.6. in fine*; Et Iudex poteſt etiam capere ſeruum hominis priuati, & exequi facere ſentẽtiam capitalem. *Foller. d.rub. debitis pœnis feriantur, num.20.* Sed ipſi perſonæ vili, quæ compellitur ad exercendum officium carnificis, ipſi ſunt ſoluendi quinque aurei, pro ſuſpendendo malefactorem. *l.diuus ff.de bonis damnat. Iul. Clar.d.quæſt.99.ver.ſed pone in fine, Chartar. d. cap. fin. num.453. & Guazzin. d.defenſ. 38. cap.5. num.* 7. vbi dicit, quod *d.l.diuus* eſt correcta per §. *fin. Auth. vt nulli Iudic.* ſed in practica ſeruatur, ſecundum *d.l.diuus*, & in Magna Curia Vicariæ, & in Regijs Audientijs adeſt
19 carnifex, qui eſt ſalariatus à Fiſco, nã iſtæ expenſæ carnificis ſpectant ad Fiſcum, & ad Baronem in terris Baronalibus. *Gapiblanc.de Baronib. pragm.19. num.34. Cappel.Tholoſ.dec.41. Chartar. d. cap.fin.num.456. & de Nigris in cap.Regni grauamina, num.99.* niſi in contrarium ſit' conſuetudo, nam in multis locis de conſuetudine iſte expenſæ ſoluuntur per Vniuerſitatem. *Iul.Clar.d.q.99. ver.quæro hic, Cabal.reſol.crimin.caſu 201. nu.14. Chartar.d.cap.fin.nu.456. & Guazzin.ad defenſ.reor.def.6.cap.5.n.8.*

20 Sed aduertat Iudex ne faciat exequi ſententiam foriudicationis contra foriudicatum à Carnifice inimico ipſius foriudicati, ne ipſe foriudicatus contriſtetur, & anima eius pereat in æternum, & carnifex ipſe peccet in habendo ſolatiũ de morte ipſius foriudicati, & in committendo dolum in dilatando mortem ipſius foriudicati. *Cabal.de omni genere homicidii, nu.15. cum trib. num ſeq.*

21 Aduertet etiam Iudex, ne exequi faciat ſententiam foriudicationis in perſonam foriudicati in caſibus, in quibus debet differri eius exequutio, quorum Primus eſt caſus, ſi ipſe foriudicatus ſit obligatus ad reddendam rationem alicuius adminiſtrationis, nam tunc differtur exequutio ſentẽtiæ quouſque non reddat rationem dictæ adminiſtrationis. *Cabal.reſol.crim. caſu 146.num.7. Chartar.d.cap.fin.nu.427. & Guazzin.d.def.38.cap.3.num.2.* Secundus eſt caſus, ſi foriudicatus exiſtens in fortijs Curiæ efficiatur furioſus, nã tunc contra eum non exequitur ſententia foriudicationis. *Chartar. d cap. fin.num.424. Iul.Clar.§ fin quæſt.60. ver. ſed quæro.* Immo, ſi poſt commiſſum delictum ſuperueniat furor in perſonam delinquentis, ipſe non poteſt cõdemnari, vt dixi ſupra cap.3. num.78. Sed, quãdo furor ſuperuenit poſt delictum, & ſperatur, quod ipſe furioſus de proximo eſſet ſanandus, & tũc exequutio ſententiæ eſt differenda vſque ad recuperatam ſanitatem. *Aret.in l.ex facto, num.16.ff de vulg. & pupill.ſubſt.Gabal.reſol.crim. caſu 297. nu.20.* vbi *num.43.* dicit, quod qui poſt delictum commiſſum in furorem venit, non punitur pœna corporali, ſed in carceribus detinetur, donec ad ſanam mentem reddat, vt pœna contra eum exequi poſſit. Tertius eſt caſus, quando mulier foriudicata carcerata eſt prægnans, nam contra eam non exequitur ſententia foriudicationis quouſque non peperit. *l Imperator, ff.de ſtatu hominum, l.prægnantis, ff.de pœnis, Iulius Clar.§.fin.quæſt.97. ver. differtur etiam, & Chartar.d.cap.fin.num.425.* Immo, neque ipſa ſententia poteſt exequi contra dictam mulierem infra quadraginta dies poſt partum, quod ſi ipſa mulier non habeat conſanguineos, qui valeant alimentari facere partum, partus ipſe alimentatur à Fiſco. *Conſt. Regni peſſimam, & horrendam circa finem.* Immo ſi ipſa mulier foriudicata ſit prægnans vnius diei, adhuc contra ipſam non poteſt exequi ſententia, & hoc, dato, quod ſit prẽgnans ex alio, quam ex ſuo marito, argumento eorum, quæ traduntur per *Io. Ant.de Nigris in cap.Regni, adhoc, num.132.* Et neque mulier prægnans foriudicata non exiſtẽs in fortijs Curiæ poteſt impunè interfici ab aliquo vigore ſtatuti diſponẽtis, foriudicatos poſſe impunè occidi, vt dixi ſupra cap.17.num.29. Quartus

Digitized by Google

casus est, quando expedit Fisco, vt supersedeatur in exequēdo sententiam foriudicationis, quia tunc supersederi debet, puta si sit facienda confrontatio cum alijs Reis, vel si ipse foriudicatus velit alios inquisitos dare in manibus Curiæ, quia tunc mittendus est cautè cum famulis Curiæ. *Io. Grandis de bello exulum in prædicamento quando, quæst. 3. num. 4. in fine*. Quintus casus est, quando foriudicatus est peritissimus in arte sua, quia tunc superseditur in exequutione sententiæ, & imponitur minor pœna, consulto Principe. *leg. ad bestias, ff. de pœnis*, & docet *Chartar. d. cap. fin. num. 429*. Vltimus casus est, quando constat de innocentia foriudicati, quia tunc est supersedendum per Iudicem in exeuqutione dictæ sententiæ foriudicationis, & est rescribendum Principi, vt dixi supra cap. 14. nu...

22 Foriudicato, si dum ipse ducatur ad patibulum obuiam faciat Cardinalis, & apponat pileum in capite ipsius foriudicati, ipsi foriudicato est facienda gratia. *Albanus in Add. ad Bart. in l. seruus, num. 2. & seq. ff. de leg. 1. Chartar. d. § fin. post num. 428. Iul. Clar. § fin. q. 98. versic. vlterius quæro, & Carauit. ritu 259. num. 8.* Hoc tamen fallit in condemnato pro crimine falsi. *Catalan. de indulto, cap. 36. num. 47. & seq.*

23 Sed si ipsi foriudicato obuiam non faciat Cardinalis, ipse foriudicatus ducitur ad locum patibuli, & ductus (flexis genuis) confortatur per dictas personas religiosas, & tandem ascendit furcas, & carnifex ligat laqueum in stante furcarum, & eum deijcit à
24 Scala. Quod si rumpatur funis, & tūc dicunt aliqui, quod ipse suspendendus debet liberari, ita *Arnon. soliloquio 5. & Carolus Rota in florilegio practic. conclus. concluſ 9. num. 93*. Alij verò dicunt, quod aliquando debet iterum suspēdi, & aliquando debet supersederi in exequutione, & Principi notitiam dari, ita *Iul. Clar. § fin. quæst. 98. ver. vltimo quæro, Cabal. resol. crimin. casu 257. & Chartar. de exequut. sent. in præfatione à nu. 58. vsque ad num. 69*. Et quod debeat dari notitia Principi, nisi suspendendus sit famosus bannitus, vel diffamatus, dicit *Guazzin. d. defens. 38. cap. 3. n. 3*. Et quod Princeps debeat aggratiare Reum, quando rumpitur funis, dicit *Boss. pract. crim. tit. de exequutione sententiæ, num. 25*. Sed, quod semper indistinctè suspendendus debeat iterum suspendi, si rumpatur funis, tenet *Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de Officialib. in genere cap. 11. num. 43. cum plurib. num. seq.* vbi refert bis fuisse fractum laqueum, & iterum damnatum fuisse suspensum. Quod si laqueus non rumpatur, & tunc carnifex vnum pedem ponit in capite, & alium in spatulis suspendendi, & tamdiù fortiter pedibus premit, quādiù ipse miser foriudicatus emittit spiritum.

25 Sed si ipse foriudicatus post emissum spiritum reuiuiscat ex gratia Dei, ipse amplius non est suspendendus. *Cabal. resol. crim. casu 257. post num. 4. & 12. & Chartar. de exequut. sent. in præf. num. 65*.

26 Sed si exequutio sententiæ sit per errorem facta, vt quia vnus pro alio fuit suspensus, in hoc casu etiam verus delinquens suspendi debet. *Chartar. de exequut. sentent. cap. fin. num. 461. & Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armatione per campaneam, cap. 4. num. 10.* & faciūt dicta per *Hipp. de Mars. in l. 1. nu. 14. ff. ad legem Cornel. de Sicariis per Cabal. resolut. crim. casu 37. & per Guazzin. ad defens. reorum, def. 2. cap. 8. num. 15.* vbi dicūt, quod si aliquis, quam verus delinquens sit punitus, hoc non obstante, si reperiatur deindè verus delinquens, ipse punitur, citant *tex. in l. qui seruum, ff. de interrog. act.*

SVMMARIVM.

1 *Cadauer Rei suspensi, an debeat Ecclesiasticæ sepulturæ tradi? & an possit tradi Medicis ad anatomiam faciendam? num. 2. & 3.*
4 *Vestes Rei suspensi ad quem spectant?*
5 *Spolians foriudicatum suspensum, punitur pœna arbitraria.*
6 *Membrum, an possit impunè mutilari foriudicato suspenso?*

CAP. XXVII.

De cadaueribus foriudicatorum.

1 SI loquimur de cadauere foriudicati mortui extra carceres, dum armabat per campaneam, & dictum cada-

Digitized by Google

cadauer non debet ſepelliri in loco bannni, vt dixi ſupra cap. 18. num. 10. vbi etiam dixi, quod receptans cadauer banniti punitur. Si verò loquimur de cadauere foriudicati exiſtentis in poſſe Curiæ, qui foriudicatus morte naturali deceſſit, pendentibus nullitatibus foriudicationis diſcutiẽdis, an dictum cadauer ſit ſuſpendendum, de hoc dixi in cap. præcedenti, num. 9 Sed tantum intentio mea eſt tractare in hoc cap. fin. de cadauere foriudicati ſuſpenſi per Iudicem cõpetentem. Et ideò aduertas, quod poſtquam foriudicatus eſt ſuſpenſus, eius cadauer de iure Canonico debet tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ. *cap. quæſitum, 13. quæſt. 2. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 100. in princ. Chartar. de exequut. ſentent. cap. fin. num.* 457. Sed de iure ciuili corpora damnatorũ non poſſunt Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi abſque licentia Iudicis. *l. 1 ff de cadauerib. punitorum, Chartar. d. cap. fin. d. num.* 457. prout etiam ſeruatum fuit in ſacratiſſimo corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod corpus de licentia Pilati Præſidis fuit Eccleſiæ ſepulturæ traditum. *Ioan. cap. 24. Chartar. d. c. fin. nu.* 458. *& Iul. Clarus dicta quæſt. 100. in princ.* vbi dicit, quod quãdo damnatus eſt publicus latro, vel ſi grauia delicta commiſerit, & tunc diuiditur eius cadauer in fruſtra, poſtquam fuit ſuſpenſus, & ponitur in locis, vbi frequentius ipſe graſſatus ſit, vel relinquitur in loco patibuli, vt omnibus ſit exemplo, & idem tenent *Chartar. d. cap. fin. n.* 459. *Tartag. pract. crim. cap. 16. n. 6. & Guazzinus ad defenſam Reorum def. 38. cap. 7. n. 3. in fine.* Sed licet de iure cadauera foriudicatorum, & bãnitorum ſuſpenſorum debeant ſemper manere ſuſpenſa, vt eorum conſpectu cęteri teneantur. *l. reſpiciendum §. famoſos,* vbi Bar. *ff. de pœnis,* tamen hoc non obſeruari, & aliquando tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ tàm per Præſidẽ, quàm per Auditores, teſtatur Io. *Grandis de bello exulum prædicamẽto pati, quæſt. 3. ſpeciali* 87. ſed quis non poteſt propria auctoritate cadauera ſuſpẽſorum ſepelire, & à patibulo ea eripere, & hoc ſiuè Reus ſit ſuſpenſus in loco conſueto, ſiue in alio loco. *Baiard. ad Iul. Clarum d. quæſt. 100. n. 1. & Guazzin. d. def. 38. cap. 7. n. 2.* vbi *n. 4.* dicit, quod cadauera damnatorum ſepeliuntur in loco ſolito ſecundum loci conſuetudinem.

2 Et cadauer damnati ſuſpenſi poteſt tradi medicis ad anatomiam faciendam. *Foller. pract. crim. rub. pœnis debitis feriantur, nu.* 80. *de Angel. ad Gizzarell. deciſ. 15. n. 7. & Iul. Clar. d. quæſt. 100. verſ. quæro numquid,* vbi dicit, præcedente tamen licentia Principis, vel Senatus, ſed Iudex inferior hanc licentiam concedere non poteſt. *Guazzin. d. def. 38. cap. 8. poſt nu. 1.* vbi *nu. 2.* dicit, quod cadauer damnati pro anatomia faciẽda ſolum conceditur, quando damnatus eſſet tantum ſuſpenſus, & non aliter mortuus.

3 Et facta anatomia de corpore damnati ſuſpenſi, reſiduum dicti corporis, quod ſupereſt debet ſepeliri, & debẽt medici officia ſolemnia pro anima anatomizati decantari facere, & illius oſſa ſepulturæ cũ debitis funeralibus tradere. *Baiard. ad Clarum d. quæſt. 100. n. 4.* Immo Scholares, & alij, qui interuenerunt dictę anatomiæ, debent elemoſynas facere pro Miſſis celebrandis pro ſalute animæ illius damnati anatomizati. *Guazzin. d. defenſ. 38. cap. 8. n. 4.*

4 Et veſtes cadaueris ſuſpenſi, ſi ſint viles, ſunt carnificis, ſi vero pretioſæ, & tunc diuiduntur inter milites. *Iul. Clar. d. quæſt. 100. verſ. quæro etiam,* latè *Guazzin. d. def. 38. cap. 9. per totum, & Chartar. d. cap. fin. n. 462.* vbi *n. ſeq.* dicit, quod veſtes Saluatoris noſtri diſtributę fuerunt inter milites, & ſatellites.

5 Sed priuatus ſpolians foriudicatum ſuſpenſum punitur pœna arbitraria. *Nonarius deciſ. Regiæ Audientiæ Apuleæ 145. n. 1.* & an occidens foriudicatum poſſit poſtea illum ſpoliare, & veſtes auferre dixi ſupra cap. 17. n. 52.

6 Et foriudicatus poſtquam eſt ſuſpenſus an aliquis poſſit ipſi mutilare membrum, & videtur dicendum, quod ſic, nam ſi poteſt illum offendere impune, eo viuente, vt dixi ſupra d. cap. 17. n. 2. ergo à fortiori, eo mortuo, & homo mortuus non dicitur amplius homo, cum non habeat corpus, & animam, & mors tollit nomen, & vulnerans hominem non tenetur pœna ſtatuti vulnerantis aliquem, quia mortuus non moritur, nec vulneratur, & licet quis poſt mortem dicatur offendi, tamen hoc eſt fictè, ſed non verè, vndè qui exanimatum corpus vulnerat, non punitur tanquam de vulnere, quia corpus mortuum iniuriam

Digitized by Google

iuriam non sentit. *Caball. resol. crim. casu* 83. *n.* 9. sed contrarium puto verum, nam licet foriudicatus possit impunè offendi, tamen quando est in posse Curiæ non potest offendi impunè, vt dixi d. cap. 17. nu. 12. ergo, &c. & etiam mortuo fit iniuria, & violentia, vndè percutiens Clericum mortuum efficitur excommunicatus. *Graffus de effect. cler. eff.* 9. *num.* 140. *& seq. & Hipp. de Marsi. in l. fin. nu.* 44. *ff. de quæst.* vbi *nu.* 50. dicit, quod licentia data à statuto offendendi bannitum finitur morte ipsius banniti, & *nu.* 51. dicit ipse *Hipp. de Marsi.* ibi, quod derubans bannitum mortuum, debet furca suspendi, sicut famosus fur, de quo vide, quod dixi supra d. cap. 17. num. 52. Et vulnerans mortuum punitur pœna extraordinaria, licet non pœna legis de vulnerante aliquem. *Io. de Arnon. in suis commentarijs vtriusq; iuris, commentario* 101. *in fine, & Caball. d. casu* 83. *nu.* 12. Vndè non videtur tuta opinio *Hipp. de Marsi. in l.* 1. *n.* 65. *ff. ad legem Cornel. de Sicarijs*, asserentis, quod dormienti non fiat iniuria, nam si iniuria fiat mortuo, à fortiori fit dormienti; & habēs rem cum mortua grauiter punitur. *Iul. Clar.* §. *fornicatio vers. cum mortua*, & quod mortuus offendatur, & cadaueri fiat iniuria, est *tex. in l.* 1. §. *quoties ff. de iniurijs, & in l. qui sepulchra ver. domos defunctorum C. de sepulcro violato*, & docet *Caball. resol. crim. casu* 189. *nu.* 2. & sicut quis mutilans membrum alicui homini viuo intus Ecclesiam non gaudet immunitate Ecclesiastica per Bullā Gregor. XIV. cū aliàs, ita si mutilat mebrū alicui homini mortuo intus Ecclesiā, neq; gaudet eius immunitate, vt docet *Canonicus Nouarius summa bullarum tom.* 1. *super dictam Bullam Gregorij XIV. tit. de immunitate Ecclesiastica n.* 53. *& Nouarius senior decis. Regia Audientia Apulea* 145. vnde merito mutilās membrum foriudicato suspenso puniri debet, vt diximus, & cum his finem impono in hac praxi foriudicatoria ad laudem, & gloriam Domini nostri Iesu Christi, gloriosissimæ eius Matris sanctissimæ, diuæ Catharinæ, Sancti Antonij de Padua, Sancti Dominici, Angeli Custodis, Sancti Ioseph meorum Aduocatorum, ac omnium Sanctorum, die 6. Ianuarij 1645. quo die celebratur festiuitas Epiphaniæ, & eodem die ego Doctor Angelus Scialoya natus fui de anno 1607.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

Rerum notabilium, quæ in hac Praxi Foriudicatoria continentur.

Absens non comprehenditur in exfractu cap. 22. nu. 38.

Absens in criminalibus non potest de iure diffinitiuè condemnari, quando contra eum venit imponenda pœna vltra relegationem, sed de generali consuetudine Italiæ, & de iure Regni est secus, cap. 1. num. 5.

Absentia citati pro causa criminali potest allegari per consanguineos citati, cap. 8. nu. 87. & latè de materia absentia, ibidem, vsque ad num. 106.

Accessus prohibitus ad patriam, non censetur prohibitus ad locum domicilij; sed tantum ad locum, vbi quis natus est, cap. 23. nu. 39.

Accusator, non tenetur personaliter comparere ad prosequendam suam accusationem; sed potest mittere procuratorem; & ipse accusator, debet in omnibus audiri, cap. 8. num. 8. & citari debet, si intendat facere partem in iudicio, ibidem, n. 9.

Actuarius in causis criminalibus, non potest recipere petitiones, quæ sapiunt defensiones reorum ab alijs, quàm à dictis reis, cap. 8. n. 5.

Adnotatio facta per Iudicem in calce processus, talem fuisse foriudicatum non probat sententiam foriudicationis, si ipsa non reperiatur in processu, cap. 12. n. 21.

Adulterium committens, qua pœna puniatur, & qua pœna punitur accomodans domum ad committendum adulterium, cap. 3. nu. 108.

Aggratiatus, si sit captus ad locum vetitum infra tempus obtinendi remissionem non gaudet gratia, cap. 24. num. 18. limita ibidem, vt num. 19.

Alimenta, non spectant ad Fiscum, publicatis bonis illius, cui debeantur alimenta, cap. 16. num. 19.

Alleuiantes naues, & in ipsis practicantes, absque licentia Officialium Sanitatis in Ciuitate Neapolitana, puniuntur pœna mortis, cap. 3. nu. 135.

Alguzerij officium, quis exercere non potest in M.C.V. nisi sit approbatus, & matriculatus, & quod sciat scribere, cap. 6. n. 8.

Animalia, quis vendere non potest extra suam patriam, nisi habeat fidem à deputatis dictæ suæ patriæ, cap. 21. n. 13.

Annus expectari debet ad foriudicandum plures, qui commiserunt homicidium cum vno ictu scopettæ, & ignoratur, à quo fit emissus dictus ictus, cap. 10. n. 9. & 10.

Annus, in quo quis persistere debet in contumacia, vt possit foriudicari, à quo tempore incipit currere, cap. 9. n. 14. & 19.

Appellatio non datur à decreto de enequendo, cap. 26. n. 12.

Appellatio admittitur, ab omni grauamine, & quod ampliatur pluribus modis, cap. 14. n. 1.

Appellare potest bannitus de iure communi, sed in Regno foriudicatus, lecta sententia foriudicationis non appellat, cap. 14. num. 2. & tale statutum valet, ibidem num. 3. sed foriudicatus, potest dicere de nullitate, ibidem, nu. 6. Et an in Statu Ecclesiastico possit appellare? ibidem, num. 4. Agnati rei foriudicandi possũt appellare à decreto, quod Reus foriudicetur ante lectam sententiam foriudicationis, ibidem, num. 5. Foriudicatus appellans cum rescripto Principis, ibidem, num. 7. Sed debet fieri rescriptum cum clausula (non obstante Const. Reg. pœnam eorum) ibid. n. 8.

Appellari potest per consanguineos foriudicandi à decreto, quod Reus foriudicetur, ante lectam sententiam foriudicationis, & interim ipsa sententia non potest legi, cap. 11. nu. 23. & neque foriudicandus potest occidi, ibidem. nu. 24.

Arbores alienas incidens, de iure Regni punitur pœna mortis, secus de iure com. cap. 3. n. 133.

Argumentum valet de excommunicato ad bannitum, cap. 1. n. 20.

Arma alicuius reperta propè cadauer occisi, faciunt indicia contra dominum dictorum armorum, & quomodo elidatur hoc indicium, cap. 4. n. 61.

Armantes quatuor per campaneam cum armis prohibitis ad modum exulum extra vias publicas cum concurrenti diffamatione, dicun-

Digitized by Google

tur foriudicati, etiam, si non delinquant, & puniuntur pœna mortis, cap. 3. num. 29. & comprehenditur etiam mulier in isto numero quatuor, ibidem, num. 30. & contra istos tales, Regiæ Audientiæ procedũt ad modum belli, ibidem, n. 31.

Assassinus, punitur pœna mortis, & quid in mãdante, & quid non sequuto effectu, & quid in mediatoribus, cap. 3. n. 98.

Asserens, se prius inuenisse occisum, an contra eum faciat indicium ad torturam? cap. 4. num. 21.

Asugiens à carceribus habetur pro confesso, cap. 20. num. 42. Intellige, vt ibidem, nu. 44. & 46. & quid, si ipse erat iniustè carceratus, ibid. n. 42. & 43.

Asugiens propè locum delicti, potest torqueri, nisi sponte compareat, cap. 4. n. 23.

Auxilium præstãs Turcæ, vel Mauro, vt ausugiant à Regno, punitur pœna mortis, cap. 3. num. 122.

B

Banna disponentia, vt quis occidens foriudicatum, gaudeat indulto, valent. cap. 24. num. 92. & talia banna possunt tantum fieri à Principe, ibidem, n. 93.

Banna, quæ dantur secũdum statuta Terrarum Italiæ sunt mortalia, cap. 3. n. 3.

Bannitus in are, & persona, habetur pro mortuo, cap. 15. n. 6.

Bannitus, & contumax habitus pro confesso vigore statuti, de iure communi semper auditur ad se defendendũ in causa principali, cap. 14. à num. 10. vsque ad num. 15. & quid in Statuto Ecclesiastico, ibidem, nu. 16. & quid secnndum Statuta Italiæ, ibidem, num. 11. sed in Regno, lecta sententia foriudicationis foriudicatus non auditur in causa principali, ibidem, num. 16. amplia ibidem, nu. 27. limita duobus modis, ibidem, nu. 12. 20. & 26.

Bannitus, & condemnatus pro delicto in contumacia, dicitur bannitus, & condemnatus ex maleficio, & non ex contumacia, cap. 1. num. 27.

Bannitus de iure communi, non potest impunè occidi, cap. 17. n. 1.

Bannum, & adnotatio bonorum fit contra contumacem in citatione ad informandum, & ad capitula, cap. 9. num. 1. & quid sit ponere Reum in banno, ibid. n. 2.

Bannum fieri debet, contracta contumacia, & elapso anno à die dicti banni Reus potest foriudicari, cap. 10. & annus currit à die promulgationis dicti banni, ibidem, n. 2. & quid si tempus anni sit breuiatum à statuto, quo tempore, incipiat currere dictum tempus breuiatum, ibidem, num. 29.

Bannum, si dicat, vt occidens foriudicatum possit denominare vnum delinquẽtem, qui gaudeat indulto; si nominet duos, primo nominatus gaudet indulto, cap. 24. nu. 100.

Bannum, an dicatur sententia interloquutoria, & possit reuocari, cap. 9. n. 3. & 4.

Bannum præcedere debet, vt possit proferri sententia foriudicationis, cap. 9. num. 5. & 7. sed bannum non fit in M.C.V. & neque in Vrbe Romana, ibid. n. 9. & 12.

Bannum debet publicari Curia sedente, & deindè per Ciuitatem, aliàs est nullum, cap. 9. num. 8. & 11. & quid in M.C.V. ibidem, num. 10.

Bannum debet esse certum, & in scriptis, & alia requisita habere debet, cap. 9. n. 13.

Banccherii falliti, si se absentent, & non compareant per sex dies, si citati, non compareant infra alios sex dies possunt foriudicari, cap. 10. num. 23.

Baro infirmus, si citetur pro causa criminali, eius vassallus, potest conficere instrumentum infirmitatis, cap. 8. n. 75.

Baro contumax priuatur iurisdictione, durante eius contumacia, cap. 15. num. 30. amplia, vt ibidem, n. 32. limita, ibid. n. 31.

Baro non potest insistere, quando nullitates sententia foriudicationis discutiuntur apud Regios Superiores, cap. 25. nu. 70.

Baro ante sententiam foriudicationis, potest suos subditos delinquentes guidare, secus lecta ipsa sententia, cap. 23. n. 9. & 10.

Baro, tenere debet familiam armatam suis subditibus pro persequutione malefactorum, nisi de consuetudine Vniuersitas teneatur, quod si teneatur, & tunc debet eligere personas idoneas, cap. 19. n. 16. & 17.

Baro ciuilis iurisdictionis, potest tenere familiam armatam, Actuarium, & carceres, cap. 19. num. 18.

Baro tenetur suum vassallum foriudicatum à M.C.V. capere, & captum mittere ad dictã M.C.V. cap. 19. n. 18.

Bona foriudicati, ad quem dominum spectant, si sint sita in diuersis territoriis, cap. 16. nu. 35. vsque ad n. 39.

Bona damnatorum publicantur in crimine lasæ Maiestatis diuinæ & humanæ, cap. 16. nu. 1. & idem est in Regno in bonis foriudicatorum, ibidem, n. 4. intellige, vt ibidem, num. 5. & 6.

Bona reperta super foriudicatos ad quem spectant? cap. 16. n. 49.

Bona furata per foriudicatos, si reperiãtur, an sint domino restituenda? cap. 21. num. 9. & quid in bonis captis in bello ab hostibus, ibidem. 10.

Digitized by Google

INDEX.

Bona vassalli foriudicati, an spectant ad Baronem, vel ad Regium Fiscum, cap. 16. num. 28.

Bona contumacis, an spectant ad Fiscum, elapso anno, sed nondum lata contra eum sententia foriudicationis? cap. 16. n. 42.

Bona, quæ subiacent fideicommisso, & alienari prohibita per testatorem, non veniunt in confiscationem bonorum, & neque venit quarta, qua debetur uxori pauperi, sed iura conditionalia, an veniant in confiscatione? cap. 16. num. 10.

C

CAdauer Rei suspensi, an debeat Ecclesiastica sepultura tradi? cap. 27. num. 1. Et an possit tradi Medicis ad anotomiam faciendam, ibid. n. 2. & 3.

Cadauer foriudicati mortui ante exequutionem sententia, an debeat suspendi? cap. 26. num. 9.

Campana debet pulsari ad arma, quando habetur notitia de foriudicatis, & omnes ciues tenentur eos prosequi, & Officialis, & Sindicus contrauenientes puniuntur, cap. 19. num. 2. & 8. limita, vt ibidem num. 7. & 9. & an omnes ciues teneantur prosequi eos, ibidem num. 3. & Sindici possunt pulsare dictam campanam absque licentia Officialis, ibidem num. 4. & ciues, quando possunt compelli ad persequendum foriudicatos, ibidem n. 11. & 12.

Captiuitatis exceptio, potest opponi per consanguineos citati pro causa criminali, cap. 8. num. 76.

Caput foriudicati occisi est præsentandum Curiæ, cap. 17. num. 68. & cui Curia, ibidem num. 71. & fit verificatio dicti capitis, & quomodo fiat, ibidem num. 68. & 69. & facta dicta verificatione interponitur decretū, quod dictum caput recipiatur, & ponatur in publico, ibid. n. 70.

Cardinalis, si obuiam faciat suspendendo ipsi est facienda gratia, cap. 26. n. 22.

Cogi, quis potest à Iudice delicti in confinibus sui territorii, cap. 19. n. 42.

Carnifex non debet esse odiosum suspendendo, cap. 26. n. 20.

Carnifex pro exequenda iustitia, an possit animalia capere? cap. 26. n. 17.

Carcerati debent visitari, & à quo, & quo tempore? cap. 25. n. 13.

Carcerati etiam pro debito ciuili, non possunt excarcerari absque licentia iudicis, cap. 20. num. 29.

Carcerari, quis non potest, absque mandato Iudicis, cap. 20. num. 10. fallit in foriudicato ibidem num. 9. fallit etiam, vt ibidem nu. 10. 11. & 12.

Carcerationis exceptio potest apponi per consanguineos cituti pro causa criminali, sed ipsi debent producere fidem carcerationis, cap. 8. nu. 77. & quomodo esse debeat dicta fides, ibidem num. 79.

Carceratus aufugiens à carceribus cum fractura, tenetur ad refectionem damni, quod in effractione carceris, & vinculorum dedit, sed non tenetur ad interesse, quæ passus fuit carcerarius ex ipsius fuga, cap. 20. nu. 40.

Carceratus, si sit condemnatus ad mortem, & tempore, quo contra eum sententia exequtioni demandari debebat aufugit, an statim possit foriudicari, & permitti, vt ab omnibus possit impunè occidi, cap. 10. n. 32.

Carceratus aufugiens à carceribus, vel tentans aufugere, qua pœna puniatur, cap. 20. nu. 34. & 35. & quid si erat carceratus pro causa ciuili, ibidem num. 38. sed in quatuor casibus non ponitur ibidem n. 36. 37. 39. & 41.

Carceratus aufugiens à carceribus potest absens condemnari pro delicto, pro quo manebat carceratus, cap. 20. n. 45.

Carceratus potest citari domi, & valet citatio, intellige in ciuilibus, & non in criminalibus, cap. 20. n. 12.

Carceratus, qua pœna puniatur, si aufugiat foriudicatus, cap. 20. num. 25. & 28. & an possit alios substituere, & teneatur de facto ipsius substituti, & an excusetur præsentando substitutum, ib. n. 27.

Carceratus non comprehenditur in exfractu, durante sua carceratione, cap. 22. n. 30.

Carceratus pauper, à quo alendus sit, cap. 25. nu. 11. & an ipsi sint facienda acta gratis, ib. num. 12.

Carceratus in Ciuitate Neapolitana, in quibus carceribus debet asportari, cap. 25. n. 4.

Casus omissus à Statuto, reuertitur in dispositione iuris communis, cap. 2. n. 8.

Certiorantes foriudicatos, quod veniebant satellites ad ipsos capiendum, si propter hoc aufugiant, puniuntur, cap. 20. n. 16.

Citari, an quis possit extra iurisdictionem Iudicis citantis? cap. 6. num. 18. 20. & 22. & an ipse possit citari per edictum, ibidem num. 19. Et per quos Iudices possit procedi ad citationem per edictum, ibidem num. 20. & an quis possit citari intus Ecclesiam, ibidem num. 21.

Citari potest Reus ad informandum, & ad capitula, si in informatione adsint indicia ad torturam, & agatur de delicto, de quo veniat imponenda pœna mortis, cap. 5. numer. 2.

Digitized by Google

INDEX.

Citari debet Reus ad foriudicandum, antequam contra eum proferatur sententia foriudicationis, alias sententia est nulla, cap. 11. num. 1. Immo debent citari eius agnati, cognati, amici, & vicini, ibidem, num. 2. & quid si vnus ipsorum non sit citatus, an sententia foriudicationis sit valida? ibidem num. 3.

Citari, quis non potest ad informandum pro delicto, pro quo procedi debet, absque tortura, quando non adsunt plenoria probationes, sed citari debet ad defendendum, cap. 4. num. 5.

Citatio ad foriudicandum, debet notificari, & in eius calce fit relatio Nuncij, & quid si in dicta relatione sit omissa clausula (sua solita habitationis) cap. 11. num. 9.

Citatio, si non precedat, quis non potest dici contumax, cap. 5. num. 3. & 4. & neque potest foriudicari, ibidem num. 9. Et citatio requiritur in criminalibus, ibidem num. 5. & est de iure naturali, ibidem num. 6. Immo est de iure diuino, ibidem num. 7. & per statutum tolli non potest, ibidem, nu. 8.

Citatio fieri debet cum inserto tenore inquisitionis, cap. 5. n. 10.

Citatio ad capitula est præambulum sententiæ foriudicationis, & debet fieri solemniter, cap. 5. num. 11.

Citatio, notificata domi, debet notificari vni de domo, expresso eius nomine in relatione, ab eo debet recipi iuramentum de certiorando citatum, cap. 6. num. 13. Quæ persona, si sit adiosa citatio, citatio non valet, ibidem num. 14.

Citatio facta domi solitæ habitationis inquisiti, in qua nullus habitat, an sit valida, cap. 6. num. 15.

Citatio debet notificari in domo inquisiti suæ solitæ habitationis, & ita Nuncius referre debet, & alias est nulla, sed limita, cap. 6. num. 16.

Citatio debet subscribi à Iudice, & Actuario, cap. 5. n. 14.

Citatio, requiritur, dato, quod statutum disponat, quod quis habeatur pro foriudicato statim commissi aliquo delicto, cap. 5. num. 8.

Citatio notificanda committitur Nuncio ipsius Curiæ, vel alterius Curiæ, & Iudex, vel Actuarius possunt ore eorum aliquem citare, cap. 6. nu. 1.

Citatio notificanda potest committi persona priuata, immo etiam parti, sed ipsi non creditur absque literis Iudicis committentis, seu in Nuncio publico, cuius solo verbo creditur, cap. 6. n. 2.

Citatio nulla conualidatur, si compareat Reus citatus, secus si compareant eius agnati, & cognati, cap. 5. n. 23.

Citatio debet notificari die iuridico, & non feriato, cap. 6. num. 4. amplia, ibidem, num. 5.

Citatio debet notificari infra sex menses à die expeditionis, alias circumducitur, cap. 6. num. 6.

Citatio ad capitula, non vitiatur, si in ea sit narrata qualitas aggrauans delictum, quæ non est probata in processu, cap. 1. n. 37.

Citatio debet continere nomen Iudicis, & inquisiti, & causam, pro qua Reus citatur, tempus, in quo citatus, tenetur comparere, & debet esse peremptoria, & debet habere datam diei, mensis, & anni, cap. 5. n. 13.

Citatio, debet fieri coram duobus testibus, sed hoc limitatur, cap. 6. n. 29.

Citatio facta domi, sufficit, vt quis possit banniri, & foriudicari, cap. 6. nu. 11.

Citatio in Regno potest expediri die feriato, sed debet notificari die iuridico, cap. 5. n. 20.

Citandus, si habitat in loco iudicij, citatur ad primam, aliàs, si extra, & tunc citatur, vt compareat infra certum tempus, secundum distantiam loci, cap. 7. num. 2. quod si dies termini, cadat in diem feriatum, & tunc citatus, tenetur comparere die sequenti iuridico, ibid. n. 3.

Citatus ad locum non tutum, an possit comparere per procuratorem ad excipiendum de loco non tuto, cap. 8. num. 48. vbi latè de ista exceptione loci non tuti, vsque ad numer. 59.

Citatus si moriatur, antequam pronuncietur contumax, hac contumacia hæredi non nocet, cap. 7. n. 12.

Citatio à Iudice incompetenti, potest mulctari, si non comparet, cap. 2. n. 36.

Citatus pro causis criminalibus, tenetur personaliter comparere ad se defendendum, & non potest comparere per Procuratorem, cap. 8. num. 1. Assignanter ratio, ibidem num. 2. & 4. ampliatur pluribus modis, ibidem à num. 14. vsque ad num. 22. sed limitatur pluribus modis, ibidem à num. 23. vsq; ad nu. 87.

Citatus, nemo in dubio præsumitur, cap. 6. num. 3.

Citatus domi, & effectus contumax, an habeatur pro confesso, & possit foriudicari? cap. 13. num. 15.

Citatus ad locum inhonestum, non tenetur ibi comparere, cap. 8. n. 10.

Cives

INDEX.

Ciues associati cum familia Curiæ pro persequutione foriudicatorum, si delinquent, puniuntur tantum à M.C.V. cap. 19. n. 13.

Clausula, qua apponi soleat in guidatico? cap. 23. num. 37. & si non fuerint appositæ, an intelligantur appositæ? ibidem, num. 42. & aliquando ex causa non solent apponi, ibidem, num. 45.

Clericus non potest foriudicari à Iudice laico, cap. 2. num. 11. & foriudicatus remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum, ibidem, num. 12. & sententia foriudicationis est nulla, ibidem, nu. 13. & 14.

Clericus beneficiatus, statim, quod est excommunicatus priuatur fructibus beneficii, limita duobus modis, cap. 1. n. 19.

Clericus citatus causa criminali, an teneatur personaliter comparere, & quid in sententia, cap. 6. n. 34.

Clericus foriudicatus à Iudice laico, potest declinare forum ad Iudicem Ecclesiasticum, & foriudicatio est nulla, cap. 25. nu. 62.

Clericus captus à familia Iudicis laici, potest impunè se eximere, cap. 8. n. 18. & 19.

Clericus contumax reputatus per Iudicem laicum non tenetur ad pœnam contumaciæ, cap. 2. nu. 21. & 23. & exactum repetit à Fisco, ibidem, num. 22.

Commissarius destinatus ad capiendam informationem, illa capta, non potest Reum citare, nisi hoc habeat in commissis, secus in Officiali ordinario, cap. 2. n. 6.

Comparens sponte, & ponens se carceratum, demonstrat habere indicium innocentiæ, & debet sub fideiußoribus relaxari, dato, quod simus in delictis grauibus, cap. 4. n. 17.

Comparere, an quis possit in causa criminali pro Reo absente, & dare testes Iudici pro innocentia Rei? cap. 8. n. 83.

Comparatio literarum facit indicium ad torturam, si Reus sit malæ famæ, & solitus committere falsitatem, cap. 4. n. 29.

Confessio ficta resultans ex contumacia, non nocet hæredi, si contumax decedat, antequam super confessionem sit pronunciatum, cap. 13. n. 14 & neque nocet tertio, ibidem, nu. 19.

Confiscatio bonorum, fieri non potest si non constat de corpore delicti, cap. 16. n. 16.

Conuersans in aliqua domo, vbi fuit factum furtum, si ipse sit malæ famæ, & vitæ, potest torqueri, & idem est, contra famulum aufugientem absque licentia domini, cap. 4. nu. 63. & idem est contra eum, qui visus fuit exire à domo furata, ibidem, num. 64. & an idem sit contra dominum scalæ repertæ in loco furti, & an forma pedis reperta in loco furti, faciat indicium ad torturam, & an pro furto facto in caupona, domestici possint torqueri; ibid. d. n. 64.

Conuersatio sola cum malis hominibus non facit indicium ad torturam contra conuersantem, cap. 4. n. 88.

Constitutiones, Statuta, & Praxis procedendi in criminalibus contra Reum absentem valent, cap. 1. n. 7.

Copia Actorum ordinariorum conceditur foriudicato capto, cap. 25. num. 30. & an debeat concedi copia totius processus, ibidem, nu. 31. & 32.

Copia repertorum concedi debet guidato, quando ipse vult se defendere super exceptionem guidatici, cap. 23. n. 24.

Consanguinei foriudicatorum tenentur restituere pecuniam extortam alicui ex ipsis foriudicatis, cap. 21. n. 1.

Consanguinei foriudicandi, si compareant in vltimo peremptorio citationis ad foriudicandum, plura opponere possunt ad impediendam prolationem sententiæ foriudicationis, cap. 11. à nu. 13. vsq; ad n. 22.

Consanguinei foriudicatorum tenentur exfractare, si aliquod statutum, vel bannum hoc disponat, & tale statutum valet, cap. 22. nu. 1. & per plures pragmaticas fuerunt dati exfractus, ibidem, nu. 5. & 6. & Prorex tantum potest iubere, vt consanguinei exfractent, ibidem, nu. 2. & potest etiam ordinare, vt amici, & fastuosi foriudicati exfractent, ibidem, n. 3. & 4.

Consanguinei illius, qui fecit recaptum, vel qui occidit animalia, vel imponit ignem in bonis illius, cui fuit petita aliqua quantitas, & non fuit missa, tenentur exfractare, cap. 22. num. 7. & 8.

Consanguinei foriudicati, lecta sententia foriudicationis, non possunt dicere de nullitate ipso foriudicato non existente in fortijs Curiæ, cap. 12. n. 4.

Consanguinei bastardi foriudicati ex parte patris non comprehenduntur in exfractu, sed consanguinei ex parte matris comprehenduntur, cap. 22. num. 20. prout etiam comprehenditur frater spurius, ibid. n. 21.

Consanguinei foriudicandi, quando sunt præsentes in loco iudicij, sunt specialiter citandi, aliàs, si sint absentes, vel inerti, & tunc citantur per edictum, cap. 11. n. 4.

Consanguineus foriudicati occisi est audiendus, si allegat foriudicatum ipsum non potuisse occidi, cap. 17. n. 67.

Contumacia contrahitur per citationem præcedentem, cap. 7. n. 8.

Contumacia, & totus processus est nullus, quãdo primo citatio est nulla, cap. 5. nu. 17. & 19.

Contumacia prima, & vltima si non sint incusatæ, & descriptæ in actis, citatio non tenet, cap. 7. nu. 4. & 6. & incusatur prima, & vlti-

Digitized by Google

INDEX.

ma contumacia per Fiscum, etiam si adsit accusator, ibid. n. 5.

Contumacia, facit indicium ad torturam contra ipsum contumacem, cap. 4. nu. 45. limita tribus modis, ibid. n. 46. 48. & 49.

Contumacia, an sit delictum, & an ex contumacia quis possit interfici? cap. 1. n. 26.

Contumacia prima, & vltima, quando describantur in actis, cap. 7. n. 1. & 2.

Contumax habitus pro confesso vigore alicuius statuti, intelligitur per sententiam, & non ipso iure, cap. 13. nu. 7. & debet interloqui, contumacem haberi pro confesso, ibid. n. 13.

Contumax, vt habeatur pro confesso vigore statuti, ter citari debet, & quid in Regno nostro, cap. 13. n. 6.

Contumax, qua pœna puniatur de iure communi, de iure Regni, & de stylo aliarum Curiarum, cap. 7. nu. 13. vsque ad num. 17. & qui excusentur à pœna contumacia, ibid. à n. 18. vsque ad n. 24.

Contumax de iure communi non habetur pro confesso, sed tantum contumacia contra eum facit indicium ad torturam, sed de iure Regni, lecta sententia foriudicationis, foriudicatus habetur pro confesso de crimine, de quo fuit foriudicatus, cap. 13. num. 1. & 5. & tale statutum valet, ibid. d. n. 1.

Contumax habitus pro confesso vigore statuti, an efficiatur infamis? cap. 13. n. 9.

Contumax, vt habeatur pro confesso vigore statuti, contumacia debet esse ritè, & rectè concepta, cap. 13. n. 18.

Contumax in duobus Tribunalibus eadem causa, tenetur soluere pœnam contumacia, & illud, in quo fuit condemnatus, insolidum vtrique Tribunali, cap. 2. nu. 34. & 35.

Contumax potest excommunicari, cap. 1. nu. 9. & mortaliter peccat, ibidem, nu. 11. & dicitur infidelis, ibidem, nu. 12. & dicitur esse in dolo, ibidem, nu. 14. sed per contumaciam procuratoris Dominus non potest excommunicari, ibid. n. 13.

Contumax condemnatus per Iudicem incompetentem, si postea per eumdem sit captus, potest se tueri ex nullitate processus, cap. 25. num. 65.

Contumax, dicitur, qui iurauit ad ipsum non peruenisse citationem, vel si latitauit, vel si abscondidit, ne citari possit, cap. 7. num. 25. & 26.

Contumax dicitur, qui comparuit, & statim discessit à iudicio, cap. 7. num. 27. & idem est, si quis compareat, & protestetur, quod non intendit in Iudicem consentire, ibid. n. 28.

Contumax, quis reputari non potest, nisi prius vocetur per Nuncium, cap. 7. n. 9.

Contumax declarari debet per sententiam, ipsum esse contumacem, cap. 7. n. 10. & 11.

Contumace Reo remisso ad eius Baronem, pœna contumacia spectat ad Iudicem citantem, cap. 2. nu. 37.

Contumax non potest declinare forum Iudicis citantis, cap. 2. num. 15. amplia ibidem, n. 16. limita ibidem, n. 17. 19. & 20.

Contumax, vt habeatur pro confesso, & posse condemnari vigore ficte confessionis inducte per statutum, an vltra contumaciam requirantur probationes, cap. 13. n. 16.

Confiscatio, & amissio bonorum, an dicatur remissa propter indultum, cap. 24. nu. 4. vsque ad num. 10.

Confessio ficta ex contumacia à statuto inducta suum operatur effectum respectu facti principalis, & non respectu qualitatum ipsum factum principale aggrauantium, & neque probat qualitatem, quæ iurisdictionem tribuit cap. 13. n. 11. & 12.

Confessio mariti de dote recepta facta ante delictum, iuuat vxori ad petendam dotem, secus si sit facta post delictum, cap. 25. n. 10.

Confessio extraiudicialis de delicto facit indicium ad torturam contra confitentem, cap. 4. n. 50. vsque ad n. 53.

Confessio delicti facta coram Iudice incompetenti, facit indicium ad torturam aduersus confitentem coram Iudice competenti, cap. 4. n. 54. amplia, & limita ibid. vsq; ad nu. 59.

Confessio ficta resultans ex contumacia vigore statuti non est sufficiens ad condemnandum, quando constat Iudici ex processu informationo de innocentia Rei, cap. 13. nu. 17. & idem est, si non sit probabilis, ibid. n. 20.

Confessio occisi non facit indicium ad torturam contra nominatum ab ipso occiso, cap. 4. n. 61.

Confessio extraiudicialis accusatoris sufficit ad absoluendum Reum, cap. 4. n. 67.

Confiscatio bonorum potest per statutum imponi in pœnam alicuius delicti, cap. 16. n. 2.

Confiscationis ius quâto tempore præscribatur? cap. 16. n. 45.

Corrumpens testes, potest torqueri pro causa principali, cap. 4. n. 25.

Creditor, & debitor in materia liquidationis instrumenti, an teneãtur personaliter comparere, vel possint comparere per procuratorem, cap. 8. n. 10. vsque ad n. 13.

Crimen commissum per Baronem, an dicatur exceptuatum, si in indulto sit excepeuatum crimen commissum per Officialem, cap. 24. num. 14.

Curia Baronalis in Regno est competens inforiudicando eius subditos delinquentes, cap. 2. n. 2. amplia duobus modis, ibidem, n. 3. 4. & 5. vsque ad n. 10. limita in Regno Sicilie vltra Pharum, ibid. n. 10.

Dms

INDEX.

D

DAns alapam Officiali intuitu officij punitur pœna mortis, cap. 3. n. 115.

Decretum latum in fauorem vnius foriudicati, per quod declaratur, nullitates obstare an prosit alio foriudicato pro eadem causa, & in eodem processu facto, cap. 25. n. 72.

Decretum per quod quis reputatur contumax in citatione ad informandum, & ad capitula quando, & qua forma proferatur? cap. 7. n. 7.

Decretum fiendum quando obstant, & quando non obstant nullitates sententia foriudicationis, cap. 25. n. 71.

Delatio armorum facit indicium ad torturam contra deferentem arma, & idem est contra fugientem cum armis si ibi reperiatur vulneratus, vel si penes ipsum reperiantur arma sanguinolenta, cap. 4. n. 22.

Delinquentes cum armis igneis vltra pœnam corporalem puniuntur pœna ducatorum mille, quod procedit etiam in Curijs Baronalibus, cap. 5. n. 35.

Delinquens si associetur cum forascitis, & cum ipsis deambulet, & delinquat per campaneã, si infra decem dies non compareat coram suo ordinario, à quo fuit reputatus contumax dicitur foriudicatus ipso iure, cap. 10. n. 15.

Delinquens post indultum publicatum, vel sub spe indulti non gaudet dicto indulto, cap. 24. num. 69.

Delictum in genere probari debet, vt quis possit foriudicari, & latè de delicto in genere, cap. 4. n. 1.

Debitor pro causa ciuili non potest capi, nec contra eum exequi die feriato, cap. 19. n. 23.

Debitor soluens creditori suo foriudicato non liberatur, cap. 16. n. 41.

Depopulatores agrorum, vinearum, vel arborum puniuntur pœna mortis, & possunt impunè occidi cap. 3. n. 120.

Detinens foriudicatum in carcere priuato non punitur pœna priuati carceris, cap. 25. n. 10.

Dictum mandatarij an faciat indicium ad torturam contra mandantem, cap. 4. n. 76.

Dictum pueri stupratì an faciat indicium ad torturam contra stuprantem, eodem cap. 4. num. 77.

Dicentes ab ipsis fuisse interfectum foriudicatum, si hoc non sit verum, puniuntur, cap. 24. num. 98.

Dominus si vnus erat tempore delicti, & alius sit tempore foriudicationis ad quem eorum bona foriudicati spectant? cap. 16. n. 34.

Domus, vel Ecclesia existens in nemore, in qua recipiantur foriudicati possunt destrui, cap. 18. num. 12.

Domus foriudicati an possit destrui, cap. 16. nu. 50. & 51.

Donationem per foriudicatum factam ante foriudicationem alicui absenti, & Notario pro eo acceptante, Fiscus reuocare non potest, cap. 16. nu. 12.

Donans, si donauit omnia bona sua cum reseruatione testandi de certa quantitate si foriudicetur ante dispositionem, an reseruatum spectat ad Fiscum? cap. 16. n. 13.

Dormire cum puero an faciat indicium contra dormientem in crimine sodomiæ? cap. 4. n. 78.

Dos an publicetur, muliere effecta foriudicata? cap. 16. n. 14.

Dos non publicatur, publicatis bonis viri, cap. 16. num. 15.

Dos restituitur vxori, marito effecto foriudicato, & iura dotalia remanent illæsa, cap. 15. num. 9.

E

EMens rem captam ab hostibus reperto domino non tenetur illam rem ipsi domino restituere, nisi recepto pretio, cap. 21. num. 11. secus si res sit furtiua, ibid. n. 12.

Exequutio sententiæ capitalis si per errorem sit facta in personam alterius, adhuc condemnatus debet suspendi, cap. 26. n. 26.

Exequutio sententiæ foriudicationis per quem Iudicem fiat, cap. 26. nu. 2. vsque ad 4.

Exequutio sententiæ capitalis in pluribus casibus differtur, cap. 26. nu. 21.

Exequutio sententiæ capitalis, in quo loco fieri debeat? cap. 26. n. 16.

Exequutio facienda non est contra delinquentem, nisi sequuta sit sententia declaratoria, cap. 12. n. 14.

Excommunicatus in contumacia pro crimine hæresis, elapso anno habetur pro conuicto, & potest puniri vti hæreticus, & amplius non auditur ad se defendendum, cap. 1. n. 23.

Excommunicatus in contumacia perseuerans per annum in contumacia, elapso anno, redditur suspectus de hæresi, & infamis efficitur, cap. 1. num. 10. & dicitur membrum Diaboli, ibidem, nu. 17. & videtur fateri delictum, ibid. n. 22.

Excommunicatus in Regno perseuerans in excommunicatione debet denunciari per Episcopum excommunicantem Iudici laico, vt ipse Iudex laicus eum puniat, cap. 1. nu. 15. & qua pœna puniatur, ibidem, num. 16. sed in duobus casibus non punitur, ibidem, n. 18.

Exfractandus an teneatur ire ad locum non tutum, cap. 22. n. 32.

Exfractus, & hospitatio cessant, quando banniti cessant à delinquendo, eodem cap. 22. n. 12. & in pluribus alijs casibus exfractus, & hospitatio, cessant, ibid. vsq. ad n. 18.

Exi-

Digitized by Google

INDEX.

Eximens foriudicatum à manibus familiæ Curiæ punitur pœna mortis, cap. 20. num. 1. & in hoc an parentela excuſet, ibidem, nu. 2. fallit in Cardinali, ibidem, nu. 3. fallit etiam quando familia Curiæ non habet mandatum de capiendo, ibidem, num. 7. ſed contrarium, num. 9. fallit etiam, quando carceratus erat iniuſtè, & nulliter carceratus, ibidem, nu. 8. ſed eximens debitorem captum pro cauſa ciuili tenetur creditori ad intereſſe, ibidem, nu. 4. & alia pœna punitur, ibidem, num. 5. & an euadat pœnam, ſi deinde carceratum exeptum reducat ad carceres, ibid. n. 6.

Eximens equum à manibus familiæ Curiæ non punitur, cap. 20. n. 15.

Eximens ſeipſum à familia Curiæ an puniatur? cap. 20. nu. 17.

Eximentes foriudicatos à carceribus puniuntur pœna mortis, cap. 20. num. 30. amplia duobus modis, ibidem, n. 31. & 32. limita, vt ibidem, n. 33.

Expenſæ pro exequenda iuſtitia ad quem ſpectant? cap. 26. n. 19.

Expenſæ pro perſequutione foriudicatorum, à quo fieri debeant? cap. 19. n. 14.

Extractus ab alio à manibus familiæ Curiæ ſi aufugiat intus Eccleſiam, non gaudet ipſius immunitate, cap. 20. num. 47.

Extrahentes frumentum, arma, monetam, aurum, vel argentum extra Regnum, puniuntur pœna mortis, cap. 3. n. 114.

Extiua tempora an poſſint opponi per procuratorem in cauſa criminali, cap. 8. nu. 49.

F

FAlſa moneta ſi reperiantur penès aliquem, an contra eum faciant indicium ad torturam? cap. 4. num. 92. & quæ probationes requirantur, vt quis poſſit condemnari in crimine falſæ monetæ. ibidem, num. 93. & quæ probationes faciant indicium ad torturam in dicto crimine, ibid. n. 93. & 94.

Falſitas probatur coniecturis, & præſumptionibus, & eſt difficilis probationis, & probatur per teſtes inhabiles, cap. 4. n. 28.

Falſificans fidem banci, & eam præſentans in banco ad finem habendi nummos, punitur pœna mortis, quod ampliatur, & limitatur, cap. 3. n. 129.

Falſam monetam fabricantes, puniuntur pœna mortis, ampliatur, & limitatur pluribus modis, cap. 3. n. 131.

Falſum deponens quæ pœna puniatur? cap. 3. num. 127.

Falſum libellum faciens quæ pœna puniatur? cap. 3. n. 117.

Fama publica an faciat indicium ad torturam, cap. 4. num. 35. 36. & 37.

Familia Curiæ ſi relaxat captum, pecunia mediante, qua pœna puniatur, cap. 20. n. 25.

Familia Officialis capiens foriudicatum de ordine ipſius Officialis, præmium à pragmaticis ſtatutum ſpectat ad Officialem, cap. 19. num. 15.

Feudum cui applicetur, feudatario effecto foriudicato? cap. 16. num. 29. & quid in reemphiteuticaria, ibid. nu. 30.

Fideiuſſor non tenetur præſentare principalem foriudicatum factum poſt fideiuſſionem præſtitam, cap. 15. nu. 27.

Filij fœmina bannita tenentur exfractare, banno dictante, vt filij bannitorum expellantur, ſed non tenentur exfractare filiæ fœmina, & ſpurij, cap. 22. nu. 19.

Filius ſpurius legitimatus per reſcriptũ Principis non comprehenditur in exfractu dato conſanguineis patris legitimantis, ſecus ſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium, cap. 22. num. 28.

Filius foriudicati non dicitur ſui iuris, ſed remanet in poteſtate ſui patris foriudicati. cap. 15. num. 37.

Filius minor foriudicati feudatarij ſtatim prouidetur de balio, poſtquam eius pater effectus fuit foriudicatus, cap. 15. n. 36.

Fiſcus debet audiri in cauſa indulti, cap. 24. num. 114.

Fiſcus an poſſit reuocare alienationem rerum ante, vel poſt delictum per delinquentem factam? cap. 16. nu. 43. & 44.

Fiſcus, qui occupat bona foriudicati, non tenetur ſoluere intereſſe hæredibus occiſi, cap. 16. num 40.

Fiſcus, confiſcatis bonis, tenetur ſoluere debita creditoribus dicti foriudicati, cap. 16. nu. 46. 47. & 48.

Foriudicari quis poteſt pro delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis tantum, cap. 3. nu. 1. 2. & 136. amplia, vt ibidem num. 48. & quomodo procedatur cõtra reum abſentem in delictis, in quibus non venit imponenda pœna mortis, ibid. d. nu. 48.

Foriudicari quis poteſt pro delicto, pro quo alius, qui dictum delictum non commiſerat, fuit foriudicatus, ſi appareat, dictum delictum eſſe commiſſum per forindicandum, cap. 3. n. 138.

Foriudicari quis non poteſt pro crimine periurij, cap. 3. n. 10.

Foriudicari quis non poteſt ſi ex proceſſu appareat de eius innocentia, cap. 8. n. 84.

Foriudicari ſemel poteſt, qui eodem inſtanti plura commiſit delicta, cap. 3. nu. 36. & 38. vſque ad n. 48.

Foriudicati à quocunque capi poſſunt, cap. 19. n. 22.

Digitized by Google

nu.22. & possunt capi etiam die feriato, & absque licentia officialis. ibidem num.24. & etiam falsi monetarij possunt capi absque mandato Iudicis, ibidem, num, 25. in fine, & ipsi foriudicati possunt capi etiam à partibus offensis. ibid. nu. 25.

Foriudicati dicuntur hostes publici, inquietatores pacis, proditores, contemptores iustitiæ, grassatores, & latrones. cap. 19. nu. 1.

Foriudicati capi non possunt intus Ecclesiam, sed possunt capi intus domum clerici. cap. 19. num. 43. & possunt capi in domo aliena. ibidem nu. 44.

Foriudicatio est nulla, si foriudicatus ostendat locum, vbi debebat comparere non esse tutũ. c. 8. nu. 53.

Foriudicatio an sit pœna contumaciæ? cap. 1. nu. 25.

Foriudicatio de iure communi non reperitur post annum, sed tantum contumax, & bannitus perdit omnia bona sua elapso anno, & semper ipse auditur in facto principali, sed de iure Regni committens delictum propter quod venit imponenda pœna mortis, si citatus non comparet, & sit bannitus, & in banno persistat in contumacia per annum, elapso anno à die banni, potest foriudicari, & foriudicatus amplius non auditur in facto principali. cap. 1. nu. 4. & 24.

Foriudicatio est nulla, si per consanguineos foriudicati, tempore citationis ad informãdum, & ad capitula fuerunt allegata iusta impedimenta, & non fuerunt admissa c. 8. nu. 107

Foriudicatio est nulla, quando foriudicatus non fuit assecuratus pro alio delicto, quod eum antea commisso. c. 8. nu. 54. limita, vt ibidem nu. 56. & per quem sit facienda ista assecuratio. ibid. d. nu. 54.

Foriudicatus restitutus an teneatur soluere debita suis creditoribus cap. 16. num. 46. & 47.

Foriudicatus potest interrogari, & torqueri de socijs, mandatoribus, receptatoribus, & auxiliatoribus, & traditur practica eum interrogandi. cap. 25. num. 74. & ipsa tortura an debeat esse grauis, vel leuis. ibid. nu. 75.

Foriudicatus captus potest consignari Sindico, & Bicchis, sed non potest habilitari per familiam Curiæ. cap. 25. nu. 1. Et potest detineri in quocumque loco iurisdictionis Iudicis. ibid. nu. 2. & potest extrahi extra suum domicilium, & potest detineri cum vinculis, & catenis. ibid. nu. 3.

Foriudicatus est incapax cuiuscumque successionis. cap. 15. nu. 28.

Foriudicatus an dicatur seruus pœnæ. cap. 12. nu. 44.

Foriudicatus non potest esse Officialis cap. 15. nu. 14. amplia pluribus modis. ibid. n. 15. 16. 17. 20. 23. 44. & 25. limita vt ibid. num. 18. sed si bannitus si electus officialis eius gesta valent. ibid. nu. 19. & per foriudicationem an tutor, vel exequutor testamenti desinat esse tutor, vel exequutor testamenti. ibidem nu. 21. & 22.

Foriudicatus an desinat esse ciuis illius ciuitatis, de qua natus est? c. 15. nu. 16.

Foriudicatus an possit compellere suum consanguineum ad compromittendum cap. 15. n. 42.

Foriudicatus, & eius filij, & excommunicatus possunt contrahere matrimonium. cap. 15. num. 43.

Foriudicatus, & excommunicatus possunt facere professionem. c. 15. nu. 44.

Foriudicatus, & excommunicatus non possunt facere testamentum. cap. 15. n. 7. amplia, & limita. ibidem num. 8.

Foriudicatus potest accusare vxorem suam de adulterio. cap. 15. num 46.

Foriudicatus an possit esse testis. cap. 15. nu. 33. & an possit instrumentum presentare cõtra suum debitorem. ibidem. num. 34. & non potest petere rem iure congrui. ibidem nu. 35. & non potest interuenire, & authoritatem præstare alicui coniunto, stante statuto, quid coniuntus interueniat in contractu coniunti. ibidem. num. 38.

Foriudicatus, Hippocrita, & Monacus habentur pro mortuis. cap. 15. num. 1. & quid in bannito. ibidem. num. 2.

Foriudicatus in Regno amittit beneficia, quæ sunt inducta à statutis, & à iure communi. cap. 15. nu. 3.

Foriudicatus an debeat ali à persona, quæ erat obligata ipsum alere ante sententiam foriudicationis, & ipse teneatur alios alere? c. 15. num. 41.

Foriudicatus an debeat astare tempore recognitionis eius personæ. cap. 25. nu. 19.

Foriudicatus si noluit respondere ad interrogata an possit torqueri ad habendũ responsum. cap. 25. nu. 19. & quid si noluit subscribere suam depositionem. ibidem. nu. 21. & quid si sit mutus, & surdus. ibidem nu. 22. & quid si negat se esse illum, qui in sententia est descriptus an possit torqueri? ibidem. n. 23.

Foriudicatus antequam suspendatur ponitur inter personas religiosas, quæ eum moneant, & confitetur peccata sua, & accipit Sanctissimum Sacramentum Eucaristiæ, sed non extremam vnctionem. cap. 26. nu. 11. & quid si noluit sua peccata confiteri. ibidem. nu. 13.

Foriudicatus in Regno potest impunè occidi. cap. 17. nu. 2. & idem est in statu Ecclesiastico. ibidem. nu. 3. & tale statutum valet. ibid. num. 4. Immo per statutum potest induci, vt foriudicatus fiat seruus capientis. ibidem. nu. 5. Et

INDEX.

5. *Et quod foriudicatus in Regno posit impunè occidi, ampliatur pluribus modis. ibid. à nu. 7. vsq. ad nu. 47. sed limita ibidem à n. 47. vsq. ad nu. 65.*

Foriudicatus non est nomen Iuris, sed est Regni vocabulum. cap. 1. num. 1.

Foriudicatus in Regno dicitur, qui elapso anno, vel aliquo certo tempore à statuto breuiato per sententiam foriudicationis cõdemnatur. cap. 1. num. 2. & sequuta foriudicatione habetur pro confesso, & vt si per diffinitiuam sententiam esset condemnatus, ibidem. num. 21.

Foriudicatus dicitur quasi foris omnem aditum Iudicij constitutus, vel dicitur foriudicatus, idest foras iudicatus. cap. 1. num. 3.

Foriudicatus per M. C. V. an remittatur ad suum Iudicem competentem. cap. 26. num. 5. & 6.

Foriudicatus an possit admitti ad compositionẽ. cap. 25. num. 73.

Foriudicatus pro vno delicto potest pro alio delicto foriudicari. cap. 3. num. 33. & Idem est in contumace. ibidem. num. 34. & Idem est in excommunicato. ibidem num. 35.

Foriudicatus per curiam Baronalem potest iterum foriudicari pro eodem delicto in Regijs Tribunalibus cap. 2. num. 32. & foriudicatus in loco delicti, potest iterum pro eodem delicto foriudicari in loco suæ originis, & domicilij. ibidem. num. 33.

Foriudicatus existens in fortijs curiæ plura opponere potest aduersus sententiam foriudicationis. cap. 25. à n 33. vsq; ad num. 56.

Forasciti à quo puniantur. cap. 26. n. 7. & 8.

Forma sententiæ foriudicationis plures traduntur. cap. 12. à num. 5. vsq. ad nu. 11.

Forma banni duæ traduntur. cap. 9. num. 14. & 15.

Forma citationis ad foriudicandum tres traduntur. cap. 11. n. 7. & 8.

Forma citationum ad informandum, & ad capitula, & earum relationum plures ponuntur. cap. 5. à nu. 24. vsq; ad num. 34.

Forma relationis Nuntij quomodo esse debeat, cap. 6. num. 32.

Forma decreti, quod interponitur in vltimo peremptorio citationis ad foriudicandum, Reo, vel alio non comparente. cap. 11. num. 11. & 12.

Fornarij vendentes farinam in Ciuitate Neapolitana puniuntur pœna mortis, sed de consuetudine non seruatur. cap. 3. nu. 134.

Frater occidens fratrem foriudicatum non gaudet indulto vigore alicuius statuti. cap. 24. num. 107.

Fuga delinquentis post delictum sequutum, an & quando faciat indicium ad torturam cõtra ipsum fugientem. cap. 4. à num. 12. vsque ad num. 17.

Funis si rumpatur an suspendendus debeat suspendi? cap. 26. num. 24.

Fur qua pœna puniatur de iure communi, & de iure Regni? cap. 3. num. 123.

Furantes de nocte in Ciuitate Neapolitana puniuntur pœna mortis, cap. 3. num. 126.

G

GRadus computatio in materia exfractus fuit de iure Ciuili; cap. 22. num. 9. & in exfractu non comprehenduntur minores, & sexagenarij. ibidem d. num. 9. & 10.

Gratia à Principe fieri non potest, nisi parte cõcordata. cap. 24. num. 16. amplia ibidem, vt num. 22. cum tribus numeris sequentibus, limita ibidem, vt num. 25. vsq; ad num. 32. & num. 43.

Gratia an possit fieri per Proregem Vassallis Baronum in preiuditium ipsorum Baronũ? cap. 24. nu. 66.

Gratia facta pro delictis futuris non valet. cap. 24. num. 71.

Grauatus restituere hereditatem post eius mortem si efficiatur foriudicatus, statim tenetur restituere dictam hereditatem. cap. 15. num. 47.

Guidare foriudicatos quis possit. cap. 23. à nu. 1. vsq. ad nu. 6.

Guidari quis potest pendente discussione indulti, quando fecit aliquod seruitium propter quod gaudere debet indulto. cap. 23. nu. 8.

Guidari quis potest per centum annos à Principe, & non ab alijs officialibus. cap. 23. nu. 7.

Guidari qui non possint? cap. 23. nu. 28. vsque ad num. 30.

Guidaticum quantum tempus duret. cap. 23. n. 31. & 32. & à quo tempore incipiat currere tempus guidatici, & eius prorogationis. ibid. num. 33. 34. & 36.

Guidaticum concessum pro se, & socijs, intelligitur de socijs veris, & non de casu associatis. cap. 23. num. 46.

Guidatus si pendente guidatico delinquat amittit guidaticum, & captus punitur, tam pro delictis præteritis, quàm denuo commissis. cap. 23. nu. 16. & 17. intellige, vt ibidem n. 18. 19. & 20. amplia vt ibidem nu. 25. & limita ibidem. nu. 21. & 22.

Guidatus à persona habente potestatem guidandi, si sit captus pendente guidatico est ponendus ad pristinam libertatem. cap. 23. nu. 14. & contra eum nihil est innouandum ibidem. num. 15.

Guidatus delinquens à quo iudice puniatur? & quid si ipse guidaticus sit offensus? c. 23. n. 23.

Ha-

Digitized by Google

INDEX.

H

Habens rem cum animali bruto, punitur pœna mortis, & etiam animal debet mori, cap. 3. num. 100.

Hæreditas si sit relicta delinquenti, qui eam non adiuit, non transmittitur ad Fiscum, cap. 16. num. 11.

Homicida punitur pœna mortis, cap. 3. num. 51. quod ampliatur, & limitatur, ibid. vsq; adn. 96.

Homicidium in personam Sacerdotis, an includatur in generali indulto, cap. 24. n. 82.

I

Ignem immittens in aliqua re, vel occidens animalia illius, cui fuit petita quantitas pecuniæ, & ipsa non fuit missa, dicitur foriudicatus ipso facto, cap. 10. num. 20. sed tamen est citandus, & debet declarari haberi pro foriudicato, ibid. num. 21.

Ignem dolosè immittens in oppido punitur pœna mortis, & extra oppidum punitur pœna triremium, & contra eum Regia Audientia procedunt ad modum belli. cap. 3. n. 121.

Indicia remota plura esse debent, vt Reus possit torqueri, cap. 4. n. 101.

Indicia plura imperfecta, quorum vnumquodque de per se non facit indicium ad torturam, an coniugantur ad faciendum indicium perfectum ad torturam? cap. 4 n. 102.

Indicia ad torturam non sunt à lege diffinita, sed omne in arbitrio Iudicis remissum est, cap. 4. num. 8.

Indicia legitima etiam requiruntur ad torquendum Reum in delictis occultis, cap. 4. n. 98.

Indicia ad torturam debeat esse luce clariora in sua specie indiciorum, & debent esse probabilia, & verisimilia, & non debent esse aquiuoca, cap. 4. num. 96. & in dubio iudicandum est, indicia non esse sufficientia ad torturam, ibidem num. 97.

Indicia ad torturam præcedere debent, & sufficiũt, vt quis possit foriudicari, cap. 4. num. 2. & quid in Statu Ecclesiastico, ibidem num. 4. sed in duobus casibus requiruntur plena probationes, vt quis possit foriudicari, ibid. n. 3. & 105.

Indicium incipit à citatione, cap. 5. n. 12.

Incestus pœna in ascendentibus, & descendentibus est pœna mortis cap. 3. nu. 101. sed in transuersalibus est deportationis, ibidem num. 102. intellige si non sit factus per vim, aliàs est pœna mortis, ibid. n. 103.

Imaginem Dei, vel eius Sanctorum percutientes, puniuntur pœna mortis. cap. 3. n. 113.

Incedens in comitiuam forascitorum per campaneam, quamuis non delinquat, tamen punitur pœna triremium, cap. 3. n. 32.

Indultum propter quas causas concedatur cap. 24. num. 1.

Indultum an extendatur ad inquisitiones, nondum institutas, cap. 24. num. 72.

Indultũ an extendatur ad carceratos, cap. 24. n. 12.

Indultum simpliciter concessum, non comprehendit foriudicatos, nisi de eis sit facta expressa mentio, cap. 24. n. 2.

Indultum comprehendit delicta præterita, & non futura, cap. 24. num. 70.

Indultũ an solo verbo concedi possit? cap. 24. n. 116.

Indultum concessum à Rege, an comprehendat vassallos Baronis, cap. 24. n. 64. & 65.

Indulto quis non gaudet in pluribus casibus, cap. 24. n. 73. vsque ad nu. 81. & in pluribus casibus gaudet vigore aliquorum statutorum, ibidem à nu. 83. vsque ad n. 91.

Indulto quis non gaudet, nisi habeat partis remissionem, cap. 24. n. 15.

Indultandus an debeat exprimere omnia delicta in supplicatione, cap. 24. nu. 67.

Indultatus, & aggratiatus an possit torqueri ad faciendam fidem contra consocios, cap. 24. n. 115.

Indultandus, pendente discussione indulti non potest foriudicari pro delictis factis ante tempus alicuius seruitij, propter quod sit indultandus de ipsis delictis, cap. 10. n. 31.

Infamia an tollatur per indultum? cap. 24. n. 3.

Infirmitatis exceptio potest opponi per procuratorem in causa criminali, sed ipsa admittitur, dummodo præsentetur fides Medicorum attestantium de ipsa infirmitate, & debet præsentari instrumentum publicum, & ipsa infirmitas debet esse grauis, & lata de materia exceptionis infirmitatis, cap. 8. & à num. 60. vsque ad n. 75. & quid de muliere prægnante, ib. n. 72.

Infirmus non comprehenditur in exfractu, durante sua infirmitate, & quid in fatuo, muto, surdo, & cæco. cap. 22. num. 31.

Inimicitia an faciat indicium ad torturam, cap. 4. num. 38. & quomodo istud indicium impugnari possit. ib. n. 40. vsque ad n. 42.

Inimicitia quando dicatur capitalis, vel non capitalis ad arbitriũ Iudicis remittitur, cap. 4. n. 39.

Inquisitus non potest condemnari ad interesse parti ex ficta confessione resultante ex contumacia vigore statuti cap. 13. n. 21.

Iudex suam sententiam diffinitiuam reuocare non potest, si deinde appareat de innocentia Rei, sed Principi est rescribendum, cap. 14. n. 23.

Iudex debet residere in loco solito, vbi prædecessores soliti fuerunt ius reddere, & quid in delegato, & Iudice secundarũ causarum, cap. 12. n. 26. & quid in Præside Prouinciæ, ibid. n. 27. 28. & 29. & quid in Episcopo, & Archiepiscopo, ib. d. n. 27. Et quid in Commissario cãpaneæ, ib. n. 30.

Iudex, qui est competens in procedendo contra Reũ carceratũ, est competens in foriudicando ipsum absentem in eius contumaciam, cap. 2. n. 1.

Iudex antequam citet Reum ad informandum debet videre, & studere informationem captam,

Digitized by Google

INDEX.

& eam pluries legere,& videre videnda, cap.5. num.1.

Iudex absoluens condemnandos, qua pœna puniatur? cap.2.n.26.

Iudex competens, quis sit in causa indulti? cap.24. num.113.

Iudex tenetur quam citius expedire causas carceratorum, cap.25. num.15. intellige, vt ibidem num.16.

Iudex an possit prohibere, vt nullus alloquatur cum carcerato? cap.25.n.14.

Index loci delicti, an sit competens in foriudicando delinquentem subditum alterius iudicis? & quid si delictum sit factum in confinibus duorum territoriorum? & quid si quis sit vulneratus in vno territorio, & mortuus sit in alio? & quid in mandato ad occidendum dato in vno territorio, & effectu sequuto in alio territorio? cap.2.n.38.

Iudex successor potest continuare acta foriudicationis facta à suo predecessore, cap.2.num.29. limita, ibid.n 30. & 31.

Iudex ex sua coscientia tantum, non precedentibus alijs indicijs, non potest reum torquere, cap.4. num.32.

Iudex de iure communi potest recipere testes ad defensam Rei, etiam post sententiam, secus in Regno in foriudicato, aliàs si recipiat, & proferat sententiam, ipsa est nulla, cap.14.nu.22.

Ius patronatus an confiscari possit? cap.16.n.31.

L

LAtro famosus punitur pœna mortis, & idem est in disrubãte in vijs publicis, cap.3.n.124.

Legitima filij non confiscatur, viuo patre, ob delictum ipsius filij, vel patris, cap.16. num.18. 22. & seq.

Leno, qua pœna puniatur? cap.3.n.109.

Læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ crimen committens, punitur pœna mortis, cap.3.n.96. & 97.

Læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ crimen committens, potest absens in eius contumaciam condemnari, cap.1.n.6.

Læsæ Maiestatis crimen committens, absens condemnatur sine citatione, cap.1.n.12.

Lex imponens pœnam capitalem, in dubio non intelligitur de morte naturali, sed de morte ciuili, cap.3.n.49. & 50.

Licentiam habeas portandi arma potest illis vti in eius patria pro persequutione foriudicatorum absque beneplacito Baronis, cap.19.n.26.

Locus, vbi Reus comparere debet, apponendus est in citatione Iudicis delegati, secus in citatione iudicis ordinarij, cap.5.nu.15.

M

MAgna Curia Vicariæ, & Regiæ Audientiæ Prouinciales delictis factis cũ armis igneis prohibita asportatione armorum, vel fabricatione dictorum armorum procedunt vti delegatæ Suæ Excellentiæ, appellatione remota, & cum prabeminentijs Magnæ Curiæ, cap.5. n.36.

Macriatas faciens de iure Regni punitur pœna mortis, & de iure communi punitur pœna arbitraria, cap.3.n.118.

Mandatum de capiendo non potest expediri absq; voto assessoris, & neque potest expedire à Iudice delegato, cap.20. n.13.

Maritus, & vxor debent ire in eundem locum, & non separatim, quando debeat exfractare, cap. 22. num.33.

Matrimonium non dicitur solutum per foriudicationem factam in persona mariti, cap.15.n.12.

Membrum an possit impunè mutilari foriudicato suspenso? cap.27. n.6.

Meretricem cognoscens carnaliter per vim in Regno punitur pœna mortis, si sit confessus, & conuictus, & ipsa meretrix infra octo dies conqueſta sit, & quid de iure communi, cap.3.nu.105.

Minæ an faciant indicium ad torturam contra minantem? cap.4. n.43.

Minor, mulier, & rusticus, si sint contumaces, an appellant? cap.14.n.9.

Minor, an punitur pœna arbitraria, & possit foriudicari, cap.3.n.11. vsq; ad n.26.

Monialem professam cognoscens carnaliter, punitur pœna mortis, cap.3. n.104.

Monitio ad dicendum precedere debet antequam exequatur sententia foriudicationis, cap. 25. num.28. & quid in crimine recaptus, ibidem num.29.

Mouentes publicè bellum in Regno, puniuntur pœna mortis, cap.3.n.119.

Mulier prægnans non comprehenditur in exfractu, cap.22.n.29.

Mulieri asserenti se stupratam fuisse ab aliquo, an credatur, & an ex hoc dicto nominatus possit torqueri? cap.4. n.79.

Mulieres separatim maneat carcerata à masculis, cap.25.nu.6. & idem est in nobilibus, idem nu. 7. limita ibid. n.8.

Mulieres inter se corrumpentes, puniuntur pœna mortis, cap.3. n.112.

Multitudo gentium si delinquat, an puniatur? cap. 20.n.14.

N

NEapolitanorum foriudicatorum bona non confiscantur, sed applicantur proximioribus in gradu, cap.16.n.32. & 33.

No-

Digitized by Google

INDEX.

Nominatus, qui gaudere debet indulto vigore bãni, si post nominationem delinquat, adhuc gaudet indulto, licet puniatur pro ipso nouo delicto, cap. 24. n. 101. fallit, vt ibidem, n. 102.

Nominatus ab occidente foriudicatum non gaudet indulto, nisi hoc expresè statutum dicat, cap. 24. nu. 97. & 99.

Notarius in Regno conficiens falsum instrumentum punitur pœna mortis, cap. 3. n. 128.

Notarius foriudicatus, an possit instrumenta conficere, cap. 15. n. 39.

Notificatio citationis debet fieri in illa domo, vbi Reus habitat tempore citationis, cap. 6. n. 17.

Nullitas sententiæ foriudicationis à quolibet opponi potest, Reo existente in fortijs Curiæ, cap. 25. nu. 57. & 59. immo Iudex ex officio potest pronunciare super nullitatem notoriam, ibidem num. 58.

Nullitas proueniens ex defectu citationis, non dicitur sublata à statuto excludente omnes nullitates, cap. 5. n. 18.

Nullitas ex defectu iurisdictionis, vel citationis, vel si nullitas appareat ex eisdem actis potest proponi non obstante, quod statutum excludat nullitates, cap. 25. n. 68. & 69.

Nullitas sententiæ infra, quod tempus possit opponi, cap. 25. nu. 67.

Nuncius, qui notificat citationem ad informandum, ad capitula, & ad foriudicandum expeditam per M. C. V. debet esse matriculatus, & ipse debet scribere relationem, & non alius, cap. 6. num. 7.

Nuncius, an perquirere prius debeat Reum de persona, vt deindè possit ipsum rectè domi citare, si de persona eum non inuenerit, cap. 6. nu. 9. & 10.

O

OBijcere volens contra testem, quia est socius criminis, quomodo dicere debeat? cap. 4. num. 86.

Occidens innoxium pro noxio potest foriudicari, elapso mense post contumaciam, cap. 10. n. 13.

Occidens foriudicatum, an vt ipse gaudeat indulto vigore statuti, sit necesse, vt occisus sit veris probationibus conuictus, cap. 24. num. 103. & quid si occisus esset inquisitus de minori delicto? ibidem n. 104. & 105.

Occidens de proximo indultandum non gaudet præmio statuti, sed punitur, cap. 24. n. 106.

Occidens foriudicatum inimicum, vel publicè, toleratum à Superiore, vel reclusum in aliqua Ciuitate, an gaudeat indulto vigore banni, cap. 24. num. 109. 110. & 111. & quid si ignoretur, occisum esse foriudicatum, an occidens gaudeat indulto, ib. n. 112.

Occidens foriudicatum extra territorium Iudicis foriudicãtis gaudet indulto vigore alicuius banni, cap. 24. n. 108.

Occisus si dicat non fuisse occisum à Titio, si contra Titium adsint indicia ad torturam, ipse Titius non potest torqueri, nisi adsint plenæ probationes, quia tunc potest puniri, cap. 4. n. 66.

Officialis permittens foriudicatos practicari in eius iurisdictione, potest puniri durante officio, cap. 19. num. 10.

Officialis non potest fungi officio Officialis, & Actuarij, alias acta non valent, limita in locis minimis, cap. 12. n. 41.

Officialis, & custos carceris cognoscentes mulierem intuitu eorum officij, qua pœna puniantur? cap. 3. n. 107.

Officialis offensa exceptuatione facta in indulto, de qua offensa intelligatur, cap. 24. n. 68.

Officiali procedenti iniustè, an sit licitè resistere. cap. 20. n. 23.

Officiales tenentur capere informationem de delictis factis à foriudicatis, & illa capta, tenentur eam transmittere ad Regios Superiores, cap. 21. num. 15. & quid si delicta sint facta in confinibus duorum territoriorum, quis Officialium teneatur capere dictam informationem. ibidem num. 16.

Officiales Baronales non possunt delinquentes guidare, quod si hoc fecerint, & assecuratus sit captus, pendente securitate, ipse est relaxandus, cap. 23. num. 11. & 12. fallit in Statu Ecclesiastico, ibidem n. 13.

Officiales, & Sindici non pulsantes campanam ad arma tenentur reficere damnum illatum à foriudicatis, cap. 21. n. 2.

Officiales loci exempti, vbi sunt foriudicati, tenentur pulsare campaneam ad arma, & eos insequi. cap. 19. n. 6.

Officium amissum propter delictum, an dicatur restitutum propter indultum, cap. 24. nu. 13.

Ordo citationum, si rectè non sit seruatus, Iudex non debet deuenire ad sententiam contra Reum contumacem, aliàs sententia est nulla, cap. 11. num. 25.

Osculantes mulieres per vim de iure communi, puniuntur pœna arbitraria, sed in Regno puniũtur pœna mortis, cap. 3. n. 110.

Osculantes, & rapientes mulieres infra quantum tempus possint foriudicari, cap. 10. n. 12.

P

PAtria potestas, & vsusfructus an recuperetur propter indultum, cap. 24. n. 11.

Pater si prætereat filium bannitum, Fiscus non potest nomine banniti dicere testamentũ nullum, cap. 15. n. 4. nã filio bannito non debetur legitima, ibid. n. 5.

Pater foriudicati, si decedat, an Fiscus succedat in portione filij foriudicati? cap 16. n. 7.

Pater prætereus filium foriudicatum, eius testamentum valet, & filio foriudicato non debetur legi-

Digitized by Google

INDEX.

legitimæ, cap.16. num.18. immo pater exheredans filium foriudicatum, vel hæreticum, valet exheredatio, & pater potest grauare filium de restituendo hæreditatem alicui in casu, quo eius bona venirent confiscanda, & hoc etiam quoad legitimam, ibid.n.9.

Patrocinium præstans bannito, an puniatur? cap. 18. num.18.

Pars offensa dicitur, cui competit successio offensi, cap.23.n.38.

Partum supponens punitur pœna mortis, cap.3. num.132.

Pax, & transactio procurata per Reum ab offenso, an faciant iudicium contra ipsum Reum? cap.4. num.89.& 90.

Peculium filifam. an confiscatur per foriudicationem ipsius filij, vel eius patris? cap.16.num.16. & 17.

Perseuerans in excommunicationem per annum in causa criminali, videtur fateri delictũ, cap.13. nu.2.& idem est si quis fuit citatus pro crimine hæresis, & fuit excommunicatus in contumacia, nam elapso anno habetur pro confesso, ibid.n.3.

Personæ Ecclesiasticæ non comprehenduntur in exfractu, cap.22. n.25.

Persona qualibet priuata tenetur capere foriudicatos, cap.19.n.20. sed non tenetur capere malefactores Clericos, ibid.n.21.

Perturbans diuina officia, punitur pœna mortis, cap.3. n.116.

Plures, si sint eiusdem nominis foriudicati, quid agendum? cap.25. n.25.

Pœna exigi non potest ab aliquo, nisi sit elapsum totum tempus sibi assignatum ad exfractandum, & ad se conferendum in aliquem certum locũ, licet certum sit, illum non posse accedere infra reliquum tempus ad locum destinatum, cap.22. num.34.

Pœna ordinaria nunquam imponitur ex præsumptionibus, cap.4. n.103.

Pœna dicitur expressa in sententia, quamuis verè expressa non sit, si tamen factum sit declaratum in sententia, cap.12. n.13.

Præparans arma, si deindè sequatur homicidium, potest torqueri, cap.4. n.24.

Præses, pro persequutione foriudicatorum, potest uti brachio militari, cap.19. num.39. & potest introire in territoriũ Romanæ Ecclesiæ, ibid.nu. 40.& in territoriũ alterius Prouinciæ, ibid.nu. 41. & an captus in aliena iurisdictione, absque imploratione brachij illius Iudicis sit relaxandus? ibid. n.41.

Præses, Auditores, & Fiscales, an possint circumire prouinciam pro persequutione foriudicatorum absque licentia Superiorum, cap.19.nu.27.

Præses pro persequutione foriudicatorum potest destinare certos milites, & Commissarios; sed ipsis non potest destinare salarium de publico, absque licentia Proregis, & an possit impendere pecuniam Fiscalem? cap. 19. num. 28.

Præses Prouinciæ, & cateri officiales inferiores non possunt promittere indultum, cap.24. n.94. 95.& 96.

Prima, & vltima contumacia incusari debet in citatione ad foriudicandum, cap.11. nu.10.

Princeps potest ex gratia remittere sententiam foriudicationis etiam parte non concordata, cap. 14.nu.24.& idē est in Statu Ecclesiastico, ibid. num.25.

Princeps ex gratia potest admittere procuratorem pro defensione Rei absentis, cap.8.nu.85.

Practicantes cum foriudicatis, vel ipsis dantes escam, vel potum, puniuntur, cap.18.nu.9.

Probationes, quæ requirantur ad recipere faciendum caput alicuius, à quo prætenditur fuisse commissum delictum, propter quod poterat impunè occidi, cap.17.n.66.

Procedi non potest ad aliquem actum contra inquisitum, nisi prius constet de relatione nuncij, & quòd ipsa relatio sit scripta in actis, alias actus est nullus, dato, quòd deindè recipiatur ipsa relatio, cap.6.nu.24.& 25.& quando non constat de relatione, sententia foriudicationis est nulla, ibid.n.28.

Procedi potest ex officio contra receptatores foriudicatorum, cap.18.n.27.

Processus conseruatur in aliis, lecta sententia foriudicationis, cap.12. n.45.

Procurator admittitur, Reo absente ad probandum notorium, cap.8. num.86.

Prohibitus accedere ad aliquam patriam, an possit accedere ad territoriũ ipsius patriæ? cap.23. num.40. vel ad eius pagum? ibid. n.41.

Prohibitus accedere ad aliquem locum, an ibi per transitum ire possit? cap.23.num.43. & an possit manere intus Ecclesiam existentem in loco prohibito? ibid.n.44.

Prorex potest dispensare ad tempus anni, qui datur ad foriudicandum, & dictum tempus breuiare in delictis grauibus, cap.10. num.24. & 25.& ista breuiatio potest esse minus trium mensium, reiecta opinione contrarium asseuerantium, ibidem num.26.

Prorex tantum potest hospitiis consanguineos foriudicatorum grauare, cap.22.n.11.

Prorogatio guidatici, an fieri possit, non facta mentione de primo? cap.23.n.25.

Prouocans aliquem ad duellum, quo tempore possit foriudicari? cap.10.n.14.

Pupillus an possit facere remissionem? cap.24.n.50.

R

Raptores mulierum puniuntur pœna mortis, cap.3. num.111.

Receptans bannitum, & foriudicatum, qua pœna puniatur de iure communi, & qua pœna de iure Regni, cap.18.à n.1. vsque ad 8.

Rece-

Digitized by Google

INDEX.

Receptans bannitos potest puniri pœna ordinaria receptationis, propter depositionem duorum bannitorum, & quomodo esse debeat ipsa depositio? cap. 18 num. 15.

Receptatus in territorio Baronis foriudicatos Magnæ Curiæ Vicariæ, vel Regiæ Audientiæ, à quo Iudice puniatur pro ipsa receptatione? cap. 18. num. 28.

Receptãs foriudicatum publicè toleratum à superiore, an punitur. cap. 18. nu. 16. & in pluribus alijs casibus non punitur. ibid. à nu. 17. vsque ad num. 26.

Receptans, vel se peliens cadauer foriudicati punitur. cap. 18. nu 10.

Receptans malefactorem post delictum, ac possit ex hoc torqueri? cap. 4. num. 30.

Recognitio sufficit si fiat sub eo nomine, sub quo quis fuit foriudicatus, licet ipse habeat plura nomina. cap. 25. num. 26.

Receptatores foriudicatorum an admittantur ad compositionem? cap. 18. num. 13. & quid in vniuersitate? ibid. nu. 14.

Recognitioni foriudicati facta, exequitur sententia, dato quod foriudicatus negauit delictum? cap. 25. num. 27.

Recognitio personæ foriudicati fieri debent antequam exequatur sententia foriudicationis, quæ recognitio, vel fit per confessionem foriudicati, vel fit per testes; cap. 25. n. 17. & ponitur practica recognitionis faciendæ per ipsam confessionem, & per testes, ibid num. 18. & 24.

Refectio carcerem ad quem spectat. cap. 25. nu. 5.

Regiæ Audientiæ an possint facere ordinationes Officialibus Baronalibus, vt faciant relationem pro delictis grauibus? cap. 21. nu. 17.

Receptũ facientes, si citati ab eorũ ordinarijs non comparet, elapsis quatuor diebus dicũtur foriudicati. cap. 10. nu. 17. & traditur practica, quomodo procedatur contra istos, ad declarationem foriudicationis, ibid. nu. 18. & quare ista practica fuit inuenta? ibid. nu. 19.

Relatio nuncij est de substantia citationis, & debet scribi in actis, in calce citationis, & non potest fieri die feriato, cap. 6. n. 23. & debet apparere in actis, cui dicta relatio facta sit, & per quem sit scripta. ibid. num. 26.

Relatio simpliciter facta, non adiecta particula illa (domi, vel personaliter) est valida, & in dubio, quis dicitur citatus domi, sed Nuncius potest hoc declarare. cap. 6. num. 31.

Relatio Nuncij potest fieri Actuario, absente Iudice. cap. 6. num. 27.

Remedia plura traduntur pro captura foriudicatorum; cap. 19. à num. 29. vsq; ad 38. & 45.

Remigio partis an præcedere debeat, vt quis gaudeat gratia delicti? cap. 24. num. 17.

Remigio partis debet obtineri infra tempus statutum in gratia, alias gratia non valet. cap. 24. num. 20.

Remissio debet fieri coram Iudice. cap. 24 nu. 51. fallit, vt ibid. & potest fieri per actum publicũ, vel penès acta curiæ; ibid. nu. 52. potest etiam fieri in testamento; ibid. num. 53. & potest fieri sacerdoti; ibid. num. 54. & potest fieri tam die Iuridico, quam feriato; ibid. num. 55. sed quid si fiat per vim; ibid. num. 56. & an possit fieri per procuratorem? ibid. num. 57. & an possit fieri absenti? ibid. num. 58. & an possit probari per testes? ibid. num. 59. & an sufficiat si tacitè fiat? ibid. n. 60. & facta quod offendens nõ accedat ad patriam effectui an valeat? ibid. nu. 61. & ipsa valet dato quod promissum, pro ipsa remissione obtinenda, non sit solutum in tempore. ibid. nu. 62.

Remittendi actio ad quos spectat? cap. 24. à n. 23. vsq. ad 49.

Res furtiua, si reperiatur penès aliquem, an contra eum facias indicium ad torturam? cap. 4. num. 62.

Reus si compareat ante lectam sententiam foriudicationis, auditur in causa principali, dato quod sit interpositum decretum, quod ipse foriudicetur, secus lecta ipsa sententia, quia tunc non auditur. cap. 12 n. 2. nisi compareat adhuc iudice pro tribunali sedente; ibid. num. 3. sed quid si comparent Agnati cum supplicatione, quod stante appellatione, iudex à quo transmittat acta, dummodo sententia foriudicationis non sit lecta, & ipsa sententia sit lecta sed adhuc iudex sedeat pro Tribunali? ibid. nu. 3.

Reus gaudet indulto pro delictis, pro quibus habeat partis remissionem, et de alijs tenetur stare iuri. c. 24. nu. 63.

Reus principalis specialiter citari debet ad foriudicandum in domo suæ solitæ habitationis; cap. 11. num. 5. sed in duob. casib. potest citari per edictum. ibid. nu. 6.

Reus si purgauerit indicia, & sit habilitatus de se præsentando nouis superuenientib. indicijs, si ea superuenerint, & reus citetur ad se præsentandum, si non compareat potest foriudicari; cap. 10. nu. 33.

S

Sacrilegus punitur pœna mortis; cap. 3. num. 125.

Sanguis, si profluat à vulnerib. occisi, tempore, quo suspectus accedit ad eius cadauer, facit indicium contra ipsum suspectum. cap. 4. n. 91.

Securitas concessa omnibus venientibus ad nundinas, non comprehendit foriudicatos; cap. 23. num. 26.

Securitas concessa alicui simpliciter vt venire possit in aliquem locum, intelligitur pro vna vice. cap. 23. nu. 27.

Sententia foriudicationis dicitur diffinitiua. cap. 12. n. 43.

Digitized by Google

INDEX.

Sententia foriudicationis, quando legi debeat? cap. 12. num. 1.

Sententia est nulla, si sit lata extra iurisdictionem Iudicis proferentis ipsam sententiam, cap. 12. num. 31. Est etiam nulla si sit lata ab vno Iudice delegato, altero Iudice delegato absente, secus in iudicibus ordinariis. ibid. n. 32. Item si sit lata absq; voto assessoris est nulla, ibid. n. 33. Item est nulla si sit lata de nocte, quod limitatur pluribus modis, ibid. n. 34. Est etiam nulla si sit lata à Iudice, cui erat suspensa iurisdictio, ibid. n. 35. Idem est si sit lata à Iudice notorie inimico, ibid. n. 36. Sic etiam si feratur sententia foriudicationis non precedente citatione ad foriudicandum, vel si sit lata extra terminum assignatum in dicta citatione, ibid. n. 37. Item non valet absque lecta lata, ibid. n. 38. Est etiam nulla si feratur à Iudice excommunicato, vel hæretico, quod limita, vt ibid. n. 39. Item si sit lata post inhibitionē, est nulla, sed si sit lata eodem die, quo fuit inhibitum, & non constat si sit lata ante, vel post inhibitionem, & tunc est valida, ibid. n. 40.

Sententia foriudicationis duobus temporibus exequi potest, cap. 26. n. 1.

Sententia foriudicationis exequi debet, etiam elapsis triginta annis, cap. 26. n. 10.

Sententia, an possit exequi die feriato? cap. 26. num. 14.

Sententia in criminalibus, an possit proferri nemine instante? cap. 12. num. 23. & an debeat proferri Curia pro Tribunali sedente? ibid. n. 24.

Sententia est nulla, quando est lata extra locum Curiæ, puta in Ecclesia; cap. 12. n. 25.

Sententia prius debet scribi, & postea proferri, cap. 12. num. 16. & per quem debeat legi? ibid. num 17. & debet proferri in scriptis, ibid. n. 20. & in latino sermone, ibid. n. 22.

Sententia foriudicationis debet proferri die iuridico, & non feriato, cap. 12. n. 18. fallit in pluribus casibus. ibid. n. 19.

Sententia lata contra absentem est nulla; secus, si sit lata in eius fauorem, cap. 8. n. 3.

Sententia foriudicationis lata post tempus breuiatum à Prorege, est valida, cap. 10. nu. 28.

Sententia foriudicationis lata contra carceratum, an sit valida, cap. 8. n. 81.

Sententia valet, licet in ea non sit specificata aliqua pœna; si tamen sit dictum; condemnamus ad pœnam in tali lege contentam, cap. 12. n. 15.

Sententia foriudicationis, si sit lata ante annum est nulla, cap. 10. num. 3. Sed in Regno Sicilia, Reus elapso quatrimestri tempore, potest foriudicari, ibidem num. 4.

Sententia, secundum eius verba, exequi debet; sed Iudex potest declarare suam sententiam dubiã; cap. 12. n. 12.

Sententia foriudicationis non exequitur, quando quis fuit foriudicatus pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna mortis. cap. 3. num. 4. 6. & 8. nam in hoc casu sententia foriudicationis est nulla, ibid. num. 5. & 7. & de hac nullitate, potest opponi per foriudicatum, ib. n. 9.

Sententia excommunicationis non potest proferri, nisi lite legitimè contestata, & dato termino Reo, ad se defendendum, & repetitis testibus, parte audita, nisi sit contumax, quia tunc potest in contumacia excommunicari, cap. 1. n. 8.

Sententia foriudicationis est nulla, & non est exequenda, quando est lata non precedentibus indicijs ad torturam, cap. 4. nu. 6.

Sententia foriudicationis est nulla, si sit lata à Iudice incompetenti, cap. 2. nu. 26. amplia ibidem nu. 24. & 25. & ista nullitas potest opponi per foriudicatum, & existente carcerato, ibidem nu. 27. & 28.

Sententia sicut valet, si sit lata ex expressa confessione, ita, & si sit lata ex ficta, cap. 13. num. 4. & contumacia dicitur ficta probatio, ibidem post num. 7.

Scalas portantes de nocte in Ciuitate Neapolitana, puniuntur pœna mortis, cap. 3. n. 136.

Sigillum Regium, & scripturas Regias falsificans, punitur pœna mortis in Regno, secus de iure cõmuni, cap. 3. n. 130.

Socij criminis dictum non facit indicium ad torturam contra consocium criminis, cap. 4. num. 68. & ideo si quis sit foriudicatus ex dicto socij, sententia foriudicationis exequutioni non demandatur, ibidem num. 69. Sed in criminibus exceptis, dictum socij facit indicium ad torturam contra consocium, ibidem num. 70. & 71. Sed plura concurrere debent, ibidem nu. 73. 74. & 75. & quid si socius criminis sit aliter inhabilis, an eius dictum faciat indicium contra consocium in criminibus exceptis? ibid. n. 72.

Socij gaudent guidatico concesso principali pro se, & socijs, dato, quòd separatim vadant ab ipso principali, cap. 23. n. 47.

Socii criminis, si deponant contra consocium, faciunt indicium ad torturam contra ipsum nominatum, sed non sufficiunt ad condemnandum ipsum consocium nominatum, cap. 4. nu. 80. limita in pluribus casibus, ibid. à n. 81. vsque ad 85.

Sodomita punitur pœna mortis, quòd limitatur duobus modis, cap. 3. n. 99.

Spolians foriudicatum suspensum, punitur pœna arbitraria, cap. 27. n. 5.

Statutum disponens, vt foriudicatus pro quocunque delicto possit impunè occidi; intelligitur si sit foriudicatus pro delicto, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, cap. 3. nu. 26. aliàs contrarium disponens non valet, ibid. nu. 27. Sed occidentes excusantur, ib. n. 28.

Statutum denegans audientiam foriudicato valet, cap. 14. num. 17. & 19. licet contrarium, &c. ibidem num. 15. & 18. limita ibid. num. 21. & Reus an possit renunciare defensionibus, ibidem num. 21.

Sta-

Digitized by Google

INDEX.

Statutum volens, quod contumax habeatur pro confesso, non comprehendit delinquentem existentem extra territorium statuentis, cap. 13. num. 8.

Statutum dans modum citandi valet, & citatus contra formam dicti statuti non potest dici contumax. cap. 6. n. 30.

Statutum disponens, quod contumax habeatur pro cõfesso, intelligitur, si Iudici videbitur, cap. 13. num. 10.

Stylus Curiæ est obseruandus, cap. 7. post n. 14.

Stuprans virginem per vim, punitur pœna mortis, secus si violenter ipsa virgine, & quando stuprum dicatur voluntarium, cap. 3. n. 106.

Succedens in feudo feudatarij foriudicati, non tenetur ad relenium, cap. 15. n. 45.

Suspendendus ducitur per loca publica ad locum iustitiæ, & exequutio contra eum fieri debet publicè, & in loco publico, cap. 26. n. 15.

Suspensus, si reuiuiscat, amplius non est suspendendus, cap. 26. n. 25.

T

Taciturnitas facit indicium ad torturam contra tacentem, cap. 4. n. 33.

Tempus ad foriudicandum currit pendente guidatico, & pendente guidatico potest proferri sententia foriudicationis contra guidatum, qua sententia prolata, dicitur sublatum guidaticum de iure Regni, secus de iure communi, cap. 10. n. 30.

Tempus, in quo Reus comparere debet, præfigendum est in citatione, secundum distantiam loci, alias si incongruum sit præfixum, citatio est nulla, cap. 5. n. 21. & 22.

Tempus anni ad foriudicandum si sit breuiatum à Prorege contra Reum contumacem, ipse contumax est iterum citandus ad informandum, & ad capitula cum inserta forma dictæ breuiationis, cap. 10. n. 27.

Tempus dierum quindecim, statutum ad aliquem foriudicandum in delictis factis cũ armis igneis non currit, pendente tempore absentiæ concessæ ad denunciandum, vel pendente appellatione, à denegata absentia, cap. 10. n. 11.

Tenentes bona foriudicatorum, debent illa reuelare Regiæ Curiæ, cap. 21. n. 14.

Tenor delegationis totus debent inseri in citatione Iudicis delegati, cap. 5. num. 16.

Testes dicentes, audiuisse à confitente in actu confessionis tale crimen commisisse, non faciunt indicium ad torturam; quod si penès aliquem reperiatur carta, in qua ipse scripsit peccata sua; propter hoc non potest puniri, cap. 4. n. 60.

Testes Curiæ non debent repeti parte audita, antequam proferatur sententia foriudicationis, quod ampliatur, cap. 4. n. 7.

Testes domestici faciunt indicium ad torturam tantum, secus si sit vnus testis domesticus, cap. 4. num. 45.

Testes duo instrumentarij deponentes, instrumentum non fuisse confectum coram eis, faciunt indicium ad torturam tantum contra Notarium, cap. 4. n. 27.

Testi dicenti, falsum testimonium tulisse, & fuisse corruptum à producente, non creditur, & talis confessio, non facit indicium ad torturam contra producentem, cap. 4. nn. 26.

Testis minans velle deponere falsum, si deposuit, & aliter non constat de falso, non potest torqueri super falsitatem, sed tantum dictum ipsius nõ probat, cap. 4. n. 44.

Testis si dicat, cognouisse delinquentem suæ voci, facit indicium ad torturam contra ipsum delinquentem, cap. 4. n. 100.

Testis vnus de visu, si sit omni exceptione maior, facit indicium ad torturam contra delinquentem, cap. 4. num. 9. & 10. Sed ad probandum actum remotum, vel proximum maleficio, requiruntur duo testes, vt faciant indicium ad torturam contra inquisitum. ib. nu. 11.

Testibus deponentibus de nocte vidisse occisorem non creditur, nisi dicant, quod lucebat Luna, cap. 4. n. 99.

Torqueri possunt omnes existentes in domo, in qua quis fuit repertus occisus, si omnes ipsi sint mala fama, & vita, & non constat de occisore, cap. 4. num. 18. & 20. & dominus domus potest torqueri, si quis reperiatur occisus propè dictam domum duobus concurrentibus, ibidem num. 18. Sic etiam potest torqueri, qui solus reperiatur in loco commissi delicti, ibid. n. 19.

Trahens ictum scopetæ ad nocendum, etiam non sequuto effectu potest foriudicari infra quindecim dies, à die contumacia, quod procedit etiam in Curiis Baronalibus, cap. 10. num. 5. limita, vt ibid. n. 6. 7. & 8.

V

Vacillatio, & trepidatio, an faciant indicium ad torturam contra vacillantem, & trepidantem? cap. 4. n. 34.

Vassallus liberatur à seruitio feudi, bannito domino, cap. 15. n. 29.

Vassallus receptans suum Baronem delinquentem non excusatur, cap. 18. n. 11.

Vassalli an possint compelli custodire carceratos? cap. 25. n. 9.

Vestes Rei suspensi, ad quem spectent? cap. 27. num. 4.

Vilis persona, vel seruus, possunt cogi ad faciendum carnificem; sic etiam, & delinquens carceratus, potest condemnari ad faciendum carnificem, cap. 26. n. 18.

Visus armatus cum armis igneis in comitiua quatuor

Digitized by Google

INDEX.

tuor bannitorum', potest foriudicari infra quatuor dies, cap. 10. n. 16.

Visus cum armis propè locum delicti, potest torqueri, cap. 4. n. 87.

Vniuersitas cõuicinior tenetur reficere furtũ factũ in campestribus à foriudicatis, cap. 21. n. 3. & idem est pro damno clandestino, ibid. n. 4. vsque ad 7. secus hodie, ibid. n. 7.

Vniuersitas, & consanguinei foriudicati coguntur emere bona foriudicati, quando non inuenitur iustus emptor, cap. 16. n. 37.

Vniuersitas, & mulier in causis criminalibus, an possint comparere per procuratorẽ? cap. 8. nu. 25. vsque ad 33.

Vsusfructus an spectet ad Fiscum, publicatis bonis vsufructuarij? cap. 16. n. 20.

Vulnerans Reum capiendum resistentem, an puniatur? cap. 20. n. 20. 21. 22. & 24.

Vxor foriudicati gaudet priuilegio electionis fori, cap. 15. num. 11.

Vxor non est expellenda, si bannum dicat, quod familia banniti debeat expelli; secus si dicat, quod consanguinei, & affines banniti enfractẽt, cap. 22. n. 26.

Vxor mariti mortui non tenetur exfractare pro exfractu dato consanguineis fratris mariti mortui, cap. 22. n. 22. & idem est in nouarca, ibidem nu. 23. & in socero, ibid. n. 24.

Vxor an teneatur sequi maritum foriudicatum? cap. 15. n. 13.

Vxor si sit relicta domina, & patrona à suo viro, hærede instituto communi filio, habet præeminentiam, quam habebat viuo dicto eius viro, & mortuo, vel foriudicato ipso filio habet vsum fructum bonorum viri, cap. 15. n. 40.


FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google